in dulcedineȝ cõuertunt ⁊ mel de petra: ⁊
oleũ de saxo durissimo sugũt. Deutrono.
xxxij. sugeret mel de petra ⁊ oleũ d̃ saxo
durissimo. sequitur. Posuisti in capite eiꝰ
coronã de lapide precioso. hoc fuit in die
cõsecratiõis quãdo in archiepiscopũ thu
roneũ. cõsecratus fuit quãdo mitra pon-
tificalis que circulum aureuȝ solet hr̃e ca
piti suo iposita fuit. Eccle. xlv. Cornua au
rea super mitram eius expressa signo san
ctitatȝ et tũc a domio benedicteꝰ benedixit
populo domini. eccle. xxxvi. Secũdũ bene

dictionem aaron da populo tuo. Aaron
de mandato domini consecratus per moi
sem. Exodi. 29. Fundes oleum vnctionis
super caput eius. Et hoc ritu consecrabi
tur. vnde ex hoc consuetudo innoleuit q
gratia episcopi cõsecrati bñdicunt popu
lis. Unde cum solenniter celebrat episco-
pus. Clamat dyacon⁹ humiliate vos ad
benedictionem. Secũda benedictio quã
habuit i statu pastorali fuit predicatiõis
puer. 11. Qui abscondunt frumenta ma-
ledicentur in populis benedictio domi-
ni super caput vendentium. frumẽta sũt
scripture sacre verba que non debent ab
scondi sed in publico pponi et per diligẽ
tes expositiones dicuntur vẽdi sacre scri
pture ex ipso noie venditionis exprime-
re qz sicut per multa vba ad cõsũmatio-
nẽ contraductus deuenitur ita per mlta
vba ad lucidam cognitiõis spũalis itelli
gentiã peruenitur. spũalis em̃ intelligen
tia in sacra scriptura est' sicut nudens in
testa qz dũ duriciã obscuritatz sacre scri-
pture per fidelem et lucidã expositionez
frangimus ad dulcedinem nudei spũalis
intelligentie peruenimus. hanc benedi-
ctionẽ habuit btũs martinus qz z frumẽ
ta sacre scripture populis p pdicationez
dispensauit et cõtra hereticos acerrime
disputãs pugnauit. Eccle. 39. Bñdictio
illius quasi fluui⁹ inundauit. Tercia be-
nedictio quã habuit beatus martin⁹ in
statu pastorali fuit eterne retributionis
1. pe. 3. in hoc vocati estis vt bñdictionẽ
hereditate possideatis. quando pricipes
seruiẽtibus suis dant possessiones ad vi
tam suam curialitas est sed non est plena
sed quando dant eis et heredibus suis/
tunc est possessio hereditaria et est curia
litas perfecta. scdm istuz modũ loqt scri-
ptura qñ dicit in hoc vocati estis. ec. Ro.
viii. si filij et heredes. heredes quidẽ dei
coheredes autem christi. hãc benedictio
nem habuit beatus martinus. Gene. 24.
ingredere benedicti domini. Tibi em̃ p
ata est benedictio eterne retributionis.
Ad quam nos perducere dignetur. ec.

De sancta cecilia. Sermo primus.

Mulier timens domi-
nũ ipsa laudabitur. puer. vlti
In verbo proposito describit
beata Cecilia a tribus. Primo a cõditio
ne sexus naturalis. Cum dicitur mulier.
Secũdo ab humilitate debite subiectio
nis. cum dicitur timens deuz. Tercio ab
honore digne conseruationis. cum dicit
ipsa laudabitur. Quantum ad primũ sci
endum q beata cecilia fuit mulier sedu-
la. mulier sancta. mulier fortis. siue fir-
ma. Primo ergo beata cecilia fuit mulier
sedula. Eccle. 26. Gratia mulieris sedule
delectabit virum suum et ossa illi⁹ impi-
guabit. beata cecilia dicitur mulier sedu
la quia discreta et argumentosa. vnde de
ipsa legit. Cecilia famula tua quasi apis
argumentosa deseruit tibi. argumentum
est graue et ad soluendum difficile. quia
apis amaros succos florum colligit: et in
dulcedinem mellis cõuertit. Eccle. 11. Bre
uis involatibus est apis et initiũ dulco-
ris hz fructus eius. Cecilia dicitur recte
mulier argumẽtosa quia valerianum spõ
sum suum quem quasi leonem ferocez ac
cepit ad vrbanum episcopum quasi agnũ
mansuetum transmisit. consensum in car
nalem copulam in consensum obseruan-
tie sue virginitatis cõuertit. Eccle. 25. in
tribus placitum est spiritui meo que sunt
probata coram deo et hoibus. concordia
fratrum/ et amor proximoruz/ et vir z mu
lier sibi bene cõsentientes: mulier sedu-
la virum suum delectauit quia ardorẽ car
nalis concupiscentie in dulcedinem et di
lectionem castitatis mutauit. sequitur. et
ossa illius impinguabit. ossa sunt virtu-
tes quia sicut in ossibus consistit fortitu-
do corporalis sic in virtutibus fortitudo
spiritualis ista ossa in luxuriosis sunt ari
da. quia ardore carnalis cõcupiscẽtie de-
siccata. Job. 31. ignis est vsq ad cõsũptio
nem deuorans z omnia eradicãs virtutũ
genimina. sed ista ossa i continentib⁹ sũt
pinguia: quia adipe et piguepine interio
ris dulcedinis z deuotionis repleta. ps.
64. pinguescent speciosa deserti. Deser
tum dr beata cecilia. quia cõsortio carna
lis copule minime fuit sociata. Ista dici-
tur speciosa candore virginitatis. piguis
adipe interne deuotionis. Job. 21. visce-
ra eius plena sunt adipe et medullis ossa
illius irrigantur. Secundo fuit beata ce
cilia mulier sãcta. Eccle. 26. gratia super
gratiam mulier sancta et pudorata omis
autem ponderatio non est digna continẽ
tis anime. sicut sanctitas pertinet ad dis
positionem mentis ita pudor pertinet ad
dispositionem corporis Tunc in muliere
dicitur gratia super gratiam esse. quan-
do sanctitati mentis additur verecũdia
pudoris. homines verecundi solent in fa
cie et maxime ingenis rubore perfundi

Et hoc facit ad augmentum pulchritudi
nis. Canti. 4. sicut fragmen mali punici
ita gene tue. fragmē mali punici hꝫ rubo
rem qui facit ad mali punici pulchritudi
nem et commendabilem. ita r reuerentia
reddit eam vituperabilem. Ecclesiastici.
26. ab omni irreuētia occulorum eius ca
ue. et huius rationem reddit beatus Au
gusti. quia impudicus oculus ipudici cor
dis est nuncius vnde sicut domin⁹ ad bea
tissimam virginem et pudoratā misit an
gelum bonum sic mulier incontinens tan
quā angelum malum mittit irreuerētiam
occulorum et ergo super gratiam mulier
sancta et pudorata. sequitur. omnis pon
deratio non est digna continētis anime.
et huius ratio est. quia ponderatio auri
vel argenti est bonum fortune. continen
tia autem est bonum gratie. quod incom
parabiliter excedit bonum fortune. pon
deratio auri vel argenti replet archā cō
tinentia replet mentem. ponderationem
auri vel argenti ꝓcurat cupiditas homi
ni. continentia autem est donū dei. Sap.
8. sciui quia aliter non possum esse conti
nens nisi deus det. Beata ergo cecilia fu
it mulier casta. et ideo felix. quia thorum
in delicto nesciuit. Sap. 3. felix et incoin
quinata. que nesciuit thorum in delicto
habebit fructum in respectione animarū
sanctarum. vnde cantantibus organis ce
cilia decantabat dicens: fiat domine cor
meum et corpus meum immaculatum vt
non confundar. Tercio fuit beata cecilia
mulier fortis siue firma. Prouer. vltimo.
mulierem fortem quis inueniet? ꝓcul et
de vltimis finibus erit preciū eius. Ista
questio de fortitudine mulieris non im
portat impossibilitatem. Sed difficulta
te istud em̄ videt' esse difficile in sexu fra
gili maiorem audaciam et fortitudinem
quā in pugilibus et militibus reperire.
Beata cecilia fuit mulier fortis que i fra
gilitate sexus femini habuit aīm mascli
ni generis. 2. Macha. 7. mirabilis et bo
norum memoria digna repleta sapientia
femine cogitationi masculinum animum
inserens. sic ergo beatam ceciliam mulie
rem esse fortem inuenimus. Sequitur. ꝓ
cul et de vltimis finibus est precium ei⁹.
isti nobiles solent filiꝰs in remotis parti
bus vxores querere et eas sibi in matri
monio copulare. sic ille qui habitationem
habet in celis beatā ceciliam sibi despō
sauit in terris. 2. Chor. 11. Despondi em̄
nos vni viro virginē castam exibere. chri
sto. sic ergo describitur beata cecilia a cō
ditione sexus naturalis cum dicitur mu
lier. Secundo describitur ab humilitate
debite subiectionis cum dicitur. Timēs
deū. Ad obseruantiam autē timoris do
mini totis viribus studere debemus. qꝛ
sine timore domini in nullo bono spiritu
ali proficim⁹. et per timorem domini ad
omne opus bonū nos erigimus: sed spi
ritualiter sciendū est ꝙ sūt tria bona que
operatur in nobis timor domini. Primū
est expulsio peccati. Secundum est execu
tio boni. Tercium est cōseruatio sācti ꝓ
positi et bone operationis. Primū ergo
bonum ꝙ facit timor est expulsio peccati
Eccle. 1. Timor dn̄i expellit peccatū Nā
qui sine timore est non poterit iustificari
Timor dn̄i est sicut scoba domū conscien
tie mundans et ab ipsa immunditias ex
pellens. ps̄. Exercitabar ⁊ scopebā. quia
requiritur exercitiū et diligēs studiū ad
hoc ꝙ hō scoba cōfessionis possit munda
re spm̄ suū. Itē: timor dn̄i est sicut discre
tus hostiari⁹ q̄ amicos dn̄i sui introducit
et inimicos expellit. ps̄. Iniquos odio ha
bui. Itē timor est sicut medicina purgati
ua q̄ malos hūores cōmouet cōmotos ex
pellit. ⁊ p⁹ expulsionē sanitatē i corpe de
relinq̄t. ps̄. Cōmouisti terrā et cōturbasti
eā sana cōtritiones. qꝛ cōmota est ꝯmoui
sti terrā liberi arbitrij ꝑ recordationē ꝑ
petrati sceleris cōturbasti eā ꝑ dolorē cō
tritiōis cōmota est vsqꝫ ad vocē lachrimo
se cōfessiōis. Et iō seq̄tur sanitas ꝯtritio
nis ꝑ remissionē pcti cōmissi. sic ergo timor
dn̄i expellit pctm̄. Et seq̄tur. Nā q̄ sine ti
more est non poterit iustificari. nec mirū
quia sicut seta itroducit filū sic timor dn̄i
introducit caritatem q̄ est excellētior via
veniendi ad patriā. 1. Cor. 12. Adhuc ex
cellentiorē viā vobis demōstro. Itē sine
timore dn̄i nō poterit aliq̄s iustificari qꝛ
sicut ad hoc ꝙ aliq̄s accedat ad terminū
ad quē opꝫ ꝙ recedat a termino a quo sic ad
hoc ꝙ aliquis accedit ad iusticiā oꝫ ꝙ re
cedat a peccato: puer. 15. ꝑ timorē dn̄i de
clinat omnis a malo. Itē sine timore dn̄i
non potest aliquis iustificari: qꝛ sicut sine
semine non fit cōceptio nec parturio nec
partus emissio. Sic sine timore dn̄i nō fit
fructus spūs salutaris assecutio. Isa. 26.
Ubi nos habemus a facie tua alia trāsla
tio habet a timore tuo dn̄e concepim⁹ et
quasi parturimus et peperimus spm̄ salutꝭ
Scd̄m bonū qđ facit nobis timor est exe
cutio boni. eccle. 15. Qui timet deū faciet

bona. Timor enim domini est sicut acule
us pũgens asinum ⁊ faciens illum curre-
re ad molendinum vnde timor domini vl
tra hoc quod facit nos declinare peccatũ
facit nos velociter incidere de bono ĩ bo
num. Item timor domini est sicut accipit
quo viso auicule timent ⁊ velociori vola-
tu fugiendo festinãt. ps. Timor ⁊ tremor
venerũt sup me. ⁊ seq̃tur. Quis dabit mi
chi pennas sicut columbe ⁊ volabo et req̃
escam. vnde poeta Pedibus timor addi-
dit alas. Sed notabile est q̃ non dicit qui
timet deum faciet bonum sed bona. Nam
ex vna radice surgit vna arbor que in ra-
mos dilatatur folia ⁊ flores ⁊ fructus cõ
densantur. sic ex timore domini viri iusti
anima ad omne bonum ampliatur. eccle.
i. Plenitudo sapientie timere deũ et pleni
tudo a fructibus illius. glo. quanto aliq̃s
magis timet deum tanto fructib⁹ bonorũ
operũ est plenior. timor enim domini nõ
est ociosus. facit enim nos qualibet die fa
cere vnam dietam donec veniamus ad su
pernam ⁊ manentem mansionem illã. he
bre. vlti. Non habemus hic manentẽ ciui
tatem sed futurã inq̃rimus. Terciũ bonũ
q̃d facit in nobis timor dñi est conseruatio
sancti ppositi ⁊ bone operatiõis. eccle. 27. Si
non in timore dñi tenueris te istant cito
subuertetur dom⁹ tua. timor dñi est sicut
cementũ lapides edificij spũalis cõiũgens
⁊ cõglutinãs ne p diuisiõez lapidũ ab inui
cez domus ruinã minetur. Vñ sicut ppter
timorẽ inimicorum hoies potentes edificãt
castra ⁊ ea muris firmis et turrib⁹ circun
dant. sic nos ex timore dñi cõtra hostes i
uisibiles vrbem virtutũ construi ⁊ eã mu
ro ⁊ antemurali inuocatõis diuine fortitu
dinis munim⁹. Isa. 26. Vrbs fortitudinis
noster saluator ponetur in ea murus ⁊ an
temurale. ⁊ sicut tpe obsidiõis castrorum spe
culatores poni cõsueuerunt qui clamant ala
garite ad iactus petrarum. et tunc hoies
se abscundant ne interficiantur ictib⁹ pe
trarum. sic nos ex conceptione timoris do
mini vicia fugimus. et nos ab ira diuine
indignationis abscondimus. Geñ. 3. Vo-
cem tuam audiui domine in paradiso et
timui et abscondi me. Tertio describitur
beata cecilia ab honore digne cõuersatio
nis. Cum dicitur ipsa laudabitur. Sunt
autem tria que beatam ceciliam reddunt
commendabilem. Primum est dulcedo mi
sericordie. Secundum est fortitudo victo
rie. Tercium est beatitudo patrie. Primo
ergo commendatur beata cecilia a dulce
dine misericordie. Prouerbiorum. vltimo
Date illi de fructu manuum suarum ⁊ lau
dent eam ĩ portis opera eius. fructus ma
nuum est distributio elemosinarum. hunc
fructum manuum habuit beata cecilia q̃
largas manu elemosinas pauperibus di-
stribuit. Unde de ipsa legitur q̃ pauperi
bus quos nutrierat dimisit vniuersa que
habuit. et sancto pape vrbano tradidit cõ
mendatos. Dixit namq̃ adhuc tribuanas
michi poposci inducias. vt istos tue bea-
titudini traderem. et hanc domum meaz
in ecclesiam consecrares. vnde de ipsa po
test dici quod legitur prouer. vlti. Manũ
suam apuit inopi ⁊ palmas suas extẽdit
ad pauperem. Contra multos qui semper
manum tenent clausam nesciunt facere de
pugno palmam vt palmas suas extendãt
ad pauperes. Sequitur. Et laudent eam
in portis opera eius. glo. In portis id est
in die iudicij. Nam in portis solebant an
tiquitus iudicia terminari. vel in portis.
id est in ingressu regni celestis vbi laudãt
non hominum fauores superuacui. sz ope
ra ipsa que fecit ipso examinante ⁊ pban
te et remunerante cui est honor et gloria
in seculum seculi. Secundo laudatur bea
ta cecilia a fortitudine. Iud. 14. Benedi-
ctus dominus qui hodie nomen tuum ita
magnificauit vt non recedat laus tua de
ore hominũ. hec verba legũtur de iudith
que olofernez interfecit. per quam potest
competent cecilia signari ppter tria. Que
iudith. 8. legũtur de ea. Primo q̃ multas
diuitias habebat. sic ⁊ btã cecilia possessi
ones multas de quib⁹ largas elemosinas
vt supra iam dictum est faciebat. Scdo de
iudith legitur q̃ in supioribus dom⁹ sue
fecit sibi cubiculum secretũ ad orandũ. sic
de btã cecilia legimus. q̃ valerianus ceci
liam in cubiculo orantem inuenit ⁊ iuxta
illam stantẽ angelum dñi. Tertio legitur
de iudith q̃ habebat super lũbos suos ci
litium. sic de btã cecilia legimus q̃ cecilia
subtus ad carnem cilicio induta desuper
auratis vestib⁹ tegebat. cõtra ypocritas
q̃ ĩ aperto ptẽdũt vite asperitatẽ ⁊ ĩ secre
to ducũt vitam delectabilem ⁊ lasciuã. sic
g dñs nomen btẽ cecilie magnificauit vt
nõ deficiat laus ei⁹ de ore hoim. laus btẽ
cecilie non pt de hominum ore deficere.
q2 eius solennitatem ad laudem eius et
gloriam constituit sancta ecclesia quolibz
anno solẽniter celebrari. pconio laudatur
ergo magno in celis que tam excellẽt ex
institutione sancte ecclesie cõmẽdatur in

terris. vñ de ipa cantat in ecclesiis O btã cecilia q̃ duos fratres ꝯuertisti almachiũ iudicẽ supasti. vrbanũ epm̃ i vultu angelico demõstrasti. bonũ certamẽ certasti. cursum ꝯsũmasti. fidem ſuasti. ꝛ ideo in reliquo reposita ẽ tibi corona iusticie ad laudem et gloriam tui nois. 2. ad Thimo. 4. Tertio ꝯmẽdatur btã cecilia a ptre btitudine. can. 6. Viderũt eã filie syon ꝛ btissimam ꝑdicauerũt ꝛ regine laudauerũt eã Syon interptatur specula ꝑ quã signatur ecclesia q̃ i. specula ꝯtemplatõis est posita filie syon sunt aie scte que ecclesiã in suis martirib⁹ dñt ꝑdicare. vñ glosa. Si tm̃ in hac vita i xp̃o sꝑantes sum⁹ miserabiliores sumus oib⁹ hoib⁹. 1. cor. 15. Sed quia pro alia vita militam⁹. merito qñ apparuerit qd erimus tũc sctãz ecclesiã in suis martiribus ꝑdicabimus. seqtur. Et regine laudauerunt eam. Regina pt dici btã virgo maria. de q̃ dr ps. Astitit regina a dextris tuis i vestitu de aurato circũdat a varietate. Bñ est induta ista regina gloriosissima qr veste caritatꝭ deaurata. ꝛ varietate diuersaꝝ virtutum formata. Btã cecilia isti regine bñ dz ꝯmendari. qr ꝓpter nomen vnigeniti filij sui ad quẽ quid hz honoris refundit. terribilia ad mortẽ inducentia et mortẽ ipam ꝯtempsit. Judicũ. 5. Qui ꝓpria voluntate obtulistis aias vr̃as discrimini bñdicite dño. Jdeo btã cecilia dño i ꝑpetuũ bñdicit. ꝛ ab ipo meretur i ꝑpetuum bñdici. Math. 25. Venite bñdicti prīs mei ꝛc. Ad quã nos ꝑducere dignetur.

De sancta Cecilia Sermo secundus

Tu scis domine qr nũq̃ concupiui virũ ꝛ mũdã seruaui animam meã Tho. 3. Jn verbo ꝓposito ꝯmẽdat beata cecilia a duobus. Prio a refrenatiõe carnalis cõcupiscẽtie. cũ dicit. tu scis dñe qr nũq̃ cõcupiui virũ. secũdo a cõseruatiõe puritatis cõsciẽtie cum dicit. mundã seruaui animam meam. Quantum ad primum sciendum q debemus refrenare carnalem concupiscẽtiam propter quattuor mala que facit. Primo enim illicit per delectationem. Secũdo accendit per feruoris immoderatiõem Tercio impedit mentis dñatiõnẽ. Quarto interficit per sequentem damnationẽ. Primo ergo illicit per delectationem. Jaco. 1. Unus quisq̃ tentatur a concupiscentia abstractus et illectus. concupiscentia enim carnalis a bono incommutabili ad bonum commutabile inordinate conuertit. in quibus duobus consummatio peccati consistit. vnde Augustinus. Peccatum est spreto bono incommutabili rebus cõmutabilibus adherere quod fit proprio libertatis arbitrio. vnde sicut mel allicit vrsum propter naturalem dulcedinem. ꝛ sicut lac alicit cattum propter inditam delectationem. sic carnalis concupiscẽtia allicit animam propter introductam corruptionem. Geñ. 8. sensus et cogitatio hũani cordis prona sunt ad mala ab adolescẽtia sua. Unde sicut equus sine freno ꝑ cãpos libere discurrit et de facili in precipitium ruit sic homo nisi refrenetur a concupiscentia carnali dominio rationis in peccatum de facili cadit. Eccle. 18. post concupiscentias tuas nõ eas et a voluntate tua auertere. si enim prestes anime tue concupiscentias eius faciet te in gaudium amicis tuis. Nullus libent dat amico suo exenium ꝑ qd inimicis eius faciat gaudiũ ꝛ ꝑ qd mortꝭ incurrat ꝑiculum siue detrimentum. sic fortiori rõe hõ nullo mõ dz aie sue ꝯcupiscentias eius ꝑstare ne icurrat detrimentum damnatõis etne. Scdo carnalis ꝯcupiscentia accendit ꝑ feruoris immoderatiõem. Danie. 13. De duobus senibus sacerdotibus dr q exarserũt in ꝯpiscentiam susanne. duo sũt ꝑ que ꝑcipue exardescit ignis extius incentiuũ. et materia disposita ad conburendum. vñ ignis extinguitur aquis ꝛ nõ ardet de facili in viridibus lignis. sz i desiccatꝭ ps. Exarserũt sic ignis in spinis. extius icentiuũ est spẽs siue pulcritudo mulieꝝ. Da. 13. Spẽs decipit te ꝛ ꝯcupiscẽtia subuertit cor tuũ. spẽs decipit te extius alliciẽdo. puer. vlti. Fallax grã ꝛ vana ẽ pulcritudo. dr fallax grã plures em̃ falluntur sup pulcritudine mulieꝝ q̃s fallantur in garlandria sophismatib⁹ artistarum. ita etiam grã dr vana qr satis est vanus appetitus qui querit delectari ad momẽtũ vñ cruciatur incternũ. ꝓpter qd dr spẽs decipit te. ꝛ seqt. Et cõcupiscẽtia subuertit cor tuũ. ad hoc em̃ ꝯcupiscentia subuertit. q illud qd deberet sursum põit ponit deorsum. Danie. 13. Euerterũt sesũ suũ ꝛ declinauerũt oculos suos vt non viderẽt celum neq̃ recordarentur iudicioꝝ iustorũ. Scdo ad hoc q ignis exardescat oportet q sit materia disposita ad ꝯburẽdum. ꝛ hoc fit per ardorẽ interiorem cõcupiscẽtiaꝝ. Job. 31. Jgnis est vsq̃ ad perditionem deuorans ꝛ omnia eradicans virtutum genimina Jgnis venialis concupiscẽtie aliquantulum obfuscatur. Sed ignis

concupiscentie mortalis vsq̧ consummati
onem. nam deuorat temporalium bonorũ
possessionem. deuorat potentiarum natu
raliũ vigorẽ. deuorat etiã bõe fame ⁊ sctẽ
ↄuersatiõis odorẽ. Cõcupiscẽtia etiã era
dicat oĩz virtutũ genimia. herbe ⁊ plãte
ꝓpter duo solẽt germinare. ꝓpter terre pi
guedinẽ ⁊ ꝓpt q̃ aifusiõem. vñ illi in qui-
bus regnat ↄcupiscẽtia carnalis aridi sũt
qꝛ sunt sine deuotiõe nec infundũtur aq̃s
salutaris sapientie. ipsi enim contemnũt
ad sermones ⁊ predicationes venire. Et
ideo non possunt in operibus bonis ger
minare. sed sicut dupliciter extiguit̃ ignis
materialis quandoq̧ per aque infusionẽ
quandoq̧ per lignoꝝ subtractiõez. sic du
pliciter debet ignis concupiscentie carna
lis extingui quandoq̧ per aque infusionẽ
sic lauit maria magdalena lacrimis pedes
domini rigando ⁊ capillis suis tergendo
Luce 7. Stans retro secus pedes domi-
ni lachrimis cepit rigare pedes ei⁹. Se-
cũdo extinguitur ignis per subtractionẽ
lignorum. et sic extiguitur ignis carnalis
ↄcupiscentie per substractionẽ delectabi
liũ q̃ sibi p̃stant incentiuuz. et hec p̃cipue
sunt delectabilia scd̃m tactum et scd̃m gu
stum. Delectabile scd̃m tactũ subtraxerat
sibi btã cecilia. de qua legit̃. Cecilia sub-
tus ad carnem cilicio induta deaurat[is] de
super vestib⁹ regebat̃. ↄtra aliquos reli-
giosos q̃ molliora vestimenta hñt ad car
nem interi⁹ asperiora oñdũt hoibus exteri
us. Sic ḡ dz substrahi carni delectabile
ẜm tractũ. ſ; hoc nõ sufficit nisi subtrahat̃
delectabile ẜz gustũ. ↄtra aliquos q̃ q̃uis
interiorib⁹ induãtur cilicijs q̃ntuz ad ta-
ctum superflui tñ sũt i epulis q̃ntũ ad gu
stum. similes porcellis q̃ q̃uis feris tãq̧
aspero cilitio sũt induti tñ sũt gulosi vtrũ
q̧ delectabile sibi subtraxerat scã cecilia
Jud. 8. vbi dꝛ hñs super lũbos ciliciũ ie-
iunabat oĩb⁹ dieb⁹ vite sue p̃ter sabbata
et neomenias ⁊ festa dñi israel. tercia car
nalis ↄcupiscẽtia impedit rõis dñationẽ
Gal. 5. Caro cõcupiscit aduers⁹ spm̃. spũs
aũt aduersus carnez. Caro dꝛ cõcupiscere
qꝛ aĩa scd̃m carnem cõcupiscit. sic oculus
dꝛ videre ⁊ auris audire. quia aĩa videt ꝑ
oculum ⁊ audit ꝑ aurem. nec oculus sine
aĩa p̃t videre nec auris audire. sic caro im
pedit dñium rõnis q̃uis et debeat subiu
gari. ad hoc ꝙ rõe ministretur domus aĩe
rõnalis. Aug. Male ordinata est domus
illa in qua mulier ordinat iperat vir obtẽ
perat. Gen. 3. Sub viri ptãte eris ⁊ ip̃e do

minabitur tui. Sed qm̃ q̧ diu viuimus i
hac pugna positi sumus et si non possu-
mus totaliter hostem intrinsecum supera
re tamen caueamus ne ipsuz permittam⁹
regnare ad Ro. 6. Non regnet peccatuz i
vr̃o mortali corpore vt obediatis eius cõ
cupiscentijs malis. Jsti male instituti sũt
qui volunt concupiscentie obedire quia
non cessat sibi obedientes ad mortem e-
ternam trahere. Quarto interficit ↄcupi
centia carnalis concupiscentia interfi-
cit ꝑ sequentẽ damnatiõem. Jacobi. i. cuz
concupiscentia concepit parit peccatum
peccatum vero cuz cunsummatum fuerit
mortem generat concupiscentia ↄcipit ꝑ
ↄsensum interiorem sed parit peccatuz ꝑ
actum exteriorem sed cõsummatur ꝑ ma
lam cõsuetudinem. Sed potest queri cuz
interior cõsensus ⁊ etiam exterior actus
sint pctã mortalia sicut et pctũm cõsuetu-
dinis qꝛ nõ dꝛ generare mortem pctũm cõ
sens⁹ interioris ⁊ act⁹ exterioris sicut pe
catuz male ↄsuetudinis. Ad hoc ei ẽ rñsio
ꝙ cũ pctũm est soluz in iteriori consẽsu ad
huc remanent signa vite multa sed qñ ꝑ
petratur in exteriori actu remanẽt aliq̃. ſ;
tñ pauciora. Jn ↄsuetudie aũt nulla rema
nent vite signa ⁊ ideo in ista ↄsummatiõe
dꝛ mors generata. Sciendum ḡ ꝙ ꝑ pec-
catum quattuor modis mors ↄsummatur
Delectatiõe cõsensu opere ↄsuetudie. Jn
delectatione anima infirmatur Jn cõsẽsu
moritur in opere extra domum eijcitur in
consuetudine sepelitur et ideo fetens et
quadriduan⁹ dꝛ ne de facili suscitatur Jo
.ij. q̃driduã⁹ est iam fetet. Sic ḡ primo cõ
mendatur btã cecilia a refrenatione car-
nalis concupiscentie cum dicitur Tu scis
dñe quia nũq̧ cõcupiui virum. Secundo
cõmendatur a ↄẜuatione puritatis ↄsciẽ-
tie cũ dꝛ ſ; mundam seruaui aĩam meam.
Sciendum est ergo q̧ quadrupliciter ser
uatur munditia. primo ꝑ lauachruz rege
nerationis Scd̃o per auditum diuini ser
monis Tertio ꝑ compassiõem fratne tri
bulationis. Quarto ꝑ dilectionẽ interne
munditie vel sanctificatiõis. Primo ergo
mundamur ꝑ lauachruz regenerationis.
Ezechel. 36. Effundam sup vos aquã mũ
dam et mũdabimini ab oibus inq̃namen
tis vr̃is aqua batismatis dꝛ mundatiua
⁊ inquinamentorum spũalium ablutiua.
Tit. 3. ꝑ lauachrum regeneratiõis ⁊ reno
uationis spũssancti quem effundit in nos
abũde ꝑ iesum christum saluatorem nr̃m
vt iustificati gr̃a ip̃ius heredes sim⁹ scd̃z

spem vite eterne ꝑ lauachrum regenera-
tionis dicit quia sicut per generationem
carnalem venimus in hunc mundum sic ꝑ
generationem spiritualem que hic voca
tur regeneratio patet nobis ingressus re
gni celorum. Jo. 3. Nisi quis renatus fue
rit ex aqua et spiritu sancto non intrabit
in regnum celorum. Isti reges et impera
tores habent ianitores qui aliquos a pa
latio regio excludunt aliquos introducũt
sed lauachrum regenerationis est ianitor
ita liberalis ꝙ nullum a regno excludit sꝫ
omnes quantum in se introducit. Hoc eti
am lauachruꝫ dicitur renouationis per ex
poliationem veteris hominis et indutio
nem noui qui renouatur in agnitionē dei
Colo. 3. expoliantes vos veterem homi-
nem cum actibus suis ⁊ induentes nouuꝫ
eum qui renouatur in agnitioneꝫ dei vult
enim dominus ꝙ faciamus sicut faciunt
diuites homines in diebus solennibus.
exspoliant enim vetera et quotidiana ve
stimenta et induunt solennia et noua. ⁊ ꝑ
hanc renouationem spiritussancti et reno
uationem aque accipimus gratiam iusti-
ficantem per quam deuenimus ad vitam
eternam. vnde sequitur. vt iustificati gra
tia ipsius heredes simus secundum spem
eterne vite. Pater noster cum non habe-
ret nisi vnum filium naturalem per grati
am iustificantem plures volůit habere fi-
lios adoptiuos qui cum naturali filio par
ticiparent vitam eternam. Ro. 8. Si filij ⁊
heredes. heredes quidam dei coheredes
autem christi. ¶ Secundo autem mun-
damur per auditum diuini sermonis. Jo.
15. Jam vos mundi estis propter sermo-
nem quē loquutus sum vobis. Sciēduꝫ
ergo ꝙ auditus diuini sermonis mundat
tripliciter. Primo abluendo. Jud. 2.
Ascendet angel⁹ dñi de galgalis ad locũ
flentiũ ⁊ ꝓposuit filijs israel pctã eoꝝ. ⁊ se
quitur. ꝙ eleuãtes vocem suã filij israel
fleuerunt vocatusq; est locus flentiũ siue
lachrimarũ. hõ ei qui laborauit ad iniq̃ta
tum ꝑpetratiõeꝫ. Hiere. 9. vt iniq̃ agerēt
laborauerũt laborare dꝫ gemitib⁹ ad ipa
rum ablutioneꝫ. ps̃. Laboraui in gemitu
meo nã ex aq̃ cõpũctiõis ⁊ memoria mor-
tis ⁊ incinerationis dꝫ fieri lixiuiũ ad ablu
tiõem oĩs malitie ⁊ iniq̃tatis. Scdo mun
dat ſmo diuinus iflammando. Hiere. 23.
Nũquid nõ verba mea sunt q̃si ignis. ⁊ q̃
si malleus cõterēs petram ꝟba dei sunt q̃
si ignis corda frigida inflammando. ⁊ q̃si
malle⁹ cõterēs petras corda dura emolli

endo vnde sicut auꝝ et argētũ ꝑ ignē pur
gantur a fecibus et superfluitatibus sic
per ignem verbi dei debent corda immũ
da purgari a peccatorum sordibus. Ter-
tio mũdat sermo diuinus interius per spi
ritum santum illustrando. Act. 10. Adhuc
loquente petro verba hec cedit spiritus
sanctus super omnes qui audiebant ꝟbuꝫ
verbum magne virtutis est diuinũ qd au
ditorib⁹ suis impetrat spiritussancti gra
tiam ad regendum et dirigendũ ps̃. Spi
ritus tuus bonus deducet me in terram
rectam per quam debet esse via ad vitaꝫ
eternam que debet esse via munda et im
maculata. In hac via spiritussãctus est lu
cerna in cordibus nostris vt per ipsuꝫ ꝑsi
tientes non reuertemur ad vomitum et
ab ipsa declinãtes sordidemur per immũ
ditiam peccatoꝝ. 2. Petri. 2. Canis reuer
sus ad vomitũ suum et sus lota in voluta
bro luti. Tertio mundamur per cõpassio
nē fraterne tribulationis Jaco. i. Religio
munda et immaculata apud deum et pa-
trem hec est visitare pupillos et viduas ĩ
tribulatione eorũ dominus specialem cu
ram gerit de pupillis et viduis ex spetia-
li gratia sue pietatis nam pupilli nõ hñt
defensores vidue nõ habent viros conso
latores Eccle. 4. esto pupillis in iudican-
do misericors vt pater et ꝓ viro matri illo-
rum. Et cum pupillos et viduas in volun
tate dñi teneamur visitare maxime in tri
bulatione eorum debemus facere Eccle.
7. non desis plorantibus in consolatiõeꝫ
et cum lugentibus ambula nõ te pigeat vi
sitare infirmum Ex his eñ in dilectiõe fir
maberis. Notabile est ꝙ dñs ex infirmo
rum visitatione nos dicit firmari in dile-
ctione visitatio eñ potentum quãdoq; fit
propter tꝑalem vtilitateꝫ quãdoq; ꝓpter
hũanum fauorem sed visitatio pauꝑuꝫ in
firmorum non fit nisi ꝓpter diuinũ amorē
⁊ ideo in se ꝯtinet firmã dilectiõis radicē
Quarto mundamur ꝑ dilectionē ĩtne sã-
ctificationis Prouer. 22. Qui diligit cor-
dis mundiciam ꝓpter grãm bonoꝝ suoꝝ.
habebit amicuꝫ regem mũditiam cordis
debemus diligere ⁊ hr̃e. Isa. i. Lauamini
mundi estote Ex mundicia cordium ꝓce-
dit grã labioꝝ Nam ꝟba sũt sicut fruct⁹
arboris cordis ex quibus vtrum cor sit bo
num vel malum p̃t cognosci. Math. 7. A
fructibus eorum cognosceteꝭ eos Et sequi-
tur Nũquid colligunt de spinis vuas aut
de tribulis fic⁹ vñ sicut rosa ꝓpter suimũ
diciam dat suauitatem odoris sic latũ vel

stercora ꝓpter sui immunditiā exalat corruptionem fetoris sic homies misercordes consueuerunt dicere verba honesta et boni hominibus grosa homines autem interius infecti et immundi prorumpunt ad verba honesta et hominibus bonis abhominabilia ergo cordis mūdiciam diligamus vt ꝓpter gratiam labiorum nostrorum regem regum amicum habeamus Solēt reges facies suas ab inimicis abscondere et amicis suis oñdere sic qui cordis mundiciam diligenter custodiunt regem regum in decore suo videbūt Math.5. Beati mūdo corde quoniam ipsi deum videbunt in illa eni visione totaliter desideriū aie rōnalis complebitur. Na q̄ replet in bonis desiderium aie rōnalis futurus est intelligentie plenitudo lucis voluntati multitudo pacis memorie continuatio eternitatꝫ Ad quam nos ꝑducere dignetur.

De sancto clemēte Sermo primꝰ

Volui clementia et lenitate gubernare subiectos. hester.13. In verbo proposito commendatur beatus clemens a duobus primo enim commendatur a sollicitudine regiminis pastoralis cum dicitur volui gubernare subiectos. Scđo commendatur a dulcedine affectionis precordiali sicum dicitur clementia et lenitate. Sciendum est ergo ꝙ quilibet bonus prelatus qui nomine gubernatoris intelligitur debet habere quattuor. Primo enim debet habere discretionem in cognitione. Secundo solicitudinem in eruditione. Tertio patientiaꝫ in tribulatione. Quarto rectitudinem in intentione. Primo ergo gubernator ecclesiasticus debet habere discretionem in cognitiōe. Ezechie.27. Sapientes qui facti sunt gubernatores tui. magna vtilitas est ecclesie et totius reipublice quando inferiores reguntur a ꝑlato vel pricipe sapiēte vñ. Boe. Beatas iudicaui respublicas fore si eas studio sapientie regerent vel si eorum rectores studere sapientie contigisset. Prouer.ii. vbi non est gubernator populꝰ corruet. salus autem vbi multa consilia isti prelati et principes qui per se non sufficiunt subiecto et regere debent sapientes consiliarios in societate sua habere nam sicut pennule sagitte coaptātur quibus ab arcu emissa ad signum positum recte destinatur sic principibus et prelatis debent sapientes consiliarij eo aptari vt per ipsos valeant recta iudicia discerni. Sed multi sūt gubernatores sopiti qui sicut nicolaus sup calciataꝫ similitudinem episcoporum gerūt et per seipsos aliquod magnum agere nō sufficiunt. nec sapientes per quos regātur habere volunt. prouer.23. Eris quasi sopitus gubernator in medio mari amisso clauo. Secundo gubernator ecclesiasticus debet habere sollicitudinem in eruditione. Job.37. Nubes spargunt lumē suum que lustrant cuncta per circuitum q̄cunqꝫ eas voluntas gubernantis duxerit. Nubes fuerūt apostoli quia suis sanctis orationibus refrigerant ardorem.i. indignationem veri solis. et resoluuntur in pluuias aque sapientie salutaris. choruscant etiam miraculis. mathei.10. Euntes predicate dicentes quia appropinquabit regnum celorum. infirmos curate mortuos suscitate. leprosos mundate. demones eñcite. Iste nubes lumen suum sp̄serunt quando orbem terrarum claritate fidei illustrauerunt. mathei.5. Vos estis lux mundi sic luceat lux vestra coram hominibus. ꝛc. Sequitur. Que lustrant cuncta per circuitum Sciendum est ꝙ diabolus circuiuit ad decipiendum. Job.1. circuiui terram et perambulaui eam. Istuꝫ circuitum permittit dominus ad btōrum probationem et afflictionem. sed vt clauus clauo et circuitu retundatur: voluit dominus vt apostoli sui circuirent ad morum informationem et peccatorum liberationeꝫ. Luce.9. Egressi apostoli circuibant per castella euangelizantes et currentes vbiqꝫ. Iste nubes lustrant quocūqꝫ eas volūtas gubernātis duxerit vñ et saulꝰ q̄ et paulꝰ postmodū est vocatus ꝑmo eccl'ie seuissimꝰ ꝑsecutor q̄ vētus aquilo erat. ꝛ nubes pluētes.i. discipulos dñi ipsos alligādo et incarcerādo dissipabat cū audiret dñm dicentē: saule saule quid me ꝑseq̄ris. ex vēto cōtrario nubibꝰ quasi austro flante.i. spūsancto inspirante ad modū nubis est id multas pluuias sacre eruditionis resolutꝰ. vñ dño dicente saule saule q̄d me perseq̄ris stati rñdit. dñe q̄d me vis facere. quasi diceret paratꝰ sū volūtati tue i oībꝰ obedire. ꝛ idcirco ille q̄ priꝰ nubes eruditionis ipediuit tanq̄ vas a deo electū et eiusdē aquis repletū fideles aq̄ sapiētie sitiētes potauit. Act.6. Vas electionis michi est iste vt ouꝫ nomē meū corā gētibꝰ et regibus ꝛ filijs israel. tercio gubernator ecclesiasticꝰ debꝫ hr̄e patiētiā in tribulatiōe. ꝓuer.14. quí

patiens est multa gubernatur sapientia. qui autem impatiens exaltat iusticiaz suam. sapientes huius mundi solent consulere q homines causam habentes et litigantes seipsos qrum possunt teneant in sua possessione. Nam sicut dicunt iurisperiti melior est conditio possidentis z scisma multū valet sicut reynardus dicit. homo ergo patiens multū sapientia gubernatur: quia in possessione aie sue servat. Luce. 21. In patientia vestra possidebitis aias vestras. Beatus gregorius. Idcirco passio aie in virtute patientie ponitur qr radix custosq oim virtutū patiētia est. q ergo est ipatiēs nō hz radicē. nō est mirū si carens devotione arescat. q non hz custodiā nō est mirū si a recto tramite exorbitans peat ppter qd dr. Qui patiēs est multa gubernatur sapientia. seqtur. qui aūt ipatiens est exaltat stulticiam suam. Videmus quotidie in capitulis religiosorū q frater qui in capitulo accusat si culpam suā huiliter recognoscit et emendationē de futuro pmittit caritative corripitur. et imposita cōpetenti pnia in pace bona dimittitur. sed frater impatiens exaltat stulticiā suā. nā sicut vētilogiū sup cāpanile monasterij ponit vt ad aspectū illius cognoscatur ex qua parte pcedant vētorū flatus. sic frater ipatiēs spū. elationis inflat9 et spū vertiginis exagitat9 cōstituitur in aspectu fratrū qui ipm inspiciētes in timorē cordis cōversū superbū reputāt et elatū. vñ sicut ventilogiū semper hz rostrū cōtra ventū flantē directuz sic frater ipatiens hz flatū spūs murmuris et odij quasi rostrū ventilogij contra caritativas fratrū accusatiōes a peccatis Isa. z. quiescite ab hoie cuius spūs i naribus eius est qr excelsus reputatus est ipse. Quarto dz hre gubernator ecclesiasticus rectitudinē in itentiōe. Eccle. 49. Gubernavit ad dñm cor ipsius. et in diebus pctōrū corroboravit pietatez. hoies positi in particulis maris ex suis laboribus et gubernationibus nichil aliud acquirūt nisi vt perveniāt ad portū salutis Sz dñs cor bti clemētis et aliorū doctorū ecclasticorū ad seipm gubernavit navez pbendo gubernacula dirigēdo. ad portū salutis attrahēdo. Prio ergo navē pbuit vehiculū. s. salutifere sue crucis. Sapi. 16. Exiguo ligno credunt hoies aias suas et trāseuntes mare per ratē liberati sūt. Scdo, gubernat dñs dirigendo. Isa. 48. Ego dñs de9 tu9 docens te vtilia. gubernans te in via qua ambulas dicit dñs Docens te vtilia vtilia dicit non subtilia Nam subtilibus acuitur intellectus vtilibus reficitur affectus. Parum prodest homini cibos regios āte oculos suos delatos respicere z ieiuno stomacho esurire sic faciunt multi q in subtilibus studētes quantum ad intellectum nulla piguedine devotionis satiant affectum. 4. Regū. 7. videbis oculis tuis z inde non comedes Tercio gubernat dñs ad portū salutis allitiendo et advocando homines eniz qui fuerunt in maris afflictione ad portuz venientes bona indigēt refectiōe et recreatione Math. ij. Venite ad me omnes q laboratis z onerati estis et ego reficiā vos sic ergo dominus corda suoruz gubernat ad seipsum sequitur Et in diebus peccatorum corroboravit pietatem. quod pcipue ptinet ad beatū clemētez qui in dieb9 peccatorum id est iudeorum et gentilium in principio ecclesie nascentium corda fidelium roboravit vt inspecta idigentia pauperum credentium insisterēt operib9 pietatis. ne ɔtaminarētur iudeorum aut gentilium donis vnde i legenda eius dicitur q quotidiana predicatione divites ac mediocres ammonebat ne paterentur baptisatos paupes a iudeis stipam publicaz accipe ne vita baptismatis ɔsecratiōe mūdata donis gentiliuz inquinaretur Sic g cōmendatur beatus clemēs a solicitudie regiminis pastoralis cum dr volui gubernare subiectos. Scdo cōmendatur a dulcedie affectiōis pcordialis cū dr clemētia et lenitate. Sciēdū g q clemētia boni pastoris valet ad qttuor prio g valz ad recōciliationē peccatorū Scdo ad eruditionē indoctorū Tercio ad ɔsolationez afflictorū Quarto ad solidatiōez pfectorū prio g clementia boni pastoris valz ad recōciliationē peccatorū. 3. Regū. 20. Audivim9 q reges domus israel clementes sunt. Ponam9 g saccos in lumbis nrīs z funiculos i capitibus nrīs. Reges israel sunt ecclesiastici pastores qui dnt esse pastores clemētes vt p clementiam z benignitatē suā ad se illiciant peccatores nullus secure accedit ad furiosum in manu sua tenētē gladium gladius ecclesiastice ptāti datur plato tpe sue istitutionis. iste gladius in manu furibundi ponitur qn plato crudeli z austero grex dñicus ɔmittitur. p quē tāq p lupū oves dñi disp gūtur. Ezeche. 34. Cū austeritate impabatis eis z cū potentia. z disperse sunt oves mee. Nā sicut oves re

fugiunt lupum sic in firmi subiecti refu-
giunt austerum p̄latum nec aues allieiũ-
tur nec flabello nec terrente tympano sʒ
dulci sibilo Dñt ergo prelati clemẽtiaʒ in
seipsis habere vt a morte culpe ad vitam
gratie suos subiectos valeant reuocare.
Prouer.ij: Clementia preparabit vitã sic
ergo reges israel id est prelati clamantes
debent esse et eorum subiecti de ipsorum
clementia ↄfisi dñt saccos in lumbis ⁊ fu-
niculos in capitibus suis ponere. In assũ
tione sacci signatur integ̃ hũiliatio ex ti-
more In assumptione funiculoꝝ signatur
ꝑfecta ↄiunctio ex amore Quantum p̃mũ
dr Jone.3. ꝙ cũ de volũtate dñi predica-
ret ionas niniuitis adhuc. 40. dies ⁊ nini
ue subuertẽ surrexit rex de solio suo et ab
iecit vestimentum suum a se et indutus ẽ
sacco et sedit in cinere. In induento sacci
signatur abiectio sui ex cõsideratione vi-
litatis peccati In cinere signatur memo-
ria mortis gene.3. cinis es ⁊ in cinereʒ re
uerteris. Istã perfectam humiliationem
dominus multũ approbauit Jone.3. Mis
tus est est dominus super malitiam quam
loq uutus fuerat vt faceret eis ⁊ nõ fecit.
sic g̃ saccos in lũbis nr̃is ponere est nos i
cũspectu dñi ꝑfecte abĳcere ⁊ humiliare.
sequitur et funiculos ĩ capitibus nostris.
Caput nostrum mens nostra dicitur i qua
viget spiritualis sensus et motus funicu
los ergo in capitibus nr̃is ponimus quã
do perfecta dilectione constringimꝰ. Ma
the.22. Diliges dominum deũ ex toto cor
de tuo ex tota aĩa tua et in tota mẽte tua
quod potest sic exponi Ex toto corde id ẽ
intellectu sine errore Ex tota aĩa tua id ẽ
ex volũtate sine cõtradictiõe. Ex tota mẽ
te hoc est ex memoria sine obliuione. hic
est funiculus triplex qui difficile rñditur.
Ecclesiastes. 4. Nã sicut i funiculo tripli-
ci corda corde connectitur vt difficilius rũ
patur sic intellectui voluntas ⁊ vtrisq; me
moria copulatur vt deus perfectissime et
persolitissime diligatur talis prelatus cle
mentia repletus fuit beatus clemẽs q̇ re
⁊ noie tenuit clementiam adeo vt sicut de
ipso legitur iudeis et gentibus ↄplacere t
nec mirum naʒ lex clemẽtie in ligua eius.
ꝓuer vlti. Scd̃o valet clementia ad erudi
tionem indoctoꝝ. Ruth.2 vadã in agrum
et colligam spicas que metentiuʒ fugerit
manus vbicũq; clementis in me p̃rissami
lias repere gratiaʒ messis dicũtur populi
in dñicum horeũ cõgregati messores fue-
runt apostoli: Luce. et. Math.9. missis q̃
dã multa operari autem pauci. rogate er
go dominum deum messis vt mittat ope-
rarios in messem suam. collectores auteʒ
spicarum fuerunt successores apostoloꝝ
inter quos vnus de precipuis beatus cle
mens extitit qui post apostolos quasi spi
cas colligens intantum profecit ꝙ intra
annũ septuagintaq̇nq; ecclesias dño acq̇-
siuit. Sʒ notabile est ꝙ dicit vbicunq; cle
mentis patrisfamalias reperero gratiaʒ
Multi enim sũt duri et dño ingrati ꝙ de
campis suis faciũt expelli collectores spi
carum. et ibi porcellos suos itroducũt. qđ
est magne malicie argumentũ. beatus cle
mens inuenit gratiam clementis patrisfa
milias. id ẽ xp̃i. Exo.33. Miserebor cui vo
luero et clemens ero in quẽ placuerit mi-
chi si volatilia ad sui similia solẽt ↄueni-
re nõ est mirũ si clementissimꝰ beatũ cle-
mentem sibi voluit in familiarẽ amiciciã
copulare. Tercio valet clemẽtia ad ↄsola
tionẽ afflictoꝝ. puer.16. In hilaritate vul
tus regis vita ⁊ clemẽtia eiꝰ quasi imber
serotinꝰ. rex reguʒ dñs in hilaritate vultꝰ
sui quasi risum vitaleʒ nobis facit quãdo
nobis gratiam iustificanteʒ infundit qui
prius fueramus mortui in peccatis. Ge-
ne.21. risum fecit michi deus e t quicunq;
audierit conridebit michi. nam quicunq;
intelligit peccatorem conuersum de statu
culpe in statum gratie debet eidem con-
gradulando quasi cõridere. Sed sciendũ
est ꝙ quantumcunq; in presenti vita ali-
quis sit perfectus in gratia pleno ore nõ
ridet. q꞉ quãtumcumq; in sãctis in p̃nti vĩ
ta abũdet nõ ẽ plenꝰ risꝰ. q꞉ ipsam ↄcomit
tatur multiplex miseria. sʒ amota miseria
ꝑ gloriã scti pleno ore ridebũt. ⁊ dulcisso
nis labĳs iubilabũt. Job.8. Implebitũ os
tuũ risu ⁊ labia tua iubilo. sic g̃ ⁊ hilarita
te ⁊ vultꝰ regis vita. seq̇t. ⁊ clemẽtia eius
q̃si ĩber serotinꝰ. Sciẽdũ ẽ ꝙ dñs infun-
dit nobis matutinũ imbrem qñ dat nobꝫ
gratiam preuenientẽ. vt bene velimꝰ ps̃.
58. Misericordia eiꝰ p̃ueniet me. miscd̃ia
dei p̃uenit nos qñ nobis gratiã iustifican
tem infundit. Imbrem autẽ serotinũ no-
bis infundit. dñs qñ ex misericordia sua
nobis dat gratiã ne bonũ frustra velimꝰ.
ps̃. miscd̃ia eiꝰ subsequetũ me. Imbrẽ aũt
quasi meridianũ infundit dominus. quã
do ex misericordia sua dat nobis gratiaʒ
concomitantẽ. vt efficaciter bonũ velimꝰ
vt per hoc in misicordia ⁊ miseratiõibus
coronemur. ps̃.102. qui coronat te i miseri
cordia ⁊ miseratiõibus. Btũs clemẽs istã

gratiam triplicem bene habuit. nam sibi
habitaculum ad modum templi marmorū
in extremis maris preparauit. vbi ancho
ra ad collum missa propter testimonium
fidei christi precipitatus fuit. et ibi gra-
tia diuina eum visitauit. ⁊ ad regna cele-
stia perduxit. ps.. Si habitauero in extre
mis maris etenim illuc manus tua dedu-
cet me et tenebit me dextera tua. Quarto
clementia valet ad solitationem perfecto
rum. prouer. 20. Misericordia et veritas
custodiunt regem et roboratur clemen-
tia thronus eius. vt sepe dictum est. Rex
dicitur quilibet bonus plātus qui duos
custodes debet habere. veritatem que cu
stodit ipsum dirigendo. Malachie. 2. Lex
veritatis fuit in ore eius et iniquitas nō
est inuenta in labijs eius. et sequitur. In
pace et equitate ambulauit mecum mise-
ricordia custodit prelatum ipsum stabiliē
do. 1. macha. 2. Dauid in sua misericordia
cōsecutus est sedem regni in secula. hi sūt
duo custodes de qbus isa. 62 Sup muros
tuos hierusalē ɔstitui custodes tota die ⁊
tota nocte imppetuū nō tacebūt. Ueritas
clamat vt rectam viam teneam⁹ puer. 4.
Uiam sapientie monstrabo tibi et ducā te
p semitas equitatis Misericordia clamat
vt i sistamus opibus pietatis si miam vo
lumus consequi. Mathe. 5. Beati miseri-
cordes quoniā ipi misericordiā ɔseqntur
Istis duobus preconibus credendū ē be
ne. quia auctoritatē habent ex veritate sa
cre scripture. ⁊ illa hȝ autoritatē ex spūs-
sācti ispiratiōe. 2. petri. 1. nō em̄ volūtate
hūana allata ē aliquādo pphetia sed spū
sācto inspirati locuti sūt sancti dei hoies.
Sic ergo mia et veritas custodiūt regem
Seqtur. Et roboratur demētia thron⁹ ei⁹
istud ad lrām patȝ. paralip. 2. 10. vbi legit
q dixerūt sapiētes ad roboam regē isra
el. si lenitus fueris populū istū verbis cle
mentibus seruiet tibi omni tpe. et qr sapi
entib⁹ nō credidit. Imo derelicto sapiēti
um ɔsilio. p cōsiliū iuniorū vebis duriorī
bus illis respondit. et ideo decem ptes re
gni sui amisit. sed beat⁹ clemēs clemētia-
et lenitate subiectos populos guberna-
uit. Ad Galath. 6. Si poccupat⁹ fuerit hō
in aliquo delicto vos qui spirituales estis
huiusmodi instruite in spū lenitatis. ⁊ qr
beatus clemens lenis fuit. ideo euȝ domi
nus i fide et lenitate sanctificauit. ⁊ ad et
nā gloriaȝ deduxit. Ecci. 45. In fide ⁊ le
nitate ipsius sanctū fecit illum ⁊ elegit eū
ex omni carne. et ostendit illi gloriā suaȝ.

Ad quā nos pducere dignetur qui viuit
et regnat in secula seculorum Amen.

De sancto Clemente. Sermo. 2.

Lex dei eius in corde
ipsius et non supplantabūtur
gressus eius. ps. 36. In verbo
proposito commendatur beatus clemens
a duobus. Primo enim commēdatur a co
gnitione legis diuine. cū dicitur. Lex dei
eius in corde ipsius. Secundo commenda
tur ab executione operationis bone. cum
dicitur. et non supplantabuntur gressus
eius. Quantum ad primū sciendum. q lex
dei vtilis est ad quattuor. Primo em̄ auer
tit a deuio viciorū. Secundo ɔuertit ad
exercitiū opeꝝ bonoꝝ. Tertio cōfortat i
ppessiōe aduersoꝝ. Quarto eleuat ad pti
cipatiōeȝ eternoꝝ. Primo ergo lex diuina
auertit a deuio viciorū. Job. 22. Suscipe
ex ore illius legē ⁊ pone sermones eius i
corde tuo. si reuersus ad oipotentē edifi-
caberis et lōge facies iniqtatē a taberna
culo tuo. Lex dei qdē ex ore ipi⁹ suscepta
nō tam resonat exterius tumultu vocis q̄
choruscat interius in radiatiōe veritatis
vnde btūs. Grego. i moralis. Lex dei fac
ta ad nos potius videtur q̄ audituꝝ dum
enim semetipsum sine mora sermonis insi
nuat repentina luce nostre tenebras igno
rātie illustrat. sic ergo ex ore dei debem⁹
legem suscipe. debemus etiā sermōes ei⁹
in cordibus nostris ponere. non tantū au
ribus auscultare. sicut faciūt quidam qui
sermōes frequentāt ⁊ audiētes pdicato
res ipsos diiudicāt dicēdo. Iste est asin⁹
iste est verbosus. iste est curiosus. et quod
audiunt quaternis committūt et parū vel
nichil i cordibus suis reponūt. isti sūt au
ditores curiosi. quod audiūt ore reponūt
in corde. et isti sūt auditores studiosi. Pro
uerbio. 3. Precepta mea cor tuū custodiat
sed si illud quod audiunt ⁊ custodiūt cor-
de. non exequātur in opere sūt auditores
infructuosi signati p ficum i qua domin⁹
querēs fructum non inuenit ⁊ ideo male-
dixit Marci. 11. hec tria genera scolarium
signātur Numeri. 24. Dixit auditor sm̄o
num dei. hoc dr quantū ad curiosos. q vi
siones oipotentis intuit⁹ est. hoc dr quan
tuȝ ad studiosos q cadit apertos oculos ha
bet. hoc dicitur quantuȝ ad infructuosos
Romanoꝝ. 2. Nō auditores legis sȝ fac
tores iusti sunt apud deū. hoc dicitur quā
tuȝ ad fructuosos. sic ergo debem⁹ ex ore
dei legem suscipere et sermōes eius i cor

dibus nostris ponere. Sequitur. si reuersus fueris ad omnipotentem edificaberis quando peccator ab omnipotente p culpam auertitur tota structura spūalis edificiū destruitur. sed cum peccator ad dn̄m per penitentiam reuertitur tunc est sicut hierusalē que vt ciuitas reedificat. Hieremie.3. Reuertere ad me et ego suscipiam te. Sequitur. Longe faciens iniquitatem a tabernaculo tuo. Tabernaculum nostrum quandoq corpus qn̄q mens dicitur. quia sicut in corpore habitam⁹ mēte ita in mente habitamus cogitatiōe ab isto tabernaculo/ mētis nostre scilicet iniquitas longe efficitur qn̄ qui in lege domini et i eius electis meditamur. ps.118. In corde meo abscondi eloquia tua vt nō peccem tibi. Nā sicut tyriaca expellit venenum sic meditatio legis diuine expellit peccatum. In hac lege beatus clemēs bene studuit qui doctrinam beati petri vt de eo legitur secut⁹ fuit. Prouer.13. Lex sapientis fōs vite vt declinet a ruina mortis. Secundo lex dei cōuertit ad exercitium bonorū operū. ps.18. Lex dn̄i immaculata cōuertens aīas testimoniū dn̄i fidele sapientiā prestās paruulis. Lex dn̄i dr immaculata. quia maculam non suscipit. Nā sicut tenebre claritatem lucis obfuscant/ sic falsitas suo nubilo quandoq veritatem obumbrat. Lex ergo domini immaculata. quia habet puritatem veritatis sine admixtione falsitatis. Speciosior est sole et super omnem dispōnē stellarū luci cōparata inuenit prior. Sic ergo lex dn̄i imaculata dr quia maculā non suscipit. Dicitur etiā imaculata/ qr imaculatos reddit. ps.1. Beati imaculati in via q ambulāt i lege dn̄i. Ista lex imaculata est conuertēs aīas. Nam sicut contēptus legis diuine a deo auertit: sic appetit⁹ eiusdem ad deū cōuertit. Prouer.28. Qui declinat aures suas ne audiat legem oratio ei⁹ erit execrabilis sicut enim ab ecclesia eiiciūtur excōicati/ sic etiam contemptores diuine legis expelluntur ab adiutorio dei. Sz sic vt cōtēpt⁹ legis a deo auertit. sic eiusdem appetitus ad deum cōuertit. Ex quo em̄ homo collum suū diuine legi subiicit ex huiltiate a deo meret exaudiri. Isaie. vlti. Ad quē respiciā nisi ad pauperculū et cōtritū spū et trementē sermones meos. Seqtur. Testimoniū domini fidele. Dn̄s testatur se fidelem i pmissis quia veraciter soluit quod promittit. Nume.23. Nō est de⁹ quasi hō vt mentia-

tatur beataz agnetē ad ꝓceptōem p̄mioꝝ
cū dicit et veni. Sciendū est ergo ꝙ vocat
dñs aiam fidelem ad tria. Primo ad eru-
ditōez Scdo ad recreatōem Tercio ad co
ronam vel retributōem Primo ergo vocat
aiam fidelem ad eruditōem ps Uenite fi-

lij audite me timorē dñi docebo vos. Et
notādū in ista auctoritate tria nobis val-
de necessaria. Primum est affectio pater-
na quod notatur cū dr venite filij. Scdz ē
inspiratio interna qd notatur cuz dicitur
audite me. Terciū est stabilitio firma qd
notatur cum dicitur docebo vos bona est
lectio timoris domini. Timor eñ dñi in
homine fidei sapientiam initiat ps. Ini-
tiū sapie timor dñi in ipso etiaz totā stru
cturam edificij spiritualis confirmat Ec-
cle. 27. Si non in dñi timore tenueris te
instanter cito subuertitur domus tua. Ec
ce q̄z necessarius est timor dñi sine quo ci
to subuertetur structura spūalis edificij.
Scdo vocat nos dñs ad recreationē Ma.
ij. Uenite ad me oēs q̄ laboratis et onera
ti estis et ego reficiā vos. Dñs facit sicut
bon⁹ paterfamilias qui suos suos fideli
ter laborātes ad ɔuiuiū itroducit pigros
aūt et inutiles excludit sic dominus in vi
nea sua fructuose laborantes ad eternaz
refectionē itroducet Lu. 22. Ego dispono
vobis sicu disposuit michi pater regnum
vt edatis et bibatis super mensam meaz
in regno meo sed seruos pigros et labo-
rare negligentes ab eterna refectione ex-
cludet Isa. 65. Serui mei commedent et
vos esurietis serui mei bibent ꝛ vos sitie
tis Tercio vocat dominus animam fide
lem ad coronā vel eternā retributionem
Can. 4. veni de libano veni coronaberis
sic hodie dñs beatā agnetez ad coronam
vocauit et caput ipi⁹ corona aurea deco-
rauit Eccle. 45. Corona aurea sup caput
ei⁹ expssa signo et sanctitatis ꝛ gloria ho
noris ꝛ op⁹ fortitudis. Ad quā gloriā ꝛc.

De sancto Uincētio Sermo. Primus.

CErtamen forte dedit
illi vt vinceret Sap. 10. In ver
bo pposito ɔmendatur beatus
vincētius a duobus. Primo enim commē
datur ab audaci aggressione arduorum
cum dicitur certamen forte dedit illi Se-
cundo commendatur a virili subiugatiōe
tormentorum cum dicitur vt vinceret. Et
sciendum quantum ad primum ꝙ est qua
druplex certamen quo certauit beatus vi
centius. Primo enim est certamen conti-
nentie cōtra incētiuū cūcupiscentie carna
lis Scdo est certamen sapiētie contra in-
sultum pfidie vel erroris Tercio est certa
men pacientie ɔtra impetuz tribulatiōis
afflictionis. Quarto est certamē caritatꝫ
feruide per cōtemptum mortis. Primo er
go est certamen continentie contra incen
tiuum concupiscentie carnalis Judicum.
3. Hec sunt gentes quas dominus dereli-
quit vt erudiret i eis israhelem et postea
discerent filij eorum certare cuz hostibus
et habere consuetudinē preleādi. iste gē-
tes concupiscentie carnales dicuntur et
competenter gentes apellātur quia in no
bis ex corruptione nature primorum parē
tum generantur Ro. v. Per vnum homi-
nem peccatum intrauit in mundum. ꝛ per
peccatum mors. ita mors in omnes homi
nes transiit ab adam in quo omnes pecca
uerunt. In istis gentibus hoc est carnali
bus motibus erudimur in duobus. in ip-
sis enim cognoscim⁹ quid simus ex nobis
Secūdo quid simus ex munere dei. prima
doctrina quasi prima lectio duab⁹ hz ptes
Nam ex nobis duo habemus. s. pronita
tem ad malum. Secundo ex nobis habe-
mus difficultatem ad bonum. Ro. 7. Nō
quod volo bonum hoc ago. sed quod malū
odio illd facio. ppter qd exclamabat. Ro
7. infelix ego homo quis me liberabit de
corpore mortis huius est statim sequitur.
Consolatoria responsio gratia dei p chri
stum iesum dñm nrm. istam diuinā gratiā
habemus ex munere dei qui quasi alia le
ctio in duas partes diuiditur sm duo que
gratia dei in nobis operatur Primo eniz
nos constituit in esse honestatis morum.
i. Cho. xv. Gratia dei sum id quod sū. Se
cundo nos inducit ad primum exercitium
bonorum operum. vnde ibidem subditur
Et gratie in me vacua non fuit. sed abun
dantius omnibus his laboraui Iste gen
tes. i. isti motus carnales nobis in exerci
tium relinquuntur certamus. vnde subdi
tur: vt discerent certare cum hostibus cū
his hostibus. i. motibus carnalibus certa
ni⁹ dupliciter primo eñ fugiēdo sicut eñ
pthi siue turci fugiendo certāt. ꝛ qñq̄z ho
stes suos supant. sic nos motus carnales
vincim⁹ qñ ipsoꝝ occasiones quātū possu
mus elōgamus. i. Cho. 6. Fugite fornica
tōem. scdo istos hostes vincimus carnem
ppriam macerādo. i. Cho. 9. Castigo cor
pus meū ꝛ in suitutē redigo Tercio istos
hostes vincimus in sacra scriptura dilgēt
studēdo in lege dñi iugiter meditando vñ
Jero. Ama studia scripturarū ꝛ carnis vi
cia non amabis In isto afflictu spūali de-
bemus esse p exercitiuz assueti qꝛ q̄ nō ē
in bello exercitatus non de facili supat. sz
poti⁹ superatꝫ ppter hoc dr ꝛ haberēt cō-
suetudinē preliandi ppter qd legitur de

dauid.i.Regum.17. Quando induebatur armis saul recepit tētare si armatus possz incedere. Non enim habebat ꝯsuetudinē dixitqꝫ ad saul. non possum sic icedere qꝛ nec vsum habeo vnde illis armis fuit vsꝰ in quibus erat assuetus vnde ibidem dꝛ. Fualuit dauid aduersus philisteū i funda ꝛ lapide ꝑcussitqꝫ philisteū interfecit ꝑfūdā que prius voluitur añqꝫ lapis ex ea emittatur signatur scrutiniuz ꝓprij cordis qḋ a nobis persuadendo et reuoluendo diligenter debet examinari et tunc debet ex eo lapis durus quia obstinationis peccati per confessionem emitti. et sic abhostibus interioribus liberamur et hostis exterior superatur. In isto primo certamine beatus Uincētius superauit quia carnē suam cum vicijs et concupiscentijs crucifixit. et ideo quasi bonus miles istud primum certamen superauit. Secūdo est certamen sapientie contra insultuz heretice prauitatis. Sap. 8. In certamine loquele illius sapientia et preclaritas in communicatione sermonum illius dupliciter aūt solent heretici vel infideles contra fideles certare. Primo in similitudine rationum. Secundo peruesa expositione scripturarum sanctaruz vnde de ipsis dicitur gladij ancipites in manibus eorum sꝫ vt clauus clauo retundatur gladio verbi dei ex vtraqꝫ parte acuto contra ipsos pugnare debemus Apo.i. De ore eius gladius ex vtraqꝫ parte acutus exibit Nam verisimiles rationes illoruz debemus solidis rationibꝰ retundere peruersas expositiōnes eorum catholicis refellere expositionibus: et sic fidem nostram contra ipsos astruere et defēdere. Augꝰ. in libro de trinitate aduersus garrulos ratiocinatores elatiores qꝫ capaciores similitudinibus cōgruis et rationibus catholicis ad assertōnem et defensionem fidei est vtendum his armis erat indutus et in ipsis exercitatꝰ miles egregius beatus paulus apostolꝰ. 2.Cho.10. Nam arma militie nostre non sunt carnalia sed potentia deo ad destructionem munitionum consilia destruentes et omnem altitudinem extollentez se aduersus scientiā dei si ergo in certamine loquele sapientis est sapientia sequitur. et preclaritas in communicatione sermonum ipsius sapientia enim de se dicitur. esse clara. Sapientie. 6. Clara est et que nunqꝫ marcescet sapientia Sed in sua cōicatiōe dicitur esse ꝑclara sicut ei sol q̄ntū ad suū ꝓmū actum que est lucere dꝛ eē clarus q̄tum autē ad esse eius scd̄m qḋ est illuminare dr̄ esse preclarus. Sic sapiēs dꝛ esse clarus in veritatis cognitione. Sꝫ dicitur preclarus in cognite veritatis cōmunicatione qḋ fit in auditoꝝ eruditione qꝛ per hanc obtinet claritatis laudem i eternitate. Dañ.12. Qui aūt docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti et qui ad iusticiam multos erudiunt quasi stelle imperpetuas eternitates. in isto certamine sapie fuit bene eruditus beatus vicētius. ipsi enim dixit sanctus valeriꝰ. tibi fili gēma scia pollenti ac superni amoris igne feruenti celestis olei doctrine ministerium delegaui. Ista gemma eius scientie erat in duobus in cōtēplatione eternorum. et in formatiōe morū vel erat ista gemma scientia in habitu fidei in corde ꝛ libera cōfessione in ore ad. Ro.10. Corde creditur ad iusticiam ore autem fit confessio ad salutem. tercio est certamen patientie contra impetuz tribulationis vel afflictionis Ad hebre.10. Rememoramini pristinos dies in quibus illuminari magnū cermamen sustinuistis passionū loquitur apostolus fidelibus christi de statu ifidelitatis ad fidem eius ꝯuersis. nam primo erant tenebre super faciem abissi. Sꝫ dixit deus. fiat lux et facta est lux fidei in ipsis. Ephe.v. Eratis enim aliquando tenebre. nunc autem lux in domino. Istos dies pristinos rememorari debemus. vt de munere fidei qua illuminati sumꝰ christo gratias referamus Et sapienter christus priꝰ suos fideles voluit illuminari. qꝫ certaminibus tormentorum exponi. Hebre. 2. Qui in tenebris verberatur vel vulneratur ignorat a quibus vel qua de causa verberatur sed qñ verberatur de die pōt personas et etiam causas perpendere sic fideles christi primo fuerūt illuminati vt cognoscerent i lumine fidei qꝛ ꝓ fide christi erant tormentis tirannorū expositi: sꝫ quia erant supra firmam petram fundati cruciari poterāt sꝫ nequaqꝫ poterāt fide christi auelli. Hec est petra refugiū erinatijs. i. martiribꝰ sācti. Iere. 48. Habitare in petra estote quasi columba nidificās in summo ore foraminis petra est christus. i. C ho.10 Petra autem erat christus huius petre foramina sunt christi vulnera quibus fuerunt eius membra in passione pforata. in istis foraminibꝰ vult christus fideles suos habitare. nec cessāt eos quasi columbas domini ad ista foramina prouocare. Canticorum.2. Ueni columba

mea in foraminibus petre beatus Vincē
securus habitabat et dacianum ī euz ser
uientem quasi accipitrem circumuolātem
videbat nec timebat sed magis dei ꝓpria
supplicia prouocabat Unde et ipse dice-
bat In surge et toto malignitatis tue de-
uaccare videbis me dei virtute plus pos
se qui torqueor ꝙ possis ipse qui torques
Nec mirum si beatus vincen. habitans ī
petra in modum petre durauerit sed exul
a corpore dolores corporis nō senserit ne
ꝙ hoc faciebat stupor sed amor Submit-
tebatur enim sensus non ammittebatur
tur non non deerat. dolor sed superaba-
accipiebantur opes sed contennebantur
¶ Quarto est certamen caritatis ferui-
de per com temptum mortis. 2. Timor. 2
Non coronabitur nisi qui legittime certa
uerit homo certat legaliter bonum incipi
endo sed certat legalius incepto bono ꝓ
ficiendo sed legitime certat vsꝙ in finem
perseuerando et sic incepta bona cōsumā
do Sic certauit beatus vincen. vnde dice
re potuit id. 2. Thi. 4. Bonum certamen
certaui finem seruaui cursum consumma
ui Certamen imperatoris est prouocatuz
audacie militis propter qđ ad Heb. 12. dr
Curramus ad propositum nobis certamē
aspicientes in auctorem fidei et consum-
matorem ihesum qui proposito sibi gau-
dio sustinuit crucem ad xp̄m oculos leua
bat Nam inde potens ad bibendum cali
cem domini erat de quo in ps̄. Calix me⁹
inebrians ꝙ preclar⁹ est. Reuera iste ca
lix et preclarus et iocundus erat non so-
lum militi certanti sed imperatori spectā
ti. miles enim ex vulneribus imperato-
ris hauriebat quod illud qđ sibi de erat
ex propria infirmitate supplebat et ipsuz
in passione solidabat vnde bene competit
beato vincenti. illud quod dicit beatus.
Bern. Ego quod michi ex me de est michi
vsurpo ex visceribus ih̄u christi Nam mi
ra effluunt nec foramina desunt per que
effluunt. Foderunt enim inquit man⁹ me
as et pedes meos latusꝙ lancea perfora
uerunt per has rimas licet michi surgere
mel de petra oleumꝙ de saxo durissimo.
i. gustare et videre quoniaz suauis est do
minus pregustatione istius dulcedinis ꝓ
uocabat beatus vincentius tortores suos
ad accellerationem certaminis. Nam di-
latio remunerationis ei videbatur dimi
nutio Sic ergo beatus vincentius primo
commendatur ab audaci aggressione ar-
duorum cum dicitur Certamen forte de-
dit. illi. Secundo commendatur a virili
subiugatione tormentorum cum subdit
vt vinceret. Sciendum est ergo q̄ beat⁹
vincen. vicit quadrupliciter. Primo enim
vicit cōcupiscentiam carnis castitate. Se
cundo vicit infidelitatem erroris fidei ve
ritate. Tercio vicit agonē certaminis pa
tiētie virtute. quarto vicit mortē et acto
res mortis feruida caritate. p̄io ergo vi-
cit beatus vincen. concupiscentiā carnis
castitate. 1. Jo. 2. Scribo vobis iuuenes.
quoniam fortes estis et verbum dei ma-
net in vobis et vicistis malignū. i. mundū
triplici malo igne ignitum. quia secundū
q̄ ibidē dicitur. Omne quod est in mūdo
est concupiscentia carnis. aut concupiscē
tia oculorum. aut superbia vite concupis
centiam carnis dicit propter affectionem
voluptatis carnalis. Concupiscentiā ocu
lorum dicit propter cupiditatem affluen-
tie temporalis. Superbiam vite dicit pro
pter ambitionem excellētie vel honoris.
Ista tria vicit beatus vincentius. Primo
vicit concupiscentiam carnis. carnem suā
cum viciis et concupiscentiis non solum
crucifigendo. sed etiam variis suppliciis
exponendo vnde de ipso legitur. Tor que
tur et flagellatur. exuritur ꝛ distensis mē
bris crescit ad penā. Inseritur quoꝙ pe-
ctori ꝛ mēbris dep̄ssa aspitas laminaꝝ et
decurrēte iter ip̄as cādētis ferri acies li-
quore stridens flāma a ruina respergit.
Secundo vicit concupiscentiam oculoruz
mundum et omnia mundi oblectamenta
contenendo vnde cum sibi prospera pro-
mittebantur si christū negando a fide ei⁹
auerteretur omnia quasi stercora arbitra
tur. Tercio vicit ꝛ superbiam vite. sese in
fidelibus et tortoribus longe ipso inferi-
oribus humiliando. verus imitator chri-
sti de quo ad Philip. 2. dicitur humiliauit
semetipsum factus obediens vsq̄z ad mor
tem. Secundo beatus vincentius infide-
litatem erroris vicit fidei veritate Sap.
7. Sapientiam non vincit malitia Attin-
git enim a fine vsq̄z ad finem fortiter. et
disponit oīa suauiter Cū dicit sapiam nō
vincit malicia min⁹ dicit ꝛ plus signat q̄
sapia nō solū malicia nō vicitur. sed mali
cia a sapia superatur. Ne mirꝝ q̄ infirmū
cum a forciori cutitur ex cōcussiōe cōfrin
gatur Eccle. 13. Quid cōicabit cacab⁹ ad
ollā Qn̄ em̄ se colliserint cōfringet vn̄ si-
cut cōfrigitur olla testes ex collisiōe caca
bi erei soliditatem hn̄tis ita malicia vinci
tur a sapia ꝓpter veritatis sapie firmitatē

In ista firmitate veritatis beat⁹ vicen. so
lidatus erat. Et ideo nec tirannū nec mar
tirium timebat. vnde et contra ipsum ser
uiebat mundus. et seipsū p̄mebat corp⁹
et si contra ipsum seruiebat tirannus et si
etiam insidiabatur diabolus nec cedebat
nec a fide recedebat beatus vin. super fir
mitatem veritatis solidatus. vnde de ip̄o
legitur manet dei martir immotus. Nec
mirum quia in verita te fundatus quia. 2.
Esdre. 4. dicitur Ueritas manet et inua⸗
lescit in eternum et viuit ⁊ obtinet in secu
la seculorum deus veritatis. Tercio vicit
beatus vin. agonem certamis patientie
virtute Apoc. 6. Et ecce equus albus. ⁊ q̄
sedebat super illum habebat arcum ⁊ da
ta est ei corona et exiuit vincens vt vice⸗
ret. per equum album et sedentem super
illum potest beatus vin. designari propter
bipertitam differentiam anime et corpo⸗
ris. Nam sicut sessor regit equum. sic ratō
debet regere sibi corpus subditum Nam
ratio debet imponere corpori sibi subdito
frenum cohibitionis sellam subiugatiōis
debet etiam ipsum vrgere calcaribus ca⸗
stigatiōis. dz etiam sibi apponere fenū ne
cessarie sustētatōis vt possit iplere dietaz
suā in via p̄ntis peregrinatōis i q̄ positi su
mus. vt de die in diē eam⁹ quousq̄ veni⸗
am⁹ ad brauiū sup̄ne vocatōis. Johā. 15.
Posui vos vt eatis ⁊ fructū afferatis ⁊ fru⸗
ctus vr̄ maneat repositus scʒ in horreū et
nitatis Beatus vin. quātū ad rationez se
dens sup̄ istū equū hoc est corpus candi⸗
dum et immaculatum dicitur habere ar
cum. In arcu autem duo sunt scilicet cor⸗
da ⁊ lignū. Lignum ē durum corda ē mol
lis attamen corde mollicies ligni duriciē
deflectit' Sic in isto martire beato vincen
tio fuerunt duo per modum corde fuit i eo
inuocatio diuine misericordie Sʒ per mo
dum ligni fuit in eo protectio diuine iusti
cie quantum ad inuocationem diuine mi⸗
sericordie dicitur de eo clamauit ad me ⁊
ego exaudiam quantum ad protectiōez di
uine iusticie subditur cū ip̄o sū in tribula
tōe eripiā eum et glorificabo eum beatus
vincen. ad dn̄m ocul⁊s leuabat a quo sibi
auxiliū futurum sp̄abat. vn̄ de ip̄o legit̄.
q̄ erectis in celū luminibus dn̄z dep̄caba
tur a quo om̄e auxilium suis martiribus
deriuatur et ex spe auxilij fortior efficitur
Un̄ beat⁹. Bern. vult benignus dux deuo
ti militis vultū et oculos ad se sustulli vt
ex hoc ei⁹ aīm erigat ⁊ exēplo sui reddat
ad tollerādū fortiorē Sic ḡ beatus vin.
manu sua habebat arcum in quo scʒ erat
corda diuine misericordie ⁊ lignū p̄tectō
nis diuine iustitie. lʒ sequitur ⁊ exiuit vin
cens vt vinceret Exiuit ad seminandū di⸗
uini verbi frumēta vincēs huius mundi
oblectamenta ⁊ h̄ vt vinceret et tortores
et tormēta Exiuit p̄rio dico ad seminādū
diuini verbi frumenta Math. 13. Ecce ex⸗
ijt qui seminat seminare semen suum. Et
s̄m expositionez saluatoris semen est ver
bum dei. Istud semen beatus vincen. se⸗
minauit cū v̄bum dei predicauit Et ideo
maledictionē populorum diuitauit etiā
dei benedictionez impetrauit. Prouer. ij
Qui abscondit frumēta maledicetur i po
pulis bn̄nedictō aut super caput vēdētiū
⁊ exponentiū ⁊ p̄dicātiuz beat⁹ vin. ergo
exijt seminare diuini v̄bi frumenta. Sed
exiuit vicens mūdi oblectamenta. Johā
16. In fine confidite ego vici mūdū q̄ be⸗
ne beato vincen. conuenit hic est enim ve
re martir qui pro christi nomine sangui⸗
nem suū fudit ⁊ minas iudicum non timu
it nec terrene dignitatis gloriaz quesiuit
sed ad celestia regna feliciter peruenit ip
se ergo exijt vicens mūdi oblectamenta.
et hoc vt vinceret et tortores ⁊ tormēta vn
de de ipso legitur q̄ a tortoribus afflict⁹
et pre labore pene merentibus denuncia
tur daciano vincentium p̄curisse vniuer
sa supplicia et pertinaci magis p̄fessionē
q̄ ceperat christum confiteri tunc ait da⸗
cianus vincimur. Quarto bea. vin. vicit
mortem et actores mortis feruida carita
te. Apoc. 21. Qui vicerit possidebit hec et
et ero illi deus et ille erit michi fili⁹ Qui
vicerit virtute feruētis caritatis caritas
nunq̄ vincitur sed sapientia vicit. i. Cho.
13. Caritas nūq̄ excidit ille possidebit h̄.
sʒ quid sibi dn̄s vult ita indefinite loquē
do et nichil in p̄ticulari aut singulari di⸗
cendo cuʒ dicit qui vicerit possidebit. hic
rn̄deo q̄ ipse p̄mia eterna vult ibi intelli
gi que sermone nō valent cōplete explica⸗
ri. i Cho. 2. Oculus non vidit nec auris au
diuit nec in cor hominis ascendit q̄ prepa
uit deus his qui diligunt illum q̄ bene p̄
mittit deus suis martiribus in agone cer
certaminis vicentibus Apo. 2 Uincēti da
bo manna absconditum filij israhel vidē
tes manna dixerunt manhu q̄ interpreta
tur quid est hoc. per manna signatur im⸗
mensitas diuine dulcedinis que in presē
ti vita humana lingua nō potest explica⸗
ri p̄pter quod dauid propheta admirās
dicebat q̄ magna multitudo dulcedinis

nis tue domie quā abscondisti timentibꝰ
te. Dominus in presenti vita nobis multi
tudinē sue dulcedinis abscondit. sicut ma
ter paruulo desideranti potum abscõde
re consueuit. Nam per istam absconsionē
desiderium magis accendit et ad maiorē
capacitatem extendit sed tunc istam ma-
gnitudinem sue dulcedinis nobis exhibe
bit. ⁊ nobis delectationes in dextera sua
vſqꝫ in finē firmiter demõstrabit. ⁊ demõ
strando firmabit ps. Adimplebis me leti
cia cum vultu tuo delectatões in dextera
tua vſqꝫ in finē.. qđ in vita beata nobis i
pendat dñs. Ad quā nos. ⁊c.

De sancto Vincentio Sermo. secundus.

Iustus de angustia li-
berarus est. Prouer. ii. In ver-
bo propositotria notantur a qui
bus beatus vincen. cõmendatur Primum
est sanctitas patiētis. quod notatur cum
dicitur iustus Secundū est acerbitas paſ
sionis quod notatur cum dicitur de angu-
stia Tercium est benignitas liberātis. qđ
notatur cum subditur liberatus est. Quā
tum ad primum sciendum ꝙ beatus vin.
tripliciter fuit iustus Primo viuendo re-
gulariter Secundo certādo viriliter. Ter
cio per perseuerantiam perseuerando fir
miter Primo ergo beatus vincentius fu
it iustus viuendo regulariter Iusticia eñ
est respectu hominis fidelis per quam re-
gulariter in via fidei ⁊ morum et etiā mā
datorum dei ad Galla. vi. Quicunqꝫ hanc
regulam secuti fuerint pax super illos et
misericordia propter quod de iusticia be
ti vincentiū. Sapi. io. Iustum deduxit dñs
per vias rectas. Et ostendit illi regnum
dei homo rectus non potest recte incede-
re per vias tortuosas cecus ⁊ etiam clau-
dus nõ potest recte incedere etiam per vi
as rectas Ad hoc ꝙ per vias rectas recte
incedat. oportet ꝙ habeat in se regulā re
ctitudinis. ⁊ ꝙ via in se sit recta. sed econ-
trario peccator est cecus in intellectu per
ignorantiam agendorum cupidus in affe-
ctu per concupiscentiam noxiorū vñ Aug.
Duo inflicta sunt nobis ꝓpter peccatū p-
mi hois ignorātia rerū agendarū ⁊ concu
piscentia noxiarū ꝓpter ignorātiā pecca
tor male intelligit ꝑ ↄcupiscentiā ꝑuerse
eligit Et sic tortuose incedit Et idā ꝗ hoc
ꝙ homo recte incedat. oportet ꝙ eū dñs
deducat Iere. io. Scio dñe ꝗ nõ est hois
via eius. neqꝫ viri est vt ambulet neqꝫ diri
gat gressus suos. Imo a dño ⁊ apud dñm
gressus hominis dirigūtur. propter quod
dicit iustum deduxit dominus per vias re
ctas. sequitur. Et ostendit illi regnum dei
Sciendum est ꝙ duplex est ostensio regni
dei. prima est fidei ⁊ hec est in via Secun
da est spei. ⁊ hec est in patria. Prima ē spe
culationis Secunda est manifeste compre
hensionis. i. Cho. 13. Nūc videmꝰ per spe
culum ⁊ in enigmate. tunc autem facie ad
faciem In signū huius dominus abrahā
per terram promissionis deduxit et eidē
terram perquā eum ducebat ⁊ semini suo
promisit. ⁊ soluens promissum semen eius
in terram promissionis introduxit Isa. i.
Si volueritis ⁊ audieritis me bona terre
commeditis. Iudei nimis crassum et car-
neum habent intellectum ⁊ corporalia nõ
trāscēdūt nec se ad spūalia erigūt et ideo
ipos in sua duricia. ⁊ ebetudine reliquen
tes ⁊ spūalia ↄpantes Expõamꝰ spūaliter
bona ista spiritualiter intelligentes Can
5. Comedi fauum cum melle meo. ⁊ bibi vi
num meū cum lacte meo In istis notatur
refectio plena que erit in vita beata. Nā
i fauo designatur christi vera humanitas
In melle profunda diuinitas Natura eñ
mellis est penetratia In vino designatur
amena iocunditas In lacte serena suaui-
tas que in christo omnia inuenientur. in ꝗ
est eterna felicitas ad quam felicitatē iā
beatus vin. peruenit meritis fidei et sue
gloriosissime passionis. Secundo fuit be-
atus vin. iustus certādo viriliter Prouer
28. Fugit impius nemine persequente iu
stus autem quasi leo confidens absqꝫ ter
rore erit. Impius fugit ⁊ recedit ab obser
uantia mandatorum decurrit per domici
lia vanitatum. defluit ad negocia viciorū
corruit ad supplicia infernorum Prouer.
28 Qui vero mentis est dure corruet in ma
lum. Sic ergo fugit impius ⁊ hoc nemine
persequēte quia homo ex proprio defectu
sufficit vt ad mala ꝑpetrāda accedat. Sꝫ
nondū sufficit vt ab illis recedat ps. ho
mo est vadēs ⁊ nõ rediens sic igitur fugit
impiꝰ nemīe ꝑseq̄nte. seqtur. Iustꝰ āt q̄si
leo cõfidēs absqꝫ terrore erit. iustꝰ eñ nõ
timet mūdi blandimenta. atqꝫ nõ respicit
nec carnis oblectamēta q̄ despicit. nec dia
boli tētamenta q̄ subicīt. hñs dñz adiuto
rem qui ipm eripit ⁊ ad salutem eternam
suscipit ps Cū ipo sum in tribulatõe eri-
piā eū et glorificabo eum sic bea. vicen. a
certamine passionis est erectus ⁊ i eterna
gl'ia susceptꝰ. Tercio fuit beatꝰ vi. iustꝰ

ꝑſeuerãdo finaliter. Job. 27. Donec de-
ficiã nõ recedã ab innocẽtia mea. et iuſti
ficationẽ meã quã cepi tenere nõ deſinã.
Sciendũ eſt ꝙ hõ ꝑ inſipientiã ab innocẽ
tia recedit. per maliciã ad noxia accedit ꝑ
pñiam ad ſalubria reſurgit. ꝑ perſeueran
tiã ad celeſtia aſſurgit. Primo ergo. hõ ꝑ inſi-
pientiã ab innocẽtia recedit. hõ em̃ cũ in
honore eſſet non intellexit cõparatus eſt
iumentis inſipientibus ⁊ ſimilis factꝰ eſt
illis magna inſipientia eſt ſeipſum ſtola
candoris innocentie exurere et ſeipſum
ſordidis veſtimentis et ſanguine pecca-
torum plenis induere peccator enĩ pecca
tis quaſi veſtimento indutus dicitur qñ
peccatorum ſordibus operitur ꝑ que ve-
ſtis nuptialis tollitur. Math. 22. Amice:
quomodo huc intraſti non habens veſtẽ
nuptialem et ſequitur Ligatis manibus
et pedibus mittite eum in tenebras ex-
teriores Secundo peccator per maliciã
ad noxia accedit. Jere. 2. Scito et vide qꝛ
malum et amarum eſt te reliquiſſe domi
num deum tuũ malum eſt in affectu. ama
rum in affectu Tercio peccator ꝑ penitẽ
tiã ad ſalubria reſurgit Penitẽtia eſt iſta
ſancta tabula quã nobis dñs poſt naufra
giũ relinq̃t. ꝑ quã peccator freq̃nter nau
fragiũ euadit ⁊ ad portũ ſalutarẽ ꝑuenit.
Math. 3. penitentiam agite appropiq̃bit
em̃ regnũ celoꝝ quarto peccator penitẽs
per perſeuerantiam ad celeſtia aſſurgit.
Mathei Decimo. Qui autem perſeuera
uerit vſqꝫ in finem hic ſaluus erit. Peni
tentia enim non habet in ſe aliquid ꝑ qḋ
ſufficienter ad vitam beatam proſit niſi
continua ſit niſi perſeuerantia aſſit. Iſtã
iuſtificationem ſuam quam habuit bea-
tus vincentius non deſeruit ſed perſeue
ranter tenuit vnde iuſticia eius manet in
ſeculum ſeculi. Juſticia enim ꝑpetua eſt ⁊
immortalis. Sapi. i. nec iuſticiam ſancto
rum põt offerre gaudioꝝ ſupernorum fe
licitas quã offerre non potuit tormẽtorũ
acerbitas ⁊ iõ in mẽoria eterna eſt iuſtꝰ
beatus vincẽ. ⁊ memoria iuſti cũ laudibꝰ
Prouer. 10. Secundo notatur in beato vi.
acerbitas paſſiõis cũ dicitur de anguſtia
Sciendum eſt ergo ꝙ eſt triplex anguſtia
Prima enim eſt anguſtia paupertatis cul
pe. Secunda tribulationis acerbe. Ter-
cia preſentis miſerie. Prima eſt anguſtia
paupertatis culpe et ideo paupertatis cul-
pe qꝛ quãtũcunqꝫ homo diuitijs tꝑalibus
abundet i veritate paup eſt ſi diuitijs ſpi
ritualibus caret. Apo. 3. Dicis diues ſum

et locupletatus et nullius egeo ⁊ neſcis qꝛ
tu es miſer et miſerabilis et pauper ⁊ ce
cus et nudus de iſta anguſtia paupertatis
culpe Jſa. 21. Repleti ſũt lumbi mei dolo
re et anguſtia poſſedit me ſicut anguſtia
parturientis Sciendum ꝙ duplices ſunt
lumbi corporales ſcꝫ et ſpirituales. et in
vtriſqꝫ lumbis ſedens eſt generatiõis tã
corporalis q̃ȝ ſpiritualis De corporalibꝰ
lumbis Lu. 12. Sint lumbi veſtri precin-
cti vbi dicit beatus Grego. ꝙ lũbos no
ſtros precingimus cum carnis luxuriã ꝑ
ↄtinentiã coartamꝰ Scḋo dico ꝙ ſũt ſpũa
les lũbi ⁊ iſti lũbi mentis ſũt appellati. i.
Petri. i. Succincti lumbos mentis veſtre
ſobrij perfecti ſperate in eã q̃ offertur vo
bis per gratiã iſti lumbi mentis duo ſũt
intellectus ſcilicet et affectus. Jn intelle
ctu debet eſſe generatõ cognitionis ve-
ritatis Jn affectu debꝫ eſſe generatõ xtu
tis. Sed tunc iſti lumbi dolore replẽt qñ
intellectus per ignorantiam cognitione
veritatis fuſcatur et affectus per maliciã
perfectione bonitatis nudatur ſicut enĩ
quelibet potentia in obiecto proprio de-
lectatur ſic in carentia proprij obiecti tri
ſtatur ⁊ dolore repletur propheta dauid
Pſ. 34 Lumbos ſuos eſſe impletos illu
ſionibus triſtatur Eccle. 37. Et ſicut par
turientis cor tuum fantaſias patitur niſi
ab altiſſimo fuerit emiſſa viſitatio ꝓpter
quod dicit repleti ſunt lumbi mei dolore
ſequitur anguſtia poſſedit me ſicut angu
ſtia ꝑturientis tanta eſt ꝙ omnia mem-
bra corporis poſſidet et affligit ſic angu
ſtia que eſt de dolore ꝑpetrate culpe pe-
nitentem debet totaliter et perfecte affli
gere ꝓ generali et miſeria commutatiõe
que eſt a ſtatu gratie ad ſtatum pauperta
tis culpe Trenorũ. 4. Candidiores na
zarei eius niue nitidiores lacte rubicun-
diores ebore ãtiquo ſaphiro pulchriores
ecce quomodo cãdor niuis nitor lactis ru
bor eboris decor et pulchritudo ſaphiri.
commutantur in nigredinem et turpitu-
dinẽ carbonis vñ ſeq̃tur denigrata ẽ ſup
carbones facies eorum et non ſunt cogni
ti in plateis verum eſt non ſunt agniti vt
nazarei quis qui prius erant virtutibus
floridi peccatoꝝ ſordibus fetidi ſunt effe
cti Secundo eſt anguſtia tribulationis a
cerbe. Job. 15. Anguſtia vallabit eum ſi-
cut regem qui preparatur ad prelium.
Jſtud bene in beato viro eſt impletũ Ipſe
em̃ anguſtia fuit vallatꝰ qꝛ vndiqꝫ fuit ſu

pliciorum angustijs circūdat⁹ Ipe ei prlo
in eculeo positus et inde assumptus ad pa
tibulum est raptus exterius affligebatur
igne deuorante interius torquebat lami
narum pectori in sertarum asperitate. Vñ
in legenda ipsi⁹ dicitur torquetur flagel-
latur exuritur et distensis mēbris crescit
ad penam inseritur quoqꝫ pectori et mē-
bris depressa aspiritas laminarum Unde
potuit dicere illud. i. Paralipo. 21. Ex om
ni parte angustie me premunt. Sed i his
oibus superabat qui moras carnificū ar
guendo ad penam alacriter properabat.
sic ergo beatum vin vallauit vndiqꝫ angustia
sicut regem qui preparatur ad p̄lium pre
paratus fuit cum dicimus certamen forte
dedit Et in illo certamie tortores suos vi
cit siue superauit vnde dacianus p se et su
is satellitib⁹ dicit vincimur. Iste ergo vi
ctor videlicet beatus vincentius a sūmo
victore scilicet xp̄o superna gaudia est de
ductus. Abac. 3. super excelsa mea dedu
cet me victor in psalmis canentem. Ter-
cio est angustia presentis miseric. Iob. 36
Eripiet pauperē de āgustia sua quādiu eni
in presenti vita viuimus nimis pauperes
facti sumus. Dum in valle presentis mise
rie angustiamur et augustijs affligimur.
Nos enim peccata premunt. opprimūt aua
ricia angustiat inuidia coartat sed sola est
caritas que dilatat. vnde si ad montē dei
oreb. qui est mons vber. mons pinguis
mons amplus mons planus mons plen⁹
volumus peruenire nos oportet per am
plam et planam viam caritatis incedere.
et sic poterimus ad latitudinem et pleni
tudinē eterne Felicitatis puenire Ephe.
3. In caritate radicati et fundati vt possi
tis comprehendere cum omnibus sanctis
que sit latitudo et longitudo et su blimi-
tas et profundum Scire etiam superueni
entem scientie caritatem xp̄i vt impleami
in omnem plenitudinem dei. Tercio no-
tatur in verbo proposito benignitas libe
rantis cum dicitur liberatus est Sciēdum
ergo q sicut est triplex angustia. Prima pau
pertatis culpe Scd̄a afflictionis acerbe.
Tercia presentis miserie Ita tripliciter.
ab istis angustijs liberamur Nam ab an
gustia culpe primo liberamur per gratiā
ab angustia tribu lationis acerbe libera
mur per patiam ab angustia presentis mi
serie liberamur per gratiam. Eccle. 34.
Usqꝫ ad mortem periclitatus sum horum
cā et liberat⁹ sū gr̄a dei. Cā pctoꝝ piclita
tur miser peccator vsqꝫ ad mortem in fer-
nalium supliciorum. Roma. vi. Stipēdia enim
peti mors gratia āt dei vita eterna. malū
est militare i peccatum. vnde nichil nisi mor
tē assequimur. sed bonū est militare i gra
tia dei per quā vitam eternam consequi-
mur. Tanta est magnitudo miserationis
diuine q nobis vere vsqꝫ ad mortē picli-
tatis per gratiam suā subuenit et libera
ta a periculis vnde hic sequitur. Et libe-
ratus sum per gratiam dei. Vñ paulus. i.
Thi. i. Se dicit fuisse blasphemū persecu
torem et contumeliosū. Sed dicit se gra-
tia dei ab istis periculis liberatū. i. Cho.
15. Gratia dei sum id quod sū et gratia ei⁹
in me vacua non fuit sed habundātius oī
bus his laboraui. dñs enim non vult gr̄am
suā in nobis eē occiosā. sed bonis labori-
bus fructuosā. hō enim occiosus reddit in
fructuosus. Secūdo ab angustia tribula-
tionis acerbe liberamur. p patiētiam. Ie
re. 15. Liberabo te de manu pessimorum
pessimi fuerunt dacianus et satellites sui
ipsi enim fuerūt mali crudelitate. peiores i
fidelitate. pessimi obstinatione. de manu
horū pessimoꝝ dñs beatum vincē. libera
uit. qn sibi i tormentis firmā patiētiā do
nauit vñ bea. gre. Dñs melius liberat cū
patientiā dat. Luce. 21. In patientia vr̄a
possidebitis aīas vestras. patiētia corda
iustoꝝ ita perstrigit et perficit q ipsa a re
ctitudine fidei et moꝝ declinare et detor
queri non permittet sequitur. Sed i hoc
patiētia specialiter roboratur cū fauore
caritatis perfecte vigoratur quātūcūqꝫ per
seuiant exteriora tormenta feruore tñ ip-
sa superat dilectio perfecta. vñ sicut cla-
rescente luce solis non reputam⁹ magne
vtilitatis lumē lucerne. sic nō reputabāt
sancti martires ignē exterius in corpore
seuientē cum in se haberēt ampliorē fer-
uorē caritatis interne. Tercio ab āgustia
pñtis miserie liberatum per gloriā. Dan.
vi. Rex p daniele posuit cor vt liberaret
eū et vsqꝫ ad occasum solis laborabat vt
erueret illū. Rex xp̄s. per danielem signat
humanū gen⁹ ad liberationē hui⁹ danie-
lis. i. hūani gñis xp̄s cor posuit. Nam ip̄e
cor et corpus ad liberationē ei⁹ exposuit
Sequitur. et vsqꝫ ad occasum solis vt eū
erueret laborauit christus. quia de die la
borauit ieiunando. discurrendo. orando.
predicando. sed tunc vsqꝫ ad occasum so-
lis laborauit quādo laborauit pro nobis
moriendo. tunc enim fuit veri solis occa-
sus quando christus fuit pro nobis mor-
tuus in cuius signum cum emisisset spiritū

tenebre facte sunt ab hora sexta. vsq3 ad horam nonam super vniuersam terram. Ecclesia. primo Oritur sol et occidit et ad locum suum reuertitur xp̄s verus sol iusticie ortus in natiuitate. occidit in morte et ad locum suum reuersus est in gloriosa ascensione in qua i celos ascendit vadēs nobis locum parare. p̄s. Parasti in dulcedine tua pauperi deus dicit propheta ꝙ deus suis parauit. Sed non dixit quid parauit qꝛ forte exprimere nec voluit nec valuit. i. Chor. 2. Ocul⁹ nō vidit nec auris audiuit. nec in cor hois ascendit que p̄parauit deus diligentibus se. ista sūt premia eterna. que et si in presenti vita sunt ineffabilia. in vita tamen beata ꝑ dei gloriam sunt incomprehensibilia. Ad quam nos perducat.

De conuersione pauli.
Sermo primus.

Post ꝙ̄ enim conuertisti me egi penitentiam. Jere. 3. Jn verbo proposito notantur duo. Prio em̄ notatur benignitas diuine miserationis. cum dicitur postꝙ̄ conuertisti me et hoc est ex parte domini. Secundo notatur humilitas prompte emendationis cū dr̄ egi pniaz. Et istud ē ex parte beati pauli. per primū ne in malo deficiat reuocatur per scd̄am vt in bona perficiat ꝓuocatur. Quātū ad primū sciendū ꝙ dn̄s pctōres conuertit quadrupliciter. Primo em̄ cōuertit a seruitute peccati ad gratie libertatem. Secundo a corruptiōe veteris hois ad sancte vite nouitatē. Tercio a sterilitate ociȳ ad bonoꝝ operū vbertatez. Quarto a vilitate miserie p̄ntis ad eterne glorie leticiam vel iocunditatem. Primo ergo cōuertit dn̄s a seruitute culpe ad gratie libertatem vnde i. p̄s. Dixit dn̄s ex basan conuertā in profundū marꝫ vel confundo que bene competunt pctōri misero. Jn ipso enim est siccitas roris deuotionis et diuine bn̄dictionis. ꝛ ideo in ipso est defectus floris et fruct⁹ bone operationis ad quā sequitur confusio ex turpitudine inhoneste conuersationis. Jere 14. Maiores miserunt minores suos ad aquam venerunt ad hauriendum et nō inuenerunt aquam reportauerunt vasa sua vacua confusi sunt agricole et operuerūt capita sua. propter terre vastitatem tunc maiores minores suos ad aquam mittunt quando p̄dicatores exhortationibus peccatores ad penitentie lamenta inducunt. Sed isti aquā non inueniunt et vasa sua vacua referunt quando animas suas sine aqua deuotionis inueniunt. p̄s. 143. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Et ideo confusi esse propter terre vastitatem dicūtur. quia iustis cum exultatione venientibus et manipulos beatorum operū portantibus sic steriles et sine fructu beatorum operum portantibus sic steriles et sine fructu beatoꝝ operuꝫ exn̄tes quasi in terre vastitate reperiūtur ꝛ idcirco merito confundunt. Sed tunc dominus ex basan conuertit. quando terre arenti irriguum superius et irriguum inferius coniungit. sequitur. Conuertaz in profundū maris. profundum maris est profundum iniquitatis et maxime desperationis. Nam ibi dicit glosa ꝙ domin⁹ quādoq3 desperatissimos peccatores conuertit: sic ꝯuersus est beatus paulus quādo de saulo factus est paulus. de persecutore predicatoruꝫ perfectissimus predicator. i. Thimo. 1. Qui prius blasphem⁹ fui et persecutor et ꝯtumeliosus sed misericordiam dei cōsecutus sum. misericordia dei est quasi instrumentum diuine bonitatis per quā sūmus artifex vasa ignominie in vasa honoris et glorie cōuertit vt possit dici hec mutatio dextre excelsi. quod euidenter i beato paulo accidit. qui d̄ vase ꝯtumelie trāslatus est in vas electionis. Actu. 9. Uas electionis michi est iste. Secundo conuertit dn̄s a vetustate antiqua corruptionis ad sancte vite nouitatem. Treno. 5. Conuerte nos dn̄e ad te et conuertemur innoua dies nostros sicut a pricipio. miser peccator a deo per culpam auertitur: timore reuertitur. penitentia cōuertitur. finali ꝑseuerentia in bono proficitur. Culpa eni a deo separat. timor ad deum aspirat. penitentia ad deum suspirat. perseuerantia in bono q3 caritate et sapientia non est vacua ad dei cognitionem et fruitionem respirat. propter quod dicit domine conuerte nos ad te conuertemur. Nos eniz conuerti nō possumus nisi diuino munere iuuemur. sicut enim corpus sensibile a sinistro latere in dextrum non vertit nisi manu monentis conuertatur. sic cor peccatoris a sinistra culpe ad dexteram operationis bone non transfertur nisi diuina virtute conuertatur Sequitur. Jnnoua dies nostros sicut a principio. A principio sumus innouati per lauacrum regenerationis et reuocationis sp̄ussancti. qn̄ in noīe

patris et filij ⁊ spū̄ssācti sumus baptisati Sed postmoduȝ inueterati sumus qn̄ ab origiali pctō mundati i baptismo postmodū peccata actualia su perducimꝰ. i. Cho. 5. Expurgate vetus fermentuȝ istud vetꝰ fermentum ex purgamus quando de peccatis actualibus cōmissis penitentiam agimus multum placet deo grata iuuentus et multum ei displicet in malis inueterata senectus. Ephe. 4. Deponite vos secūdum pristinam conuersionem veterē hominem qui incorrumpitur secundum desideria carnis. Renouamini spiritu mentis vestre et induite nouum hominem qui secundum deum cratus est in iusticia ⁊ sāctitate veritatis. Dominus vult primo expelli vetustatem culpe et postmoduȝ super induci nouitatem gratie et operationis bone contra multos qui peccata non deponunt et cum opera de genere bonorum faciunt sunt similes pigris ancillis que immundiciam de domo non eiciunt. sed super immunditias veteres iuncos pro ornamento spergunt sed alij sunt similes gabaonitis qui sēper perseuerant in peccatis q̄i induti veteribus vestimentis Josue. 9. Iste quia vesti i nuptiali iduti nō inuenientur expellentur et ligatis pedibus et manibus in tenebras exteriores mittentur istam vetustatem beatus paulus ante se abstulit et in seipso de die in diem interiorem hominem reuocauit. 2. Cho. 4. Sed licet his q̄foris est noster homo corrumpatur tn̄ is qui intus est renouatur de die in diem. Tercō conuertit dn̄s a sterilitate ocij ad beatorū opū vbertatem Jere. 23. Et conuertaȝ eos ad rura sua et crescent et multiplicabūtur Sciendum ꝙ sunt rura vel campi ecclesie. xp̄i ⁊ sunt rura vel campi mūdi siue diaboli In campo eccle. christi ortus est christus que est flos floꝝ quē circūdant flores rosaruȝ et lilia cōuallium i isto cāpo floreȝ florum christus est circundant rose martiruȝ viole confessorum lilia xp̄ginum In isto cāpo nō solum est florum venustas sed etiā arborū fructiferarū vbertas spēruȝ aromaticaꝝ fertilitas ex isto cāpo tāta exaltat odoris fragrātia ipa l nodorans deus pater exultando clamat Gen̄. 27. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit dn̄s Sed econtrario in cāpo mundi siue diaboli nō oriūt nisi spine ⁊ tribuli q̄ sūt materia et̄ni icendij vn̄ hō q̄ pccā peccatis accumulat materiā incendij pcurat Prouer. 24. Per agrū hois pigri transiui et per vineam stulti viri et ecce totum repleuerant vrtice operuerant superficiem eius spine. Tunc ergo dn̄s fideles ad rura sua conuertit qn̄ ipsos in cāpo militantis ecclesie introducit. sequitur et crescēt et multiplicabuntur nō nūero qd̄ factū fuit spiritualiū bonoꝝ. i. apostoloꝝ labore exercitio nā per doctrinā quasi p̱ triturā ipsorum fideles multiplicati sūt super numerū. Prouer. 14. Ubi non sunt boues p̄sepe vacuum est. vbi aūt apparent plurie segetes ibi manifesta est fortitudo bouis bos domini fortissimus fuit paulꝰ apostolus. qui in campo ecclesie christi tantū laborauit ꝙ copiam fideliuȝ tanq̄ plurimarū segetum in horreum dn̄icum cōgregauit. Hic est bos de q̊ Isa. 1. Cognouit bos possessorem suum iste bos possessoreȝ suū cognouit qn̄ iesū nazarenum vocantē se eidem tota deuotione deuouit. Job. 1. Boues arabant et asine pascebant iuxta eos boues christi fuerunt apostoli et predicatores euangelii isti boues arant quando fideles eorum doctrinis imbuuntur et ad faciendum fructum bonorum operum inducuntur. asine sunt homines inferiores qui iuxta eos pasci dicuntur. quia eorum doctrinis tanq̄ spiritualiter sustentātur Et dicuntur pasci iuxta eos non infra qr et si apostoli super ipsos essēt vestigio dignitatis. iuxta tamē erant communis obsequio caritatis. Quarto ꝯuertit dn̄s peccatores a vilitate presentis miserie ad et̄ne glorie leticiam vel iocunditatem. psal. Conuertisti planctum meum in gaudium meum concidisti saccum meum et circūdedisti me leticijs. Dn̄s optie nouit legē cōuersionis ⁊ frequent scōȝ artē cōuertendi p̱ cōtrapositionē tā iustos q̄ peccatores conuertit. conuertit iustos per contrapositionem luctum penitentium in gaudium et exultationem commutando. Math. 5. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabūtur conuertit impios per contrapositionē vanū ⁊ malū ipoꝝ gaudiū. ad iferni supliciū trāfferēdo Job. 21. Tenent timpanū et citharam ⁊ gaudēt ad sonitum organi ⁊ ducūt in bonis dies suos et in pūcto ad inferna descēdūt. iō pp̄heta vidēs se bn̄r ad vtilitatē suā cōuersū ⁊ de luctu ad gaudiū trāslatū dicebat Cōūtisti plāctū meū in gaudiū meū seq̄t cōcidisti saccū meum saccus aie est corpꝰ huiusmodi āt saccus cōciditur qn̄ separactiōem aie corpus resoluitur saccus q̄uis de se sit vilis ⁊ com

temptibilis tñ preciosa cũtinere cõsueuit.
corpus pauli quibusdã ꝓpter infirmita-
tem contentibile videbatur in ipo a utez
aia deo grata et preciosissima continebat-
tur quã bñ preciosam dominus reputauit
qñ ipsã ad huc in sacco corporis existentẽ
frumento salutaris sapientie ad impleuit
Geñ 44 Imple saccos eoꝝ frumẽto quã
tũ capere possunt istud frumentum sapie
non sibi auare sicut auari vsurarũ retinu
it. Sed ipsum populis liberaliter dispen
sauit et ideo sibi diuinam benedictionez
acquisiuit Prouer. ii. Qui abscõdit frumẽ
ta maledicetur in populis bñdictio aut su
per caput vendẽtiuz Primo ergo dominꝰ
saccũ beati pauli cõcidit quãdo eius glo
riosam animam a corpore separauit ⁊ tũc
eam leticia circũdedit. Illud quod circun
datur vndiqꝫ ambitur et vallatur Ille be
ne etiam leticia circundari dr qui leticia
circũquaqꝫ vallatur Beati enim vbiqꝫ le-
ticiam reperiunt habent leticiam inferiꝰ
ꝓ euasione diabolice potestatis. habent
leticiam superius propter cõtemplatiõez
dominice maiestatis habẽt etiam letitia
a sinistris ꝓpter ꝑceptiõnem diuitiarum
glorie et etiam dignitatis habent letitiã
a dextris propter eructuationem memo-
rie abundantie diuine suauitatis. habẽt
leticiaz añ per consideratione ĝte et iocũ
de societatis. ps. Adimplebis me letitia
cũ vultu tuo quod exponens bea. auguꝰ.
illa letitia nichil amplius requiretur ostẽ
des enim nobis patrem et sufficiet nobis.
Secundo notatur humilitas ꝓpte emẽ
datiõis cum dicitur egi penitẽtiã Scien
dum eniz q quattuor sunt que nos moue
re debent ad agendam penitentiam. Pri
mum est summe maiestatis offensio. Se-
cundum est diuine misericordie vel pieta
tis expectatio Tercium est superne ciui-
tatis letificatio Quartum eterne felicita
tis adeptio Primo ergo nos debet amoue
re ad agendam penitentiam summe maie
statis offensio. Iudicum. 21. Uniuersusqꝫ
israel valde doluit egitqꝫ penitentiam su
per interfectione vnius tribus ex israel
secundum sensum spiritualez possumꝰ po
nere duas tribus vnã icioꝝ q̃ ꝑtinet ad
semen chanaã aliã ꝟtutum q̃ ꝑtinet ad se
men ꝟtutum Dañ. 13. Semen chanaaz et
non iuda species decepit te. In tribu vici
orum se ptẽ sunt genera ƀz qđ septẽ sũt ca
pitalia pctã de q̃bus nõ est dicendum ꝑ
singula et qđlibet genus hz suum regem
suos pricipes ⁊ satellites Similiter tribꝰ
virtutum distinguntur secundum differẽ
tiam habituum tam theologicarum virtu
tum q̃ꝫ cardinalium in quibus similiter ẽ
ponere reges et principes Sed nunc ali-
quid exempli gratia ponamus. videamus
virtutum reginam dominam caritatem q̃ꝫ
gratam ⁊ iocundam habet familiam. Nã
caritatis familia sicut dicitur. Galla. 5. Est
caritas gaudium. pax sapientia. pacientia
benignitas bonitas. longanimitas man-
suetudo. fides modestia. continentia casti
tas in hoc exercitu caritatis ascenderunt
tribus domini testimonium israhel ad cõ-
fitendum nomini domini. vnde multuz de
beret dolere anima quando in ciuitate in
conflictu viciorum et virtutũ propter abũ
dantiam iniquitatis caritas superatur et
de ciuitate anime cum tam decora ⁊ forti
milicia sua expellitur sed in hoc tantum ẽ
nostra consolatio q ipsa expulsa per peni
tentiam reuocatur vnde. 2. Cho. 7. Quo-
niam si contristam vos in epistola nõ me
penitet. sed gaudeo non quia contristati
estis sed quia contristati estis ad peniten
tiam. Illa enim tristicia que est de perpe-
tratis peccatis ⁊ de offensa summe maie-
statis multũ placet in oculis diuine pieta
tis. 2. Cho. 7. Que eñ ƀm deũ est tristicia
penitentiam in salutem stabilem opatur.
Penitẽtia eñ a deuio peccati ⁊ erroris re
dit. veniaz adducit ⁊ salutem stabilem in
troducit Scđo debet nos mouere ad agẽ
dum penitentiam diuine misericordie vel
pietatis expectatio. 2. Petri. 3. Deꝰ patiẽ
ter agit ꝓpter nos nolens aliquos perire
sed omnes ad penitentiam reuerti. Diui-
na patientia est adamantine nature Naz
sicut adamas attrahit ferrum. sic diuina
patientia attrahit cor durum vel ferreum
diuina enim patientia est sicut ma ter pia.
que videns puulum tenerum impressura
pertimescit ad ipsum currit manũ porrigit
de turba educit. ad domum adducit sic fa
cit benigna patientia ihesu christi. Ro. 2.
Ignoras qm̃ benignitas dei ad penitenti
am te adducit. sic ergo deꝰ patienter agit
ꝓpter nos ⁊ hoc est quia est nolens perire
Ezechie. 14. Nolo mortem peccatoris ƒz
vt magis ꝯuertatur ad fidem et viuat. Il
le eñ qui mortem nostram moriendo de-
struxit ⁊ vitam resurgendo reparauit mi-
nister est vite non mortis et ideo non vult
aliquos perire sed ad penitentiã reuerti
et ideo bonum est agere penitentiã dum
tempus habemus quia si penitentiã ege
rimus in manus dei et non hominum in

cidemus. bonum est in hac vita ꝛ securum
incidere in manus domini miserantis. sꝫ
multum timendum est. et horrendū in ma
nus domini incidere cum feruitate iudicā
tis. Terciuꝫ qd debet nos mouere ad agē
dum penitentiam est superne ciuitatis le
tificatio. Lu. 15. Gaudium erit coram an⸗
gelis dei super vno peccatore penitentiā
agente filij letantur de regressione patris
qui peregere profectus est bonus homo
letatur de inuentione ouis quam perdi⸗
dit paterfamilias de reditu filij qui regio
nem longiquam abierat Sic gaudium est
in celo coram deo et angelis eius de pe⸗
nitentia peccatoris qui per peccatuꝫ petri
erat ꝛ certe si tam grata est deo ꝛ angelis
eius peccatoris penitentia. multomagis
est eis grata ipsius gloria. Nam si grata ē
amicis infirmi potio amara per quam sani
tas recuperare speratur Multum grata ē
eiusdem sanitas cum recuperatur. Quar⸗
to nos debet mouere ad penitentiam eter
ne felicitatis adeptio Math. 3. Penitenti
am agite a propinquabit enim regnum ce
lorum Sciendum est ꝙ quidam agunt pe⸗
nitentiam quidam aguntur a penitentia
Penitentiaꝫ agunt seculares ex libera vo
luntate penitentiam assumentes. Penitē
tia vero aguntur mali claustrales contra
correctionem capituli murmurātes ꝛ quā
tum possunt contra correctionem recalci⸗
trantes similes equis duris et indomitis
qui non patiuntur se ferrari. et ideo ligā⸗
tur constringuntur. affliguntur. ꝛ ad vlti⸗
mum ferrantur. melius est agere peniten
tiam ꝙ̄ agi a penitentia. Penitentia enim
humilis dicitur esse ꝛ voluntaria. sic age⸗
bat penitentiam iob qui dicebat ipse me
reprehendo et ago penitentiam in fauilla
et cinere bene dixit ipse me reprehendo.
quia reprehensio viri iusti debet incipere
a seipso. Prouer. 18. Justus prior est accu⸗
sator sui. sic ergo penitētiam agite. appro
piquabit ei regnū celorū bene dicit appro
pinquabit regnum celorum ꝛ non dicit ap
propinquabitis ad regnum celorum quia
virtue humana nō sufficeret ad hoc ꝙ ad
regnum celorum appropinquaret. nisi do
minus ex sua misericordia celos inclina⸗
ret. sed ipse inclinauit celos et descendit.
vt ex suo descensu nobis ascenssum ad re⸗
gnum celorum impetraret. ad quod ꝛc.

¶ De cōuersione sancti Pauli. Sermo. 2.

Vas admirabile opus
excelsi. i 4. In verbo proposi⸗
to commendatur beatus pau⸗
lus a tribus primo enim commendatur a
continentia veritatis cum dicitur vas Se
cundo ab eminentia sanctitatis cum dici
tur admirabile Tertio a congrua conue⸗
nientia diuine familiaritatis cum dicitur
excelsi Circa primum notandum ꝙ beat⁹
paulus fuit vas preciosum plenum liquo⸗
re sapientie salutaris. Secundo fuit vas
musicum suaui resultatione superne iocū
ditatis. Tercio fuit vas ornatum decore
omnis gratie ꝛ virtutis Primo ergo pau
lus fuit vas preciosum. Prouer. 20. Mul⸗
titudo gemmarum vas autem preciosum
labia scientie. in ista auctoritate commen
tur beatus paulus a tribus Primo ab ho
nesta conuersatione cum dicitur multitu⸗
do gemmarum. Secundo a fructuosa co⸗
gnitione cum dicitur vas preciosum Ter
cio a debita officij executione cum dicitur
labia scientie primo ergo in beato paulo
dicitur esse multitudo gemmarū propter
vite sanctitateꝫ ꝛ conuersationis honesta
teꝫ qd signum est. Exo. 39. Ubi dicitur qd
moyse posuit in eo gemmaꝝ ordies quat
tuor ordines vita beati pauli est rationa⸗
biliter rationale dicta quia fuit secunduꝫ
rationem deducta ꝛ non fuit erroribus vel
vicijs irrationabiliter seducta in isto rati
onali posuit ver⁹ moyses. i. christus quat
tuor ordines gemmarum. i. virtutum ꝛ in
quolibet quaternario est ternarius gēma
rū. i. v̄tutū Cū eni sunt tres virtutes theo
logice ꝛ quattuor cardinales alterno ordi
ne copulantur quia et theologice cardina
libus ornantur. ꝛ cardinales theologicis
firmantur hos quattuor ordines gemma⸗
rum in quoruꝫ quolibet quaternario tres
virtutes sunt. exprimit apostolus Gal. 5.
Ordinem ꝛ numerum vt in primo quater⸗
nario sit ternarius. caritas. gaudium pax
in secundo patientia benignitas bonitas
in tercio longanimitas consuetudo fides
in quarto modestia continentia castitas ꝛ
vn̄. Eccle. 45. Ornauit rōnale gēmis pre
ciosis figuratis in ligatura auri. auri liga
tura est christi caritas. cum qua dꝫ figura
ri vita nostra vt sit gemmis preciosis orna
ta Ephe. 5. Estote ergo imitatores dei si⸗
cut filij carissimi ꝛ ābulate in dilectōe sic
ꝛ xp̄s dilexit vos q̄ ꝯmēdat beat⁹ paulus
ab honestate vite cū dr̄ multitudo gēmaꝝ
Seq̄tur et vas p̄ciosū vbi cōmendatur a

los tanq̄ monachos nō ad correctionē sed ad mortē disciplinauit ꝛ tā crudelis erat ꝙ nullus obsequijs placari poterat. Judich. iij. Principes et honorati simul cum populis exibent in obuiam venienti excipientes eum cum coronis et lāpadib⁹ ducentes choros in tibijs et tympanis. nec ista tamen facientes ferocitatem eius pectoris mittigare potuerunt. Eius eni disciplina erat disciplina grauis afflictiōis et talem disciplinam christus dominus ꝓ nobis sustinuit. Ipse enim vulneratus at tritus disciplinatus fuit. et per hoc nostra culpa et pena debita sanauit. Isa. liij. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras attritus est propter celera nostra disciplina pacis nr̄e sup eū et liuore eius sanati sumus vn̄ xp̄s disciplinā suā ordinabat ad nostrā curationē sed Nabuchodonosor disciplinā suā ordinabat ad sibi subditoꝝ interfectionē sic quintianus tā q̄ alter nabuchodonosor disciplinā suaꝫ ad afflictionē beate Agathe virginis ordinabat legitur de ipso qd̄ cū agatha quintiano xp̄m dn̄m predicabat dicēs: adora deos meos et creatorem tuum xp̄m nega qm̄ si cōtempseris eternis subiacebis penis iratus quintianus iussit eaꝫ suspēdi i eculeo et torqri. sic ergo. primo notat̄ illatio tormenti cū dr̄ discipline. Scd̄o notat̄ illatio sanati cū dr̄ cura. Et sciendū est ꝙ scd̄m qd̄ est triplex disciplina ē triplex cura dictum em̄ ē ꝙ est disciplina eruditionis ista habet infirmitatē ignorantie. Est disciplina subuersionis et hec habet ifirmitatē ꝑfidie. Est disciplina afflictionis ꝛ ista hꝫ infirmitatē pene. scd̄m hoc dico ꝙ est triplex cura triplicis discipline in triplici ifirmitate infirmitas em̄ ignorantie curatur per sapiētiā illustrātē infirmitas perfidie curatur ꝑ gratiā reuocantē ifirmitas afflictiōis pene curatur per gloriā liberantem. Primo ergo infirmitas ignorantie curatur ꝑ sapientiā illustrantem. Jere. xxxiij. Curabo eos et reuelabo illis deprecationē pacis et veritatis. duplex ē infirmitas in anima. est em̄ ifirmitas culpe in conscientia et ista curatur per deprecationeꝫ pacis. Est infirmitas ignorantie in intelligentia et hec curatur per deprecationem et acquisitionē veritatis. hō non pōt pacē habere qui habet in se scrupulū conscientie ex remorsu multiplici culpe. Jsaie. lvii. Nō est pax impijs dicit dn̄s quo modo enim posset pacē habere qui inimicos suos capitales iuxta hospitiū proprie conscientie induit propria voluntate. sed sicut iā diximus ista ifirmitas culpe ꝑ deprecationē pacis que obtinetur in presentia salutari curatur qd̄ signatū est. Tho. iij. vbi dr̄ Missus est angelus dn̄i sanctus Raphael vt curaret ambos quoꝝ vno tēpore fuerūt orationes in conspectu dn̄i recitate. Secūdo saluatur infirmitas ignorantie in intelligentia per deprecationeꝫ veritatis. Sapientie. x. Da michi sedium tuarum assistricem sapientiam mitte illaꝫ de celis sanctis et a sede magnitudis tue vt mecuꝫ sit et mecum laboret cū cognitio veritatis istius sapiētie habetur: omnis infirmitas ignorantie curatur hec est sapientia de q̄. Sapiē. 10. Justum deduxit dn̄s per vias rectas et ostendit illi regnū dei et dedit illi scientiā sanctorum. Non est in pertractione terrenoꝝ sed in cōtemplatione eternorum que expellit ignorātie nubilū. Secundo infirmitas perfidie curat̄ per gratiā reuocantē. 4. Regum. v Utinam fuisset dn̄s meus ad prophetam qui est in samaria profecto curasset eum a lepra quā habet. samaria iterpretatur coniuncta deo per quā signatur ecclesia q̄ xp̄o domino in matrimonio est coniuncta Ephe. 5. Christus exhibuit sibi gloriosaꝫ ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi vt sit sancta ꝛ immaculata et ibi quibusdam interpositꝭ subdit. sacramentū hoc magnū est ego autem dico in christo et i ecclesia. in samaria hoc est in ecclesia q̄ xp̄o fuerat coniuncta curantur leprosi. post resurrectionem em̄ et ascensionē dn̄i in ecclesia surrexerūt heretici male sentientes de deitate et hūanitate xp̄i. qui tn̄ postmodū cognoscentes infirmitatē suam per gratiaꝫ xp̄i ad ipsuꝫ sunt conuersi. et sicut curati qd̄ bn̄ signatum est. Luce. 17. vbi dicitur ꝙ occurrerunt domino decē viri leprosi qui steter̄t a lōge ꝛ leuauerūt vocē suā dicētes. Jesu p̄ceptor miserē nr̄i q̄ eis vt se ondērent sacerdotib⁹ p̄cepit. ꝛ sic eos curauit. ꝑ istos leprosos bn̄ signāt̄ heretici. sicut ei cutis leprosi i vna ꝑte sanat̄ in ꝑte alia maculatur. sic s̄m btm̄ gre. heretici in altera ꝑte sue narrationis veꝝ enūciāt et falsū in ꝑte alia intermiscent. non est enim falsa doctrina que non quandoqꝫ vera falsis itermisceat nullus enim alicui crederet et queꝫ falsum dicentem semper audiret. et ideo heretici qꝛ cuꝫ falsis aliqua vera dicunt. iō facilius auditores seducūt. sed isti leprosi frequenter sanantur: quando sacerdoti

bus ostenduntur multi eñ heretici sacro
rum doctorum disputationibus supera-
ri sua confusione sũt respersi et cõfusi chri
stum dominũ conuersi Ecclesiastici. 4. Est
confusio adducens peccatuꝫ et est cõfusio
adducens gratiam et gloriam. Isti lepro
si id est heretici ad dominum conuersi be
ne signãtur per septem viros leprosos de
quibus. 4. Re. 7. Hec dies boni nũciĳ est
si tacuerimus et noluerimus nunciare vs-
qꝫ mane sceleris arguemur Multi eni he
retici qui prius erant fidei christi ipugna
tores per gratiam xp̄i conuersi effecti sũt
eiusdem fidei perfecti professores et soli
di predicatores. Tercio est infirmitas af
flictionis et illa curatur per gloriaꝫ liber
antem. Ecclesiasti. l. Simeon omne filius
sacerdos magnus curauit gentem suam
et liberauit eam a perditione dominus fi
deles suos curat a tẽp̱rali pena. liberat
a culpa liberat a iehenna. Ro. 6. Nunc
autem libertati a peccato serui autem fa
cti deo habetis fructum vestrum in sãcti
ficationem finem vero vitã eternã Quat
tuor per ordinem ponit que xp̄s fidelibꝰ
suis impendit. Ipse enim a culpa educit.
in seruitium suum adducit sanctitatem i-
ducit. In vitam eternam introducit. sic
beatam agathã virginem christus ⁊ mar
tirem suam curauit ab omni plaga et ad
vitam eternam introduxit. Nam sicut de
ipsa loquitur dominus apostolum suum
ei misit qui ipsam curauit Unde ipsa dice
bat qui me dignatꝰ est ab omni plaga cu
rare et mamillam meam pectori meo resti
tuere ipsum inuoco deum meum visũ. sic
ergo Scd̄o notatur sanatio tremẽt: cum
dicitur cura Tercio notatur modus vł rõ
sanãdi cũ dicit̃ dilectio est. Sciendꝫ est
ergo ꝙ dilectio diuina triplex est cure in
firmitatis ratio vel causa. Primo illumi-
nando radiose et sic curat ignorantiã Se
cundo honestando gratiose et sic careat p̱
fidia Tercõ saluando gloriose et sic curat
penã siue miseriã. Primo ergo est cure in
firmitatis ratio vel causa illuminando ra
diose Io. x 4. Si quis diligit me diligetur
a patre meo ⁊ ego diligam eum. ⁊ manife
stabo illi meipsum. dñs dupliciter manife
stat seip̄m. quãdoqꝫ ad eruditõem ⁊ penã
sic se manifestauit saulo. quãdo ei apparu
it in via qua ad p̱sequendos fideles chri
sti ambulabat. ⁊ hec manifestatio est i via
quandoqꝫ manifestabit se ad remunera-
tionem et hec erit in gloria. Prima est ad
meritũ. Scd̄a ad premiũ. de qua. i. Iohis
ĩĳ. Carissimi nunc filii dei sumus et nõdũ
apparuit nobis quid erimus. scimus quo
niaꝫ cũ apparuerit similes ei erimus quã
do videbimus eum secuti est. tunc omniũ
desideriorum nostrorũ finis complebitur
quando filium et spiritũ sanctum in equa
litate patris videbimus. videndo amabi
mus. amando possidemus. et sic sine fine
laudabimus. Secundo: dilectio dei est in
firmitatis cure ratio vel causa honestan-
do gratiose. Ecclesiasti. i. Dilectio dei ho
norabilis sapientia. merito sapientia di-
citur honorabilis. quia habet honestatẽ
in actu. et ipsam tribuit in effectu. Sapiẽ
tie Octauo. Habeo propter hanc clarita
tem ad turbas ⁊ honorem apud seniores
scientia sapientia dicitur quia sapida effi
citur quando dilectioni coniungitur. Di
lectio enim habet vim et efficatiam con-
dimenti respectu cuiuslibet, cibi scientie
et virtutis. Unde cõpetenter et sapiẽtia
dilectioni sic coniũgitur quia ex duobus
his vnũ efficitur. Sapientia enim proprie
nõ nisi dilgẽtibus deum tribuitur. Eccle.
i. Fm datum suũ prebet illam diligentibꝰ
se. magistrum bonum tribuit illis dñs cui
dat sapiẽtie thesaur̃. Prouer. iĳ. Precio
sior est sapientia cunctis opibus ⁊ omnia
que desiderãtur huic nõ valent compara
ri. Tercio dilectio dei est cure ifirmitatꝭ
ratio vel causa saluando gloriose. Isa. 63
In dilectiõe sua ⁊ indulgentia ipse rede-
mit nos. Dominꝰ voluit eẽ noster redem
ptor vt p̱ hoc fieret noster saluator nõ eñ
sufficit ei nos redimere nisi sup̱adderet ⁊
saluare ⁊ mercedem vite eterne retribue
re Isa. lxĳ. Ecce saluator tuus venit. ecce
merces eius cum eo. sic dñs in ista dilecti-
one sua dilectam suam beatam agatham
redemit. a tormẽtis eripuit ⁊ saluauit. Io
i. Beatus vir qui suffert tentationem qui
cum probatus fuerit accipiet coronã vite
beata agatha ⁊ quelibet martir ⁊ virgo ꝓ
nomine christi potest vir appellari nõ sexꝰ
conditione sed animi virtute. 2. Macha.
vĳ. Dicitur de q̃daꝫ muliere bona ꝙ erat
feminee cogitationi masculinũ animũ in
ferens. Quidam homines habent animũ
femineũ in sexu virili qd̄ est multum vitu
perabile. Quedam mulieres habent ani
mum masculinũ in sexu muliebri. ⁊ hoc est
multũ laudabile. Iste mulieres tanq̃ viri
⁊ plus q̃ viri quandoqꝫ a domino ꝓban-
tur. ⁊ approbãtur. sic ꝓbata ⁊ approbata
fuit beata agatha. legimus eñ ꝙ cum cor
pꝰ eiꝰ daretur sepulture post multos ago

nes venit quidā iuuenis, sericis vesti-
bus indutꝰ quē nemo nunq̄ viderat nec
post aliquis vidit sepulchrum intrauit et
breuem tabulam ad caput beate agathe
posuit. in qua scriptū erat mentē sanctā
spontaneam honorē deo et patrie libera
tionem. Beata agatha spontanee agonē
certaminis subijt. ⁊ in victoria certami-
nis dn̄m honorauit idcirco eā dn̄s gloria
et honore coronauit. et hoc est quod hic
dicitur. accipite coronā vite quā coronā
nobis tribuere dignetur.

¶ De sancta Agatha Sermo secundus.

IPse vulnerat et mede
tur. Job. v. In verbo proposito
descibitur passio beate agathe
a duobus. Primo a graui afflictione. cuꝫ
dicitur ipse vulnerat. Secūdo a suaui cu
ratione cū dicitur et medetur. Quantum
ad primū sciēdū est ꝙ quadruplex est vul
nus. Primo est vulnus dyabolice tēpta-
tionis. Secundo cōcupiscentie carnalis.
Tercio grauis afflictionis. Quarto mise
rie presentis. Primo ergo est vulnus dya
bolice tēptationis vt habetur. Isaie de-
cimoquarto. Corruisti in terrā qui vulne
rabas gentes. Istud dicit̄ de dyabolo et
angelis eius quoꝝ quidā corruerunt de
celo in terrā ad exercitiū electoꝝ, alij cor
ruerūt in infernū qui est subtus terram
ad suppliciū reproboꝝ. sed dyabolus in
ignem eternū mittebatur qui apropria-
tus est reprobis ⁊ angelis eius. tūc istud
verissime cōplebitur. Corruisti in terram
qui vulnerabas gentes. et quia peccata
nostra etsi alteri initiū habēt dyabolico
impulsu. cōsummationē tn̄ habent a no-
stro consensu. Isa. eni propheta deplo-
rat peccata nostra tanq̄ nobis veraciter
cōputanda Isa. i. Uulnus et liuor et pla
ga tumēs non est circūligata nec curata
medicamine nec fota oleo. Exponamus
secūdū glo. vulnus scꝫ malitie. liuor inui
die. plaga tumens sup̄bie non est circun
ligata vinculis preceptorū. nec curata me
dicamie bonoꝝ operū. neq̄ feta oleo de-
uotionis interne ad efusionē lachrimaꝝ.
vulnus ergo malitie debet ligari vincu-
lis mandatorū. sed sunt quidā homines
ita malitiosi ꝙ admodum anguille aut
vix aut nunq̄ possunt teneri. Ipsi enim
aut peccata sua si possunt celāt. si nō pos-
sunt celare palliant et excusant si nō pos-
sunt excusare in alios retorquent. si non
possunt in alios retorquere. contra corre
ctores suos recalcitrant et murmurāt cō
tra quos propheta dauid. Non declina
ui cor meū in verba malitie ad excusan-
das excusationes in peccatis. vnde tales
non possunt curari quia non circumligan
tur vinculis regularis institutionis. De
qua Eccle. vi. vincula illius alligatura sa
lutis liuor inidie debet curari medicamī
ne bonoꝝ opeꝝ sꝫ dicit. Isa. ꝙ non curat̄
liuor sine iuidia. Inuidis ei aliena bona
nō placent. ⁊ ideo ex diuina iusticia fit ꝙ
eoꝝ mala sibi nō displicēt ⁊ ideo sese ī bo
nis opibus nō exercēt sicut video ꝙ ex di
uina iusticia fit ꝙ ille iudiciū sine miseri
cordia recipit qui alijs miscdiam non im
pendit Isac. ij. Judiciuꝫ sine miscdia fiet
ei qui nō fecit misdiaꝫ. Similiter plaga
tumēs sup̄bie Nō est vultui iterne deuo
tionis vsq̄ ad effusionē lachrimaꝝ. sup-
bi em̄ stāt in mōte elationis. ⁊ non stant
ad conuallem plorationis. Sed qꝛ domi
nus sanctū dauid oleo interne deuotōis
interiꝰ vnxerat p̄s. Inueni dauid seruū
meū oleo sancto meo vnxi eū. ideo ad ef-
fusionem lachrimaꝝ procedebat ⁊ lectuꝫ
ꝯsciētie sue lachrimis lauabat. ps̄. vi. La
uabo ꝑ singulas noctes lectum meum la
chrimis meis. Scdo ē vulnus concupiscē
tie carnalꝫ. Pro. vij. Multos vulneratos
deiecit. et fortissimi quiq̄ interfecti sunt
ab ea. hoc dicitur de carnali cōcupiscētia
Carnalis ei concupiscētia deijcit per cō
sensum ⁊ delectatōneꝫ vulnerat ꝑ malā
opationem. interficit ꝑ ꝑsistentiaꝫ in ma
lo. ⁊ ꝑ perseuerantiam finalem nō est ali-
quis operarius ita fatuꝰ qui vellet tota
die ī vinea alicuiꝰ patrisfamilias labora
re si crederet firmiter ꝙ loco mercedis in
vespera ad terram deijceretur et tandeꝫ
verberaretur interficeretur ⁊ certe hec ē
merces quam peccator ex labore suo quī
fuit in peccato recepit ⁊ sibi retibuit. Ro
vi. Stipendia peccati mors. fatuuꝫ est in
tali exercitu militare. vnde non possumꝰ
alia stipendia nisi mortem reportare Ro.
viij. Si fm carnem vixeritis moriemini si
autē spiritu facta carnis mortificaueritꝫ
viuetis. Nō est animal ita brutuꝫ qd̄ nō
appetat vitā ⁊ fugiat mortem. Nos ergo
si nō sumꝰ magis bruti q̄ animalia vitā
carnalem fugiamus ne moriamur ⁊ spirī
tu facta carnis mortificemus vt viuamꝰ
ꝯcupiscentia em̄ carnis multos vulnera-
tos deijecit. sequitur. et fortissimi quiq̄ ī
terfecti ab ea. ⁊ hoc possumus ostēdere ꝑ
exempla. Nam ꝑ concupiscentiam carna
lem euacuata est sāctitas pijssimi dauid

per cõcupiſcentiã carnalẽ obtenebrata eſt ſapiẽtia peritiſſimi ſalomonis. per cõcupiſcentiam carnalem curuata eſt virtꝰ fortiſſimi ſanſonis. Hec eſt que poſſeſſores ſuos impingit ad laqueos. ⁊ ideo nõ eſt tunc cum ea dimicare. plus eñ ſuperat caliditate ꝙ̃ virtute. vnde ſicut euadimus laqueos et pedicas nõ dimicãdo ſed recedẽdo ſic concupiſcentiam carnalem magis poſſumus ſuperare fugiendo ꝙ̃ certãdo. j. Co. vj. Fugite fornicationẽ Tercio eſt vulnꝰ grauis afflictiõis. Job xvj. Concidit me vulnerare ſuꝑ vulnus. Dñs electis ſuis vulnus ſuper vulnꝰ cõcidit quando afflictiones afflictionibus ſuperaddit. ⁊ per hoc ipſos puriores reddit. ſicut eñ luna valet ad dealbationez ferri et ſicut fornax ad ꝓbationẽ auri: et ſicut flagellũ ad purgationẽ grani. ſic valẽt tribulatiões ⁊ affctiões ad ꝓbationẽ viri iuſti Eccl'iaſtici. xxvij. Uaſa figuli probat fornax et hoies iuſtos tẽtatio tribulationis. vnde ſicut agricole poſt multos labores percipiũt expectatũ fructuz. et ſicut mare nauigantes poſt multa pericula veniunt ad optatũ portũ. Sic electi poſt multos ſudores laboꝝ ꝑueniũt ad ſocietates ãgeloꝝ. Actuũ. xiiij. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ dei. Dñs glorioſam virginem agatham voluit vulnere ſuper vulnus concidi. ipſa eñ ſicut de ipſa legimus fuit in eculeo leuata mamillis torta. et poſt modũ dolorẽ abſciſſionis eſt paſſa: poſtmodũ etiam ſuꝑ fragmenta teſtarum ſuppoſitis ignitis carbonibus excenſa diu eſt voluta. ⁊ ſic vulnere ſuꝑ vulnus eſt conciſa vñ potuit dicere qđ in pſ. fuerat predictũ. ſuper dolorẽ vulnerũ meoꝝ addiderũt. Quarto eſt vulnus miſerie Jſa. xxx. Erit lux lumen ſicut lux ſolis. ⁊ lux ſolis erit ſeptẽpliciter ſicut lux ſeptẽ dieꝝ. in die qua alligauerit dñs vulnꝰ populi ſui et percuſſuram plage eius ſanauerit ſ̃m gloſam ſol et luna accipient mercedẽ laboris nobis impẽſi. Ex hoc poſſumus accipere quod magna erit dignitas animarum ad regnum ꝑuenientium et defruentiũ quando tanta erit claritas corporum ſuꝑioꝝ nobis ſeruientiuz. Sed hoc erit in die iudicij quando eligauerit dñs vulnus populi ſui. ⁊ percuſſuram plage eius ſanauerit duplex eſt vulnus ſiue plaga. ſecundũ quod hic tangit. Eſt enim vulnꝰ culpe et hoc alligatur per gratiã. Et plaga miſerie. et hec ſanatur per gloriã. Dico ꝙ vulnus culpe alligatur per gratiam quod bene ſignatur in illo ſamaritano ꝙ vulnerato appropiauit. et eius vulnera infuſo vino et oleo ſanauit Lu. x. Samaritanus iſte chriſtus eſt. Samaritanꝰ eñ interpretatur cuſtos et de dño dicit̃. pſ. cxlvj. Niſi dñs cuſtodierit ciuitatem: fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. iſte vulneratus ſignat humanuz genus cui ſamaritanus appropiauit. quando dñs humanam naturam pro redemptione humani generis ſumere voluit vulnera autẽ eiꝰ alligauit qñ fluxũ peccatoꝝ impoſitione mãdatoꝝ ⁊ cõſilioꝝ reſtrinxit. vinũ etiã et oleũ infudit. oleũ ſanat. vinũ letificat. in quo ſignat̃ ꝙ dñs duo bona nobis fecit: ipſe eñ nos ſanauit ꝑ gratiaz ⁊ ſanatos letificauit ꝑ bone conſciẽtie ſerenitatẽ. ij. Cor. i. Gloria noſtra hec eſt teſtimoniũ cõſciẽtie nr̃e. Dñs etiã ſanat ꝑcuſſurã plage ꝓpter ſui ammouendo miſeriã p̃ntis vite ꝑ gloriaz. Jere. xvij. Sana me dñe. ⁊ ſanabor. ſaluũ me fac ⁊ ſaluus ero qm̃ laus mea tu es. ſicut dictũ eſt dñs ſanat a culpa ꝑ gratiã. ſaluata miſeria per gloriam anima ſanata ⁊ ſaluata i celeſti curia reſultat in laudẽ diuinam. pſ. Qui habitant in domo tua domine in ſeculuz ſeculi laudabunt te. Sic ergo primo deſcribitur paſſio beate Agathe a graui afflictione: cũ dr̃ ipſe vulnerat. Scđo deſcribit̃ a ſuaui curatione cũ dr̃ et medet̃. Sciendũ ergo ꝙ dñs contra predicta quattuor vulnera medet̃ quadrupliciter. Primo eñ medetur ꝑ circũſpectionẽ laqueorum. Secũdo ꝑ deteſtationẽ peccatoruz. Tercio per euaſionẽ tormentorũ. Quarto per acceptionẽ celeſtium gaudiorum. Primo medetur ꝑ circũſpectionẽ laqueorũ et hoc cõtra vulnus diabolice tẽtationis. Col. vj. Exentera piſcem hũc et cor eius ⁊ fel et iecor repone tibi. ſunt enim hec neceſſaria ad medicamenta vtiliter. Jn corde eſt ſedes diſcretionis. in felle eſt ſedes ire vel indignationis: in iecore eſt ſedes amicicie vel dilectionis. Primo ergo in corde eſt ſedes diſcretionis et hoc ad circũſpectionẽ laq̃oꝝ. ꝓuerbio. i. Fruſtra iacit̃ rethe ante oculos pennatorum. volatilia pennata habent oculos quibꝰ laqueos ꝓuiſos euolãdo deuitãt ſed diabolus de ſtultis et incircũſpectis hominibus ad modũ pueroꝝ ludit vt ita dicam ad capitolium: pueri eñ ludendo vni de ſocijs ſuis caputiũ ante oculos po

nunt qui ab alijs ꝑcutitur ⁊.quia non vi
det nescit qui sunt q̄ illuȝ ꝑcutiunt. sic di
abolus deceptis hoīb⁹ illudit ⁊ a quo ꝑ
cutiunt ignorant. q2 excecati in tenebris
erāt ps̄ Nescierunt neq3 intellexerūt in
tenebris ābulāt in felle sicut dixi ē sedes
indignationis que facit ad detestatōem
peccatoꝝ sicut eniȝ homo nobilis cordis
viso aliquo abhominabile de facili pro
uocatur ad nauseam. Sic homo q2 fact⁹
est ad imaginē ⁊ similitudinem dei visis
peccatoꝝ suoꝝ abhominatōibus debe-
ret indignari et sic moueri ad vomitum
spiritualem scȝ ꝯfessionē. istam indigna-
tionem sibi necessariam ad peccatorum
euasionem reputabat. Isa.lxiij. Cum di
cebat. Indignatio mea auxiliata est mi-
chi. In iecore etiaȝ vt dixit est sedes ami
cicie que valet ad exercitium bonorum
oꝑm ꝓpter impositionē mādatorū psal.
Leuaui manus meas ad mandata tua q̄
dilexi. ⁊ exercebor in iustificatōib⁹ tuis.
Manib⁹ oꝑamur exercitio ꝓmpti ⁊ hui
les efficimur. in quo notatur ꝙ nō solum
debem⁹ occupari circa mādata diuia. sȝ
debemus etiā esse ꝓmpti hūiles ad oꝑa
bōa. sic ḡ vt dictū ē respōsio hoꝝ triū cor
dis. s. fellis ⁊ iecorȝ ē necessaria ad medi
camēta vtilit̄ ista tria in se sꝑ deberet hō
ꝯsiderare si vellet suijpsi⁹ diligentē curā
hr̄e Lu.iiij. Medice curā teipȝ. Istō v̄bū
est medicis mirabilit̄ odiosū q2 vidēt illō
cōtra se specialiter esse dictū Medici eni
volūt alios de ista infirmitate i curā acci
ꝑe de qua nō possūt seipos curare cū tn̄
diligētior cura cuilibȝ demat eē ad seipȝ
q̄ȝ ad ꝓximū. Istō videm⁹ quotidie fieri
in ecclesia dei. hoīes eniȝ satagunt alios
i curā accipe q̄ nesciūt seipos curare ⁊ sor
didis maib⁹ volūt alioꝝ sordes tergere
cū dicat Iere. Sordes tergere nō valent
manusq3 lutū tenēt Scd̄o medetur dn̄s ꝑ
detestatōeȝ pctōꝝ. ⁊ hec ꝯtra vuln⁹ ꝯcu
piscentie carnalis Isa.lxi. Spūs dn̄i suꝑ
me. eo ꝙ vnxerit me ad annūciādum man
suetis misit me vt mederer cōtritis corde
Duplex ē medela corꝑalis. s. ⁊ spūalȝ ⁊ si
cut ego video i medicia corꝑali ꝙ qn̄ ali
q̄ potio medicinalis a medico alicui ifir
mo ꝑparatur nō integris spēbus. sȝ de ꝯtri
tȝ ꝯficitur q̄ species ꝯgruo liquore disso
uūtur ⁊ sic potio illa medicinalis egroto
in potū ꝓpinatur. Certe sic dȝ esse in me
dicina spūali sicut ē i corꝑali debem⁹ em̄
colligere spēs amaras pctōꝝ nr̄oꝝ q̄ i or
tis nostris crescūt ⁊ illas colligere in vnū
cumulū siue fasciculū ꝑ recordationē ⁊ po
nere in mortario concaui cordis ꝑ hūilia
tionē et ibi frequēter cōterere ꝑ frequē
tē discutionē ⁊ pistillo timorȝ ⁊ futuri iudi
cij ꝯsiderationē ⁊ has spēs pctōꝝ sic ꝯtri
tas debem⁹ dissoluere ꝑ lachrimaꝝ dif
fusionē. et sic istā potionē possim⁹ nobis
sūmere tanq̄ȝ medicinalē sic faciebat da
uid q̄ dicebat. ps. Ci. Potū meū cū fletu
miscebā ad h̄ nos ꝓuocat ieremias. Ier.
vi. dicēs. Luctū vnigeniti fac tibi plāctū
amarū. Quasi cōfectū de spēbus amaris
peccatoꝝ. Tercio medetur dominus per
euasionem tormentorū. et hoc cōtra vul
nus grauis afflictionis. Ecclesiastici.38.
Da locum medico: eteni illum dominus
curauit et non discedat a te quia opera
eius sunt necessaria. Medicus est xp̄us.
Ip̄e em̄ de celo ad terrā nobis medicinā
attulit quā nunq̄ȝ galienus inuenire po
tuit. Ip̄e em̄ simul in corpore ⁊ in amima
curauit. Mathei.ix. Dixit paralitico. Cō
fide fili remittuntur tibi pctā tua. mur-
murantibus autē quibusdā de scribis di
xit vt sciatis qm̄ filius hominis habet po
testatem dimittendi peccata. ait paralitī
co. Surge tolle lectū tuū et vade i domū
tuam. et sequitur ⁊ abijt in domū suā. De
isto medico dicit. Da locum medico Isti
medico dare locum contennunt qui sua
vulnera non ostendunt. Sunt quidā ho
mines qui indiscreta verecundia laborāt
et vulnera sua que impudendis et secre
tis locis habent ostendere verētur et ideo
circo moriuntur quia circa illos nulla me
dicina adheretur. Boetius Si operā me
dicantis expectas. Necesse est vt vulnus
detegas. vnde Prouerbiorū.xxviij. Qui
abscondit scelera sua nō dirigetur. Qui
autē confessus fuerit et reliquerit ea mi
sericordiā consequitur sic ergo Da locuȝ
medico. sequitur et nō discedat a te medi
ci salēt ab infirmis discedere quādo infir
mi nolūt eorum mandatis obedire. Paꝝ
enim valeret medici diligentia si infirmi
deesset obedientia sunt autē quattuor q̄
solet medicus circa infirmum facere. Pri
mo enim infirmitatē per pulsū vel vrinaȝ
cognoscit et ipsam infirmo ostendit. Se
cundo artam dietam pro qualitate infir
mitatis imponit. Tercio spe obtinende
salutis ad ipsius consolationē promittit
Quarto cū aliquātulū cōualuerit vt sibi
a recidiuo caueat iniungi hec q̄ttuor cir
ca nos facit noster spūalis medicus dn̄s
iesus christus. Ipse eni infirmitates nos-

ſtras cognoſcit nec indiget pulſu v vri-
na. omnia ei ſibi ſunt nuda ⁊ apta. Heb.
iiii. Omnia nuda ⁊ apta ſūt oculis ei⁹ ad
quē nobis ſmo. ipe etiā infirmitates no
ſtras quas cognoſcit nobis vt conſidere
mus iniungit. Jere. ii. Uide vias tuas in
conualle ſcito quid feceris. multi ſunt q̄
ſp cōſiſtūt in mōte elatōis. ⁊ iō vias ſuas
ꝯſiderare cōtempnūt in valle hūiliatōis.
Scđo nr̄ ſpūalis medicus peccatorib⁹ ar
tam dietā imponit. Marci. ix. Hoc genus
non eiicitur niſi per orōem et ieiunium.
Jeiuniū ei multum valet ad peccatorum
eiectonem ⁊ ſpūalis ſanitatis adeptōem
Eccle. xi. Uigilia et colera et tortura viro
infrunito ſōnus ſanitatis in hoīe parco.
Tercio medicus nr̄ egroto ſpiritualē ſpē
euaſionis ꝓmittit Jere. iii. Fornicata es
cū amatoribus multis tam̄ reuertere ad
me dicit dn̄s. ⁊ ego ſuſcipiā te. peccator
ei poſt offenſa nō auderet accedere ad tā
excelſam maieſtatē niſi ipo teſte cognoſ-
ceret ſuā benigniſſimā bonitatē. Quar-
to medicus nr̄ egroto ſpūali iiūgit vt a re
cidiuo caueat Jo. v. Uade ⁊ ampliꝰ noli
peccare ne deteri⁹ tibi aliq̄d ꝯtingat. q̄n
ei infirmus recidiuū patitur tūc piculoſi
us infirmatur ꝓpter qđ dicit de med. co
ſpūali nō diſcedat. ⁊ ſeq̄tur cauſa opa ei
eius ſūt neceſſaria. ſunt ei infirmitatē ex
pellētia. ⁊ ſanitatē tā grē q̄ȝ glorie addu
cētia Oſee. vi. Uenite ⁊ reuertamur ad do
minū q2 ipe cepit ⁊ ſanabit nos. cepit nos
ſanare in pn̄ti p grām ſȝ ſanitatē in futu
ro ꝯſūmabit p gloriā. Quarto dn̄s mede
tur p adeptōeȝ celeſtiū gaudiorū ꝯtra vul
nus miſie pn̄tis Eccle. vi. Amic⁹ fidelis
medicamentū vite ⁊ immortalitatis. xp̄s
fuit amicus fidelis nō ſolum in tp̄e ꝓſpe
ritatis. ſȝ etiaȝ in tp̄e aduerſitatꝫ vſq; ad
tollerentiā mortis q̄ȝ p nobis ſuſtinuit.
mortem autē crucis. Jſte amicus fidelis
fuit medicamētū vite q̄ntū ad gloriā aīe
medicamentū imortalitatis q̄ntū ad glo
riā corpis ipe ei fuit id lignū vite de quo
Ezech. xlvii. Erūt fructus ei⁹ in cibū ⁊ fo
lia in medicinā Jpe ei tanq̄ȝ p medicinā
purgatiuā oēs īfirmitates nr̄as euacua-
uit Apo. vii. Nō eſuriēt neq; ſitiēt āpli⁹
neq; cadet ſup illos ſol neq; vllus eſtus.
ipe etiā corpa nr̄a gloria immortalitatis
dotabit. i. Cho. xv. Seminatur in corrup
tōe. ſurget in icorruptōe. ſeminatur in ig
nobilitate. ſurget i gloria ſic ḡ folia hui⁹
ligni ſunt in medicinā q̄ntū ad ſalutē cor
poris. fructus aūt eius ſunt in cibū q̄ntū
ad refectōeȝ aīe rōnalis in fruitione ſūme
bonitatꝫ Can̄. ii. Fructus ei⁹ dulcis guttu
ri meo. h fructu dn̄s nr̄ ihs chriſt⁹ nos ſa
tiabit cū eius gloria apparuerit cū nos le
ticia cū vultu ſuo adipleuerit cū dilectōes
in dextera ſua vſq; in finē ⁊ ſn̄ fine exn̄tes
nobis p̄ſtiterit Quas nobꝫ p̄ſtare digneť.

¶ In capite ieiunii. Sermo. Primus.

Conuertimini ad me: in toto corde veſtro Joelis. ii. Qm̄ peccatores in cōmutabile
bonū relinquūt et ad rē ꝯmutabilē ſe cō
uertūt Jdeſt hortatur eos dn̄s vt rē ꝯmu
tabilem relinquant ⁊ ad bonum in ꝯmu-
tabile ſe ꝯuertāt Et notātur duo in ỽbo
ꝓpoſito Prio ei hortatur dn̄s ad ꝯuerſio
nē. cū dicit cōuertimi ad me. Scđo oñdit
cōuerſionis modū ſiue formaȝ cū dicit in
toto corde vr̄o Sciendū ē q̄ q̄ttuor ſūt q̄
dn̄t mouere pctōrē ad cōuerſioneȝ. Prim
eſt formidatio pene Scđȝ ē certa expecta
tio mie. Terciū purificatō ꝯſciētie q̄rtuȝ
adeptō vite eterne. Prio ḡ debet mouere
peccatorem ad cōuerſionē formidatio pe
ne. Eclc. v. Ne tardes cōuerti ad dn̄m. et
ne differas de die in diē ſubito ei veniet
ira illi⁹. ⁊ i tp̄e vidicte diſpdet te famelic⁹
non tardet currere ad panem nec ſitibun
dus venire ad aquas nec egrotuſ ad me
dicinam ſi ḡ eſuris recuperatōnē ſalutis
ne tardes cōuerti ad illū q̄ de ſeipſo dicit
Ego ſū panis viu⁹ q̄ de celo deſcendi ſi ſi
tis fluēta vite celeſtis nō tardes currere
ad illū q̄ de ſeipo dicit q̄ ſitit vēiat ad me
⁊ bibat. aq̄ ei quā ego dabo vobꝫ fiat fōs
aq̄ ſaliētis in vitā etnā: ſi ſpūalit te ergo
tū ſētꝫ. ⁊ vere debes ſētire. Jſa. i. Omne
caput lāguidū ⁊ omne cor merēs a plāta
pedis vſq; ad verticē nō eſt in eo ſanitas
ad medicū aīe debes recurrere q2 ſȝ bea
tū aug. iō magn⁹ venit medic⁹ q2 magn⁹
vbiq; iacebat egrot⁹ hoīes corpalit egro
tātes mittūt feſtinanter ⁊ ſyropos cōfici
faciūt p q̄s q̄nq; ꝯualeſcūt: ſic pctōres ad
ſalutarē pn̄iaȝ dn̄t recurrere p hāc eni ſo
lent ſpūalit ꝯualeſcere. Nec ergo tardes
ꝯuerti ad dn̄m ⁊ ne differas de die in diē
pctōres q̄nq; exceptōes dilatorias ꝯtra
ſalutem ſuā ꝓponūt. q̄n ḡ vitam longā ꝓ
mittūt ſicut faciebat diues ille q̄ dicebat
aīa mea multa bona habes in annos plu
rios eplare q̄eſce ꝯmede ⁊ bibe Lu. xxiii
Sȝ iſta exceptio dilatoria tāq̄ȝ friuola a
ſūmo iudice eſt repulſa. cuȝ dixit. Stulte
hac nocte repetet diabol⁹ aīaȝ tuā a te et

sequitur. Subito em̄ veniet ira illi⁹. Sic con
tra illos de q̄bus Job. xxi. Ducūt in bonis
dies suos ꝛ in pūcto ad inferna descēdunt
sicut punctū minimū in quātitatib⁹. sic mo
mentū in tēporib⁹. vnde in pūcto ꝛ momē
to tēporis veniet ira eius et in tp̄e vindi
cte disperdet ꝛc. disperdet in diuersas par
tes ꝑdet affligendo. s. in aīa verme q̄ non
morietur. et cruciando corpore igne q̄ non
extinguetur. Scd̄o dꝫ mouere peccatorem
ad cōuersionē certa expectatio mīīcordie
Exo. xxxiiij. Dn̄ator dn̄e deus clemēs ꝛ mi
sericors patiēs ꝛ multe miserationis ac ve
rax q̄ custodis miam in milia. In dicta au
ctoritate ter ponitur nomen misericordie.
Tripliciter em̄ circa pctōres viscera mise
ricordie sue solet ostēdere. Primo in expe
ctatione peccantiū. Ro. ij. An diuitias bo
nitatis eius ꝛ patiētie ꝛ lōganimitatis cō
temnis aut ignoras qm̄ benignitas dei ad
penitentiā te adducit. fatuus est pctōr q̄ di
uitias lōganimitatis. i. longe expectatio
nis deo cōtemnit. attn̄ cū peccator sit indi
gnus pane quo vescitur. dn̄s ex abundan
tia misericordie sue et pietatis sup iustos
et iniustos pluit. et solem suū sup bonos et
malos oriri facit. vnde eodem cibo pauit
dn̄s iudā ꝓditorē ꝛ petrū in dei dilectiōe
feruentē: vt et ille accepto beneficio ab im
pietate resiliret ꝛ iste magis ī dei dilectio
ne flagraret. Qn̄qꝫ etiā dn̄s honores ꝛ di
uitias magnas tribuit tā iniustis q̄ꝫ iustis.
Sicut bonus pastor meli⁹ ꝓcurat ouē mor
bidam: vt sanet q̄ꝫ sanā vt in sanitate ꝑdu
ret. Scd̄o ostēdit dn̄s miam suā ī receptio
ne penitētiū. ij. Petri. iij. Patiēter agit ꝓ
pter vos nolens aliquos ꝑire: sed oēs ad
penitētiā reuerti. sed q̄ꝫto magis dn̄s pec
catorē ad penitētiā expectat. tanto durius
puniet si peccator ad ipsum nō se cōuertat
sicut hō valid⁹ magis ꝑcutit cū gladiū con
tra illū qui ꝑcutitur elōgat. Tertio ostēdit
dn̄s mīīcordiā suā in glorificatione dece
dētiū. Titū. 3. Nō ex opib⁹ iusticie q̄ feci
m⁹ nos: sed ꝯm miam suā saluos nos fecit.
Magna est dulcedo pietatis diuine q̄ pec
catores ex magnitudine sue mie de vasis
contumelie in vasa transfert glorie. Ter
cio mouere debet peccatorē ad cōuersionē
purificatio cōscientie. ps. Audiā q̄d loqua
tur in me dn̄s de⁹: qm̄ loq̄tur pacē in ple
bē suā. et sup sanctos suos: ꝛ ī eos q̄ cōuer
tūtur ad cor. diuina locutio nobis facta ni
chil aliud est q̄ꝫ illustratio interna. Tūc ḡ
in nobis dn̄s loq̄tur cū ab ipso interius il
lustramur. vn̄ Gre. in moralib⁹. locutio dei
facta ad nos videt̄ postq̄ꝫ auditur cū em̄ se
metipsum sine mora sermonis insinuat re
pentina luce nr̄e tenebras ignorātie illu
strat. Dicit̄ ḡ audiri. visus et auditus duo
sunt sensus discipline. Tunc ergo dn̄m lo
quētē audiuim⁹ cū aliq̄d de disciplina sue
illustratiōis ꝑcipim⁹. sequit̄: qm̄ loquetur
pacē in plebē suā. ꝛc. ꝯm antiquos docto
res triplex est pax. s. tp̄is. pectoris eterni
tatis. Et hoc ꝯm tria genera hoīꝫ. scꝫ popu
lares. ꝛ q̄ꝫtum ad istos data fuit pax tp̄is.
tp̄e natiuitatꝭ dn̄i. tāta em̄ tūc erat pax q̄
exijt edictū a cesare augusto vt describeret̄
vniuersus orbis. Unde in tp̄e natiuitatis
xp̄i cātatū est ab angelis / in terra pax hoī
b⁹ bone volūtatis. Scd̄o est pax pectoris
ad p̄latos ꝛ p̄dicatores q̄bus Ephe. vj. dr̄.
Calciati pedes in p̄parationē euāgelij pa
cis. vn̄ ꝛ Johan̄. xiiij. Dictū est discipulis.
Pacē relinquo vobis / pacē meā do vobis.
Dn̄s em̄ apostolis pacē pectoris tāq̄ꝫ ioca
le ꝛ exenniū nobilissimū relinquit. Tercio
est pax eternitatis q̄ꝫtū ad cōprehensores.
Phi. iiij. Pax dei q̄ exuperat omnē sensuꝫ
custodiat corda vestra ꝛ intelligētias vr̄as
pax eternitatis cōprehēsoꝝ corda custodit
ne vllo dolore crucient̄ custodit intelligen
tias eoꝝ ne vllo errore fuscentur. Quarto
dꝫ mouere peccatorē ad conuersionē ade
ptio vite et̄ne. Ezech. 13. Cōuertimi a vijs
vr̄is pessimis: qr̄ moriemini domus israel
cōuertimini ꝛ viuite. via pctōꝝ mala est in
cogitatione peior in ꝑuersa opatione. pes
sima in obstinata cōsuetudine. tunc ḡ dn̄s
peccatores a vijs suis pessimis ꝯuertit qn̄
ab hostinata consuetudine ad penitentiaꝫ
reducit. ps. Dixit dn̄s ex basan cōuertā cō
uertā in profundū maris. ibi dicit glosa q̄
dn̄s qn̄qꝫ despatissimos pctōres cōuertit.
sequit̄: qr̄ moriemini dom⁹ israel. Rō hu⁹
quare est ꝑuersitas volūtatꝭ nr̄e. Eccle. xv
Ante hoiem vita ꝛ mors bonū et malū. q̄d
placuerit ei dabitur illi. et sequit̄ apposuit
illi ignem ꝛ aquam. Insanus iudicaret̄ hō
cui ex vna ꝑte apponeretur ignis ꝯburēs
et ex altera parte aqua refrigerās si aquā
refrigerantem fugeret et ad ignem cōbu
rentem se cōuerteret. tales sunt pctōres q̄
fugiunt refrigerium bone vite ꝛ se conuer
tunt ad ardorē inordinate cōcupiscētie. se
quitur cōuertimini ꝛ viuite q̄si diceret Nō
potestis nō viuere si ꝯuertimini ad me fon
tē vite. ps. Qm̄ apud te est fons vite: sic ḡ
dn̄s hortatur pctōres ad cōuersionem cuꝫ
dr̄ cōuertimini ad me. sequtur in toto corde
vestro. vbi ostendit conuersionis modum

siue formā. Sciendū ꝙ debemus ꝯuerti
ad dn̄m in corde ꝑfecto. corde edocto. cor
de simplici et i corde hūili Primo ergo de
bem⁹ ꝯuertere ad dn̄m i corde ꝑfecto. iiij
Re. xx. Cū dixisset isaias ezechie regi vt
domui sue disponeret qꝛ erat moriturus
Conuersus ad dn̄m dixit. Memēto queso
dn̄e quō ambulaueri corā te in veritate
et corde perfecto. Qn̄ aliq̄ grauiter infir
mantur solent eis amici sui cōsulere vt te
stamentū condant de reb⁹ suis ordinent
et sic domui sue disponāt Tūc illi clericos
iuratos vocant ⁊ in p̄sentia eoꝝ de reb⁹
suis ordināt sic isaias tanq̄ amic⁹ fidelis
ezechie regi egrotanti ꝯsuluit vt ꝯdendo
testamentū disponeret sue domui. tūc cō
uersus ezec. ad dn̄m dixit Memento q̄so
ecce. Qn̄ nos habem⁹ amicos familiares
et benefactores solem⁹ eos in nostro me-
mento ponere et pro ip̄is specialiter ora
re. sic ezechias qꝛ sentiebat se fuisse bn̄fi
cium et amicū rogauit dn̄m vt ip̄m reuo-
lueret in memento suū vn̄ dixit Memēto
queso dn̄e. sequitur. quō ambulaueri co
ram te in veritate et corde ꝑfecto. duo di
cit veritatem. et cor ꝑfectū veritas dn̄i di
rigit cor ꝑfectū deo cōiungi veritas enim
est illa linea regularis q̄ ad illū q̄ est via
veritas ⁊ vita ducit Gal. vi. Quicūq̄ hāc
regulā secutus fuerit pax sup illū ⁊ mise
ricordia pax. i. trāq̄litas mētis miscdia. i.
remissio de pctis hoies ergo veraces act⁹
suos dirigūt secūdū lineas rectas. hoies
vero mēdaces scđ͡ʒ lineas reflexas. linea
reflexa facit angulū ⁊ sordes i a̅gulo sūt
vn̄ hoies mēdaces sordib⁹ mēdacioꝝ suo
rū se in aīa occidūt Sap. i. Os aūt qđ men
titur occidit aīaʒ. sicut veritas ad deū di
rigit. sic ꝑfecto deo ꝯiungit vn̄ dicit cor ꝑ
fectū Ge. vi. Noe vir iustus atq̄ ꝑfectus
cū deo ambulauit. viris em̄ ꝑfectis dr̄. i.
Paralip. ix. Iungatur cor meū vobis Se
cūdo debem⁹ conuerti ad dn̄m in corde
edocto Pro. ii. Si intrauerit sapia cor tuū
et sciētia aīe tue placuerit ꝯsiliū custodiet
te. Distinguam⁹ iter sapiaʒ ⁊ sciētiam. vt
sapia sit in interiorib⁹ cogitatiōib⁹ ⁊ affe
ctionib⁹ restringēdis. sciētia vero in exte
rioribus actiōib⁹ regēdis. sicut em̄ bon⁹
cirulug⁹ vulnera sauciati ligat ⁊ restrigit
ne vulneratus moriat̄ corꝑaliter. sic dn̄s
ꝑ sapientiā ꝑuersas cogitationes vel af
fectiones ligat et restrigit ne inordinate
desluāt et sic moriatur peccator spiritua
liter Ecclesiasti. vi. Uincula illius alliga
tura salutaris. sequitur et scientia anime
tue placuerit. sciētia sicut diximus est in
exterioribus actionibus dirigēdis. sicut
enim oculus dirigit in via pedum. sic sciē
tia dirigit in via morum. et sicut homo ce
cus frequēter nō ipiguit ⁊ de facili cadit
sic homo ignarus tanq̄ miser et capti-
uus frequenter etiam de peccatis in pec
catum ruit sequitur cōsilium custodiet te
cōsilium domini est sicut pedagogus qui
pueꝝ ad scolas ducit et reducit et ip̄ʒ ab
omni aduersitate custodit ꝓpter quod di
cit consilium custodiet te. et dominus tā
tum diligit iustum pedagoguʒ qui in ip̄o
accipit hospiciū suum. Prouerbiorū. viij.
Ego sapiētia in consilijs habito. et erudi
tis intersum cogitatiōibus Tercio debe
mus conuerti ad dominum in corde sim
plici. Sapien. i. Sētite de domino in bo
nitate et in simplicitate cordis q̄rite illū
sensus non decipitur circa ꝓprium obie
ctū. sicut visus non decipitur circa albuʒ
et nigrum. nec tactus circa calidum et fri
gidum sed cum duo nobis inflicta sunt ꝓ
pter peccatū primi hominis concupiscen
tia rerum noxiarum et ignorantia agēda
rum affectus decipitur circa dulcedinem
diuine bonitatis ꝓpter iordinatū amorē
Intellectus circa lucem summe veritis ꝑ
errorē. ⁊ ista duo inducūt palati iterioris
infectiōeʒ ne sentire possit sūme bonitatꝫ
dulcorē. sed sicut fit equo hn̄ti palatū ife
ctū vt possit recuꝑare comedēdi appetitū
quedā cōmixtio salis ⁊ aceti q̄ cōmixtiōe
ei⁹ palatū cōfricat̄. et sic eius appetit⁹ re
parat̄. Sic nos debem⁹ nr̄ʒ palatū iteri⁹
cōfricare ex cōmixtiōe salis diuine sapie
q̄ de altitudīe sūmi p̄ris ad ista despicibi
lia descēdit. ⁊ ex aceto mēorie acerbitatꝫ
sue passionis in q̄ aceto potatus fuit. Ps.
In siti mea potauerūt me aceto ⁊ ꝭm istā
viā inde aliquo mō reparādo palatū sen
tire possum⁹ aliquā dulcedīeʒ sūme boni
tatꝫ seq̄tur et i simplicitate cordis q̄rite
illū De⁹ sp̄alis amator ē simplicitatis et
detestator duplicitatꝫ Eccle. ii. Ue duplici
corde. ꝯtra illos q̄ exteri⁹ hn̄t apparentē
sctitatē ⁊ iteri⁹ hn̄t latētē iniquitatē. Ex
quib⁹ duob⁹. s. apparētia ⁊ defectu hoies
ꝑalogizāt. Sed dn̄s tanq̄ bonus logic⁹
imo tanq̄ ille q̄ est ars artiū ꝑ distictionē
multiplicis soluet istū ꝑalogismū. Mat.
xxiiij. Ueniet dn̄s serui illi⁹ i die q̄ nō spat
et hora q̄ ignorat. et diuidet eū ꝑtēq̄ ei⁹
ponet cū ipocritis diuidet illū vt in corꝑe
puniatur igne cōburēte et in aīo verme
corrodēte. Quarto debem⁹ ꝯuerti ad dn̄m

ẽn corde hũili. Mat. xi. Discite a me q2 mi-
tis sum ꝛ humilis corde. Sũm⁹ magr̃ qui
cathedram hꝫ in celis lectionez hũilitatis
docere venit in terris q̃ lectio tante est hu
militatis ꝙ ad gloriã ducit ꝛ in gloriã in-
troducit Prouer. xxix. Superbũ sequit̃ hũ
militas. et humilẽ spiritu suscipiet gloria.
Ad quam nos perducat ꝛc.

¶ In capite ieiunij. Sermo secundus.

Tu autem cum ieiu-
nas vnge caput tuum oleo ꝛ fa
ciẽ tuã laua Mat. vj. Omnia in
nobis honeste / ꝛ ꝭm ordinem fieri debent
ideo dñs in vbo ꝓposito nos docꝫ triplicit̃
ordinari. Primo ad dñm inferius ꝑ carnis
mortificationẽ cũ dr̃. tu autem cũ ieiunas.
Scdo ad nr̃m exter⁹ ꝑ ꝓxi mi cõpassionez
cũ dicit̃: vnge caput tuum oleo. Tercio ad
nr̃m interi⁹ ꝑ mẽtis purificationẽ. cũ dicit
faciem tuã laua. Quãtum ad primũ dicit.
Tu aũt cum ieiunas. Sciendũ est ꝙ debe
mus tripliciter ieiunare. Primo cũ mentis
leticia vel iocunditate. Mat. vj. Cũ ieiuna
tis nolite fieri sicut hypocrite tristes. Ex-
terminant eñ facies suas. vt videant̃. ho-
minibus ieiunãtes. Dñs nõ vult a nobis
remouere in ieiunio pctõrum tristiciã: sed
tristiciã simulatam. vnde non dicit. Nolite
fieri tristes: sꝫ nolite fieri sicut ypocrite tri
stes ꝛ subdit cãm exterminãt eñ facies su
as. Sciendũ ẽ ꝙ facie cognoscimus ꝛ facie
cognoscimur ꝭm hoc in facie duplex est ter
minus. Termin⁹ a quo ꝛ termin⁹ ad quez
a termino a quo exterminãt ypocrite faci-
es suas: q2 sicut hñt sctitatẽ simulataꝫ: ita
hñt cognitionẽ fantasticã velũ eñ simula-
tionis operit oculos cordis ne ꝑueniãt ad
agnitionẽ veritatis. vñ Gen. xx. Hoc erit
tibi in velamen oculoꝝ tuoꝝ. Quantũ ad
terminũ ad quẽ extermiatur facies nõ eñ
veraciter cognoscuntur. sunt eñ exterius
viridi: interius fetidi. sicut lignũ putriduꝫ
qđ lucet de nocte nichil nisi putredinez hꝫ
de die. ꝛ sicut noctiluca de nocte videt̃ hr̃e
candoris decorẽ de die autẽ nichil inuenit̃
habere nisi immũditiam et fetorẽ. vñ vere
dicit̃ ꝙ non est aurũ quicq̃d lucet. litargi-
ria aũt auricalcea ꝛ felle tincta vident̃ esse
aurea nõ tñ sunt aurea. sic ypocrite etsi ha
beãt sanctitatis simulationẽ nõ tñ hñt scti
tatis veritatẽ. Sed notabile est ꝙ dicit vt
videantur hoibus nõ deo. homo eñ videt
que patent deus aũt intuetur cor. vñ eoꝝ
fallacijs non decipitur deus. non eñ est fa
tuus aurifaber vt accipiat auricalcum pro
auro / stannum ꝑ argẽto. Grego. Lucerna
in tenebris fulgere cernitur. sed i solis ra
dio posita tenebratur. Secundo debemus
ieiunare cũ concordia ꝓximi siue caritate.
Isa. lviij. Quare ieiunauimus et non aspexisti: humiliauim⁹ animas no-
stras ꝛ nescisti: et ait dolete ad lites ꝛ cõtẽ
tiones ieiunatis et ꝑcutitis pugno impie
dñs in ministris suis req̃rit cõcordiã nõ cõ
temptionẽ in pace eñ factus est locus ei⁹.
et ideo litigator et rixator etsi nõ sit eijciẽ-
dus de loco orationis vel de loco refectio-
nis eijciendus tñ est de loco cõmunis locu
tionis vt exeat ad iurgiũ litis ꝛ contentio
nis. vñ Prouer. xxij. Eijce derisorẽ ꝛ exibit
cum eo iurgiũ sicut eñ excõmunicati eijciũ
tur de ecclesia ꝛ sicut leprosi de villa / ꝛ si-
cut ouis morbida eijcitur de grege ne to-
tum gregẽ inficiat. sic litigatores ꝑ impo-
sitionẽ silentij eijciendi sunt de collocutio
ne fraterna. seq̃tur: ꝛ ꝑcutitis impie. Sciẽ
dum est ꝙ eadem manus facit palmã ꝛ pu
gnuꝫ. Sed est palma cũ extẽditur. ꝛ est pu
gnus cum clauditur qđ est in palme manĩ
feste videtur: quod est in pugno abscondĩ
tur. sic ꝛ eadem ꝑuersitate cordis peruent
unt lites ꝛ cõtentiones in aperto. ꝛ deten
tiones in occulto Sed sicut crudelior est
actus qui datur de pugno q̃ꝫ qui datur de
palma. sic magis leditur hõ ꝑ occultas de
tentiones. contra eñ lites et contẽtiones
potest homo se defendere ꝑ humilitatem
mansuetudinẽ ꝛ patientiã. Sed contra de
tractionem nullaꝫ habet defensionẽ. vnde
cum dicit pugno. subiungit: impie. magna
impietas fuit in Joab qui erat miles bo-
nus: sed ꝓditiosus qui metũ amasie tanq̃ꝫ
eum osculans tenuit et gladio quem ille
non obseruabat ipsum interfecit. sic multĩ
loquuntur pacem cum proximo suo. mala
autem in cordibus eorum gerunt. Tercio
debemus ieiunare cum reuerentia dei et
humilitate. Hester. xiiij. Postq̃ꝫ deposuit
hester vestes regias fletibus et luctui in-
dumenta apta suscepit ꝛ pro vnguẽtis va
rijs cinere ꝛ stercore impleuit caput humĩ
liauit corpus suum ieiunijs Hester. dolẽs
est anima penitens que non debet ornarĩ
in istis diebus: in quibus saluator noster
denunciatus et nudus in cruce suspensus
fuit. Non enim est congruum vt denuda-
to capite membra ornentur. ornamẽta eñ
specialiter solent poni sup caput: sicut dya
demate ornantur capita regum. mitris ca
pita pontificum. trituraris auro et argẽto
et lapidib⁹ preciosis intextis capita mu-

lierũ vñ bona ꝯsuetudo inoleuit vt hoies
et mulieres deponãt i istis diebꝰ vestimē
ta ꝑciosa ⁊ assumant sibi vestimēta abie
cta. iō h̄ dr̄ ꝙ posuit hester vestes regias
seq̄tur fletibꝰ ⁊ luctui idumēta apta acce
pit. ista indumēta sunt duplicia. dolor sci
licet intus in corde. et afflictio exterius i
corpore. Dolor in corde est quasi tunica
dñi inconsutilis desuꝑ contexta ꝑ totum
Quidam dolēt ꝙ nō possunt sicut alij ser
mones lucidos ⁊ ornatos ꝯponere questi
onum subtilitates consuere siue contexe
re. ista tunica est ꝯsutilis nō tunica dñi in
cōsutilis Sed dolor de pctis tunica est in
consutilis q2 non habetur per humanum
artificiuz. Sed est speciale dei donũ. ista
tunica debet esse desuꝑ cōtexta ꝑ totũ. in
contextione fiunt multi tractus ⁊ discur-
sus tñ ad vnã ꝑfectionē pñni ordinantur
Sic penitens ꝑ singula peccata debet do-
lendo discurrere. discurrendo flere. flēdo
consciētiam lauare. ps. Lauabo ꝑ singu
las noctes lectũ meũ lachrimis meis stra
tum meũ rigabo. Sed hec omnia ad hoc
specialiter dñt ordinari vt peccatum de
struatur. destructo peccato consciētia mũ
detur. et in mũda conscientia deus hono
rifice recipiatur. Scd̄m indumentum est
afflictio exterius in corꝑe. istud vestimē
tum est sicut cappa ad pluuiaz, que de pã
no firmiter ꝯtexta efficitur itaꝙ si pluuia
sup̄m ꝑfundit ip̄z tñ nō penetrat nec ꝑtrã
sit. ita ⁊ nos si afflictione pñie ꝑfũdamur
exterius nō tñ debemꝰ dolere sed magis
letari interius Aug. peccator doleat ⁊ de
dolere gaudeat Secundo debemus ordi
nari ad nostrũ exteriꝰ ꝑ ꝓximi ꝯpassionē
vnde subditur. vnge caput tuuz oleo Sci
endum ergo ꝙ debemus vngi tripliciter
Primo ꝑ animi dulcem compassionem: et
Chor. i. Unxit nos deꝰ ⁊ signauit ⁊ dedit
pignus spũs in cordibꝰ nostris. vnxit nos
deus ꝑ interni animi dulcedinem et inte
riorem sanitatem. ip̄e em̄ est iste vngenta
rius. De quo dicit̄ in ecclesiastico. xxxviij
vnguētariꝰ pigmēta faciet suauitatis. et
vnguēta cōficiet sanitatis. istud debet eē
vnguētum in capite. i. in mēte ꝑ qđ debz
vsqꝫ ad stiriles subuentiōes ꝓximoꝝ de-
scēdere sequetur. ⁊ signauit ꝑ veram fidē
Fides em̄ est istud thau. de quo Eze. ix. dr̄
Signa thau suꝑ frontes viroꝝ gemētiũ
et dolentiũ. Ibi dicit glosa thau. est litte
ra in antiquis hebreis libris habēs simi
litudinē crucis. hoc signo dñt christiani
signari vt ab vncto dicantur vncti. ⁊ a xp̄o

christiani Nomē em̄ xp̄s tãte est nobilita
tis ꝙ quicquid ad ip̄m ꝯuertitur nomen
suum amittit. vnde si conuertatur iudeꝰ
siue grecus siue scita siue barbarus nũꝙ̄
de cetero vocabitur nisi xp̄ianꝰ sicut vide
mus ꝙ secana est tãte nobilitatis ꝙ om
nia flumina que in ipsam fluũt statim no
mina sua ꝑdunt. sequitur ⁊ dedit pignus
spũs in cordibus vestris. sp̄m q̄ est pignꝰ
suꝑne hereditatis. vnde solēt aliq̄ accipe
memoriale qñ libros amicis accomodãt
ad h̄ vt habeãt solã recordationē sz fene
ratores qñ pecuniã suã dãt ad vsurã nō
sufficit eis mēoriale. Sz volũt tale pignꝰ
habere ꝙ cũ capitali sũma suꝑ existentez
vsurã possit valere. sic nō sufficit dño no
bis dare memoriale sz sp̄m in pignꝰ here
ditatis eterne ꝓ oꝑibꝰ pietatis nobꝫ dat
veneratur em̄ dño qui miseret̄ pauperis
Ro. viij. Ip̄e sp̄s testimoniũ reddit spũi
nr̄o ꝙ filij dei sumus si aũt filij ⁊ heredes
Scd̄o debemꝰ vngi ꝑ ꝓximoꝝ eruditio-
nē Isa. lxi. Sp̄s dñi suꝑ me eo ꝙ vnxerit
me ad annũciandũ mãsuetis misit me spi
ritus dñi suꝑ nos esse dr̄ q2 quicq̄d recte
loq̄mur de auctoritate sp̄s veritatis acci
pimꝰ Actuũ. i. Accipietis ꝟtutē superueni
entis sp̄s scti in vos. iste spũs regit nos
ꝑ iterne sapie illustrationē hec est vnctio
de q̄ dr̄. vnctio docet de oībus. seq̄tur. ad
annũciãdũ mãsuetis misit me. mãsuetus
dr̄ q̄i assuetus. tales debēt eē xp̄iani qui
dñt currere ad nutũ manꝰ ꝑdicatoris ad
audiendũ verbũ dei. Sz pauci sũt sic ma
nui assueti. qñ em̄ vidēt ꝙ ꝑdicator ascē
dit ad ꝓponendũ verbũ dñicum de eccle
sia fugiũt similes catho q̄ fugit qñ noia-
tur noie suo. Uel ad lr̄az mãsuetꝫ debemꝰ
ꝓponere verbũ dei Eccle. v. Esto mãsue
tus ad audiendũ ꝟbũ dei. vt itelligas. et
cũ sapia ꝓferas responsũ veꝝ Sed multi
sũt q̄ nō sũt mãsueti ad audiendũ verbũ
q2 nō veniũt vt instruãtur Sz vt insidien
tur. vñ si q̄d elegãter dictũ fuerit nō mul
tũ curãt. si aliq̄d male dictũ fuerit illđ re
portãt grana dimittũt paleas retinent si
miles pãno colatorio q̄ trãsfundit. ⁊ a se
abijcit q̄cq̄d est i liquore puritatis nichil
retinet nisi qđ ē imũditie ⁊ feditatꝫ. Ter
cio debemꝰ vngi ꝑ idulgētie corꝑal' ꝓxi
mi releuationē Luce. vij Dicit̄ de magda
na. stãs retro secus pedes dñi. lachrimis
cepit rigare pedes eius ⁊ capillis capitis
sui tergebat ⁊ osculabat̄ pedes eiꝰ. ⁊ vn
guēto vngebat. ista mulier priꝰ vncta fuit
interius in mēte ꝙ̄ vnguētũ exteriꝰ ifun

deret in ope. Sed sciendū est. ꝙ dn̄ici pe
des dn̄i sūt paupes: q̄ sicut totuȝ corpus
pedibus supportat ita frequēter diuites
paupes corꝑaliter reficiētes. ab eis spiri
tualiter sustētātur. de his pedib⁹. Ephe
i. Pedes eoꝝ pedes recti ⁊ planta pedis
eoꝝ q̄si plāta pedis vituli: paupes dn̄t eē
pedes recti ꝑ dilectionē Can̄. i Recti di-
ligunt te vitulus est animal imolaticiū vi
tulus ergo pōt dici xp̄s. in ara crucis pro
nobis imolatus. Ex planta vestigium pe
dis in puluere imprimit. Tūc ḡ plāta pe
dis pauperū quā plāta pedis vituli esse
dr̄ qn̄ paupes vestigia xp̄i imitātur. Job
23. Vestigia ei⁹ seqtus ē pes meus. Nos
videmus ꝙ musce vnguētū sequūtur vn̄
cū caput scabiosi vnguēto vngit a muscis
mirabiliter infestatur. sic quandoqȝ acci-
dit ꝙ homines quando vacant operibus
pietatis a muscis superbie vel elationis
Ecclesiastes decimo. Musce morientes ꝑ
dūt suauitatē vnguēti. et ideo debēt arce
ri flagello humilitatis. Tercio debemus
ordinari ad nostꝝ interi⁹ ꝑ sanctificatio
nē. vn̄ seqtur. ⁊ faciē tuā laua. Sciēduȝ
ergo ꝙ prio debēm⁹ cogitiuā a noxijs co
gitationib⁹ lauare. Jere. iiij. Laua a ma
litia cor tuum ierusalē: vt salua fias: vsqȝ
quo morabūtur in te cogitationes noxie
laua cor tuū lachrymis ꝯpūctionis: sic fa
ciebat. Judith. que signat animā penitē-
tem que descendebat singulis noctib⁹ in
valle peculie vt lauaretur in fonte aque.
Sed quia forte sordes peccatoꝝ nostroꝝ
tante sunt adhesionis ꝙ nō possūt lauari
aqua simplicis ꝯpunctionis. Jdeo eccle-
sia hodie cineres addidit: vt ex aqua cō-
punctionis et cinerib⁹ recordationis no
stre mortalitatis fiat forte lixiuiū in ablu
tionē menstruate ⁊ peccatoꝝ. seqtur. vsqȝ
quo morabūtur in te cogitatiōes noxie q̄
si diceret mora trahit ad se ꝑiculū vn̄ . r.
Cogitationes ipij vipee sūt gn̄atiōis. in
ortu em̄ suo interficiūt matrē suā. s. mēte
iste ꝑtus mal⁹. vn̄ in ortu suo statim debȝ
suffocari vel in aq̄s ꝯpūctionis submergi.
Secūdo debem⁹ lauare volūtatē ab inor
dinatis affectionib⁹. Can̄. v. Laui pedes
meos quō inq̄nabo illos pedes sūt hoīȝ
volūtates q̄ debent lauari in aq̄s fletus
et lamētationis. vn̄ quotidie debem⁹ mā
datū facere exēplo xp̄i q̄ pedes discipulo
rū lauit et nobis lauādos mādauit. laua
ergo pedes iterne volūtatis in choncha
hūilitatis cordis cauata cisello ꝯtritiōis
in aq̄ lachrimaꝝ meroꝝ ⁊ doloꝝ manib⁹

satisfactiōis: vt posset dicere laui pedes
meos. seqtur. quō inq̄nabo illos. quia est
magne igratitudinis inq̄nare pedes post
mūditiā ablutiōis. 2. Pe. 2. Si refugien-
tes coinquinatiōes hui⁹ mūdi cognitiōe
et saluatoris dn̄i nr̄i iesu xp̄i his rursus ī
plicati supatur facta sūt illis peiora poste
riora priorib⁹. Cōtigit eni illis iuxta pro
uerbiū. Canis reuers⁹ ad vomitū ⁊ sus lo
ta in volutabro luti. Tercio dēm⁹ lauare
motiuā a ꝑuersis opationibus. Exo. xix.
Sāctifica. populū hodie ⁊ cras lauētqȝ ve
stimēta sua ⁊ sint pati in diē terciū. Sācti
fica pplm tuū hodie q̄ntū ad carnis mor
tificationē. sanctifica ⁊ cras q̄ntū ad pri-
mi ꝯpassionē. lauetqȝ vestimēta sua ꝑ sā-
ctā ⁊ mūdā opationē ⁊ sint pati in diem
terciū. i. in diē dn̄ice resurrectionis. qui
tercia die resurrexit a mortuis ꝑ intenā
mūditiā ⁊ sanctitatē tūc em̄ recipiem⁹ sā
ctū panē ⁊ ideo habere debem⁹ sanctam
mētē. tūc recipiem⁹ patū panē ⁊ ideo de
bemus habere patum aīm. Sap. xvi. Pa
ratū de celo panē prestitisti eis sine labo
re om̄e delectamentū in se habentē ⁊ om
nis saporis suauitatē. Dn̄s vult nos trās
ferre de suauitate ad suauitatē. suauitas
eterne iocūditatis h̄ habetur a sācti sub
quadā ꝑgustatione. Sed in vita beata bī
betur ꝑs. Qm̄ apud te est fōs vite ⁊ in lu
mine tuo videbim⁹ lumē. Ad quē fontem
nos perducat.

lorum electione et apostoloꝝ orōe et manus impositione sunt ordinati. Quarto ē lors possessionis eterne hereditatis. Col. i. Agnetes gratias deo patri q̄ dignos fececit in ptē sortis ꝛc. Ecclesiastes. xi. Dulce lumen et delectabile oculis videre solem similiter potentia ex absentia sui obiecti tristatur. Tobie. 5. Cum dixisset angelus thobie gaudiū tibi sēper sit ait tob q̄le gaudium michi erit qui in tenebris sedeo certe nullum gaudiū sed tristitia horribilis erit dānatis in tenebris infernalibus cōuolutis Dominus ergo electos suos voluit esse in lumine ipsos de ptāte tenebrarum eripuit et ad regnuz celeste trāstulit captiuis sufficit qui in carcerib9 paganorum detinentur si ab ipsis liberētur nec querunt a liberatorib9 suis diuitias nec petunt vt ad magna promoueantur sed larga manus domini sic fideles suos a ptāte tenebraruz eripuit ꝙ ipsos ad regnum celorū exaltauit Isa. 19. Clamabūt ad dominum a facie tribulatiōis ꝛc. Esto nobis domine turris fortitudinis a facie inimici et persequentis. Nā qui sic in hac vita non clamant ad dominum vt ab ipso audiantur in inferno positi clamabunt et vllulabunt nec exaudiētur Luc. 16. de diuite epulōe q̄ in flamis inferni positus ad patrem abraham clamauit petens guttā aque quam minime impetrauit nec imperpetuo impetrabit Debemus ergo in hac vita clamare ad dominū vt nobis mittat ꝓpugnatorem vt nos eripiat de potestate tenebrarum Isa. 63. Ego qui loquor iusticiam et ꝓpugnator sum ad saluandum Debemus ergo petere saluatorem q̄ saluet nos deducendo ad regnum. Ja. xxxiii Domin9 legifer noster dn̄s rex noster ipse veniet et saluabit nos. Sic ergo primo notatur eligendi beatum mathiā modus cum dicitur dederunt sortes Scd̄o notatur electionis euentus cum dicitur ꝛ cecidit sors semper mathiā mathias interp̄tatur donatus siue donatio dn̄i et bn̄ sup talē in electione apostolatus sors cadere debuit Sap. 3. domū dei et pax est electꝫ ei9 sꝫ ad edificationē nostrā loq̄mur q̄druplex ē donū ꝫ qd̄ q̄ttuor repim9 q̄ nobis donat dn̄s prio em̄ donat nobis abūdantiā tp̄aliū bonoruz Scd̄o donat nobis remissionez peccatoꝝ. Tercio donat nobis distributionē grāꝝ carismatū ꝛ spiritualium donoꝝ Quarto donat adeptionē eternoꝝ p̄mioꝝ. prio erg donat dn̄s abūdātiam tp̄aliū bonoꝝ Gen. xxxiii. Suscipe bn̄dictionem quam tuli ꝛ quam donauit michi dominus tribuens omnia ista sunt verba iacob ad esau fratrem suuz loquentis et ipsi de bonis que in me sopitania syrie acquisierat offerentis. ꝛ vere gratus dn̄o ꝙ omnia ab ipso acceperat vnde apostol9 i. ad Cor. 4. Quid habes nō qd̄ accepisti. ꝙ si accepisti quid gloriaris quasi non acceperis stult9 est qui gloriatur de mutuo acceptis tam de proprijs bonis. oia enim dominus contulit ꝛ sicut dedit sic aufert cum sibi placuerit ps. Dormierūt ꝛ nichil inuenerunt omnes viri diuitiarum in ma. s. vnde Luc. xii. Stultus a dn̄o ē vocat9 q̄ in bonis suis plurimis gloriabatur dicit anima mea multa bona habes reposita in annos plurimos requiesce commede bibe epulare ꝛ dixit Stulte hac nocte dyabolus repetet animam tuam a te que autem parasti cuius erunt anima illius diuitis et sua erat ꝛ non sua. sua erat. qꝛ sibi a deo data iure creationis. non sua erat qꝛ debita dyabolo ratione reatus vel obligationis proprie iniquitatis. vnde dcōes in iure repetunt quod sibi obligatum esse rōe mortalis culpe cognoscūt ꝛ dominus iuste illis tradit q̄ vnicuiq3 scd̄z ꝟitatē merita vel demerita retribuit Nam sicut ꝫm leges hūanas bn̄ meritis debet honor et p̄miū. sic ꝫm easdē leges latronibus ꝛ homicidis debetur distractio ꝛ suspēdiuz. similit ꝫm legē diaz legittime certātib9 debetur corōa. sic finaliter peccātibus debetur dānatio etna. Scd̄o dōat dn̄s remissionē pctōꝝ luc. 7. duo debitores erāt cuidā feātori vnus debebat denarios q̄ngētos et ali9 q̄nq̄ginta ꝛc. vn̄ de beata magdalēa dixit dn̄s luc. 7. Remittuntur tibi peccata multa qꝛ dilexit multum. Nec miruz qꝛ nō poterat ibi esse iniq̄tatis iq̄namentum vbi erat caritas spēosum opimētum pro. x. vniuersa delicta opit caritas. nec solū opit ea vt nō videāt ipa hoies. q̄ videre nō pn̄t nisi exteriora ꝛ apta. sed ita opit vt nō videat ea deus cui nuda sunt oia. i. Re. xvi. Nec iuxta intuituz hois ego iudicabo hō em̄ videt ea q̄ appēt. Dn̄s autem intuetur cor. vn̄ non ita opit caritas pctā sicut pān9 opit imagies i piete exn̄tes. ꝛc. Tercio donat dn̄s distributōez spūalium donoꝝ Ro. 8. Qui ꝓprio filio suo nō pepcit. sed pro nobis omnibus tradidit illuz quō nō etiā cum illo omnia nobis donauit. Qui donat p̄ncipale videtur dōare accessorium. vn̄ q̄ dat equum bn̄ videtur donare capistꝝ. vn̄ q̄ pn̄tat exenium de galli

nis vel pullis nõ ipsos deplumat sꝫ pñtat
cum plumis Cum ergo xp̃s fuerit plumis va
rietatum omnium gratiarum ⁊ virtutum
et donorum ⁊c. Eph.4. Ascẽdens xp̃s in
altum captiuã duxit captiuitatẽ ⁊c. Sap̃
7. Infinitus thesaurus ẽ hominibus quo
q̃ vsi sunt ꝑticipes facti sunt amicicie dei
ꝓpter discipline dona ꝯmendari Quarto
donat dominus adeptionem eternoruꝫ p̃
miorũ.2. Petri.i. Maxima et preciosa no
bis promissa donauit vt per hoc efficiami
ni diuine cõsortes nature ⁊c. Mat.xix. Cẽ
tuplum accipietis et vitam eternam possi
debitis ecce magnitudo ꝗ premium in cẽ
tuplum excedit meritum sed vide ꝗꝫ pre-
ciosum sit istud premium quod nunꝗꝫ au-
fertur a beatis sed permanet in eternum.
vnde dicitur ⁊ vitam eternam possidebi-
tis sic ergo dominus maxima et preciosa
dona tribuit electis vt melius appareat
donorum dei eminentia subiungit visio-
nes diue gratum consortium cum dicit. vt
per hoc efficiamini diuine consortes natu
re hoc consortium erit quando videbitur
non sicut modo videtur per speculum et i
enigmate sed sicuti aperta facie. i. Joh.3.
scimus quoniam cum apparuerit similes
ei erimus quoniam videbimus eũ secuti ẽ
ad quã visionem nos perducere dignetur

De beato Gregorio. Sermo primus.

SI dominus mag-
nus voluerit spiritu intelligen
tie replebit illum et ipse tanꝗꝫ
imbres mittet eloquia sapientie sue Ec-
cle.39. in verbo proposito duo notanur a
q̃bus btũs gre. ꝯmẽdatᷣ prio em ꝯmẽdatᷣ ab
abundanti plenitudine cognitiõis cuꝫ di
citur si dominus magnus voluerit spũ in
telligentie replebit eum. Secundo cõmẽ
datur ab euidenti vtilitate eruditiõis cũ
dicitur ipse tanꝗꝫ imbres mittet eloquia
sapientie sue. Quantum ad primum scien
dum est ꝗ spũssanctus qui est spũs itelli-
gẽtie solet q̃druplicitur suos p̃dicatores
replere prio eni relpet ipsos claritate ad
directionẽ deuioꝝ Scd̃o replet ip̃os cari
tate ad iflãmationẽ frigidoꝝ Tercio re-
plet eos fortitudine ad correptionẽ pecca
toꝝ Quarto replet eos humilitate ad ca
pacitatẽ internoꝝ et eternoꝝ bonoꝝ pri
mo ergo spũssanctus replet p̃dicatores su
os claritate ad directionẽ deuioꝝ Act.ij
Apparuerũt illis lingue dispꝑtite tãꝗꝫ ig
nis seditꝗꝫ sup singulos eoꝝ ⁊ repleti sũt
omnes spũsancto ⁊ ceperunt loqui varijs
linguis. Spũs sup apostolos apparuit in
linguis igneis. vt ipsos redderet caritate
feruentes. virtute eloquentes claritate
resplendentes Phil.ij. Lucetis tanꝗꝫ lu-
minaria in mundo verbum vite cõtinen-
tes. sicut eni vas cõtinet liquorẽ preciosũ
sic corda apostolorũ tanꝗꝫ lumen incensũ
continebant verbum diuinum qd̃ lumen
erat in cordibus eorum tante adhesionis
ꝗ extingui nõ poterat aquis quantũcũꝗꝫ
magne tribulationis Sed magis lucebat
et ardebat in illis Sap̃.16. Et quod mira
bile est in aqua q̃ oia extiguit plus ignis
valebat. Et dr̃ spũssanctus sup discipulos
christi non solum apere sed etiã sup illos
sedere. Nam sicut stare pertinet ad labo-
rantes sic sedere ad quiescentes. quia er
go per gratiã sanctispũs quieta erãt cor-
da discipulorũ ad ipsorũ refrigeriũ bene
sup eos dr̃ sedere spũssanctus qui est in la
bore reqes. in estu tẽꝑies in fletu solatiũ.
Itẽ spũssctũs nõ solũ appet nõ solũ super
discipulos sedet. sed ipsis vt varijs liguis
loquãtur p̃bet Nã diuersitate liguaꝝ de
signatur diuersitas doctrinaꝝ. Nã scd̃m
capacitatem auditoꝝ debent formari ver
ba doctorũ cõtra illos q̃ grãdia verba tru
tinãtes abducto supcilio de sacris lr̃is in
ter mulierculas fantur. Cõtra illos etiaꝫ
qui simplicia et cõmunia verba subtiliori
bus loquitur. Nã subtilioribus verba cõ
munia veniunt in contẽptum. Minoribus
vero verba subtilia nõ proueniũt id ꝓfe
ctum ꝓpterea apostolus. Paruulos lacte
simplicioris doctrine potabat ꝑfectos ci-
bo solidioris doctrine confirmabat. i. ad
Cor.3. qd̃ bene faciebat btũs gre. qñ v̄ba
sue predicationis sic tẽꝑauit ꝗ tã miori-
bus ꝗꝫ maioribus locũ hauriẽdi ad suam
vtilitatẽ oib⁹ dereliquit. Scd̃o replet spi
ritussctũs p̃dicatores suos charitate ad i-
flãmationẽ frigidoꝝ. Eccle.33. Quasi qui
vindemiat repleui torcular Qui vindemi
at de vineis vuas colligit. Et ex illis i tor
culari vinum exprimit. sic colligere vuas
beneficiorũ dei debemus de vinea diuine
bonitatis et illas exprimere in torculari
frequentis discussionis et sic vino diuine
dilectionis debemus iplere desideriũ no
stri cordis. Cõsiderem⁹ ꝗ de⁹ ad similitu
dinẽ ⁊ imaginem suã nos formauit ꝗ oia
sub pedib⁹ nr̃is subiecit ꝗ se dedit i p̃ciũ
ꝓ nobis ꝗ se quotidie nobis dat in cibuꝫ
ꝗ se seruat nobis in p̃miũ. ꝓpter qd̃ btũs
ber. in li. de diligẽdo dĩn Quid reddã dñ̃o

pro me facto et refecto et taliter refecto non enim tam facile refectus sum quam fact⁹ vt me eni cū aliis facerē dixit et facta sunt in me autem reficiendo et multa dixit. et mira gessit et dura et indigna sustinuit. Quid eni retribuam dño ꝛc. in primo em̄ opere se dedit michi in secundo se dedit michi et me reddidit michi. Datus ergo ꝛ redditus michi. me pro me debeo pro se aūt si millesies reprehenderē in ꝯparatione illius nichil esse. qn̄ ergo ista dei beneficia cogitando in cordibus nostris reuoluimus totiens carbones ignis diue dilectionis in nos cōgerimus siue etiam cumulamus et quādo ista dei beneficia aliis Quattuor dicit que in bono predicatore dñt iperiri. Primum est fortitudo ad aggressionem arduorum Secūdū est iudiciū ad directionem agendorum. Tercium est virtus ad tollerantium ꝑuersorū Quartū est cōmunis correctio tā maiorū quam minoꝝ primo ergo dicit replet⁹ fortitudine spūs dñi ꝛ hoc est quātū ad agressionē arduoꝝ. hō em̄ spūalis calcarib⁹ sollicitudis ꝓpe salutis vrget corp⁹ sibi subditū ad aggressionē ardui opis. Nā sicut bon⁹ eqtator maiorē dietā facit de equo peiore quam ille qui eqtare nescit de equo meliore sic hō spūalis in via morū maiorē dietā facit de corpore debiliore quam homo carnalis de corpore fortiore. vn̄ sicut cōmuniter dr̄. quod tantū hꝫ hō quantū vꝫ sua terra sic quātū valent spiritus nostri tantū valēt corpora nr̄a. vnde sicut dr̄ de hoīe qui bene scit sibi ꝓuidere imposterū ꝙ ei⁹ obulus valet vnum denarium. sic hō spūalis plus facit valere imbecille corpus ꝓpriū quam hō carnalis corpus suū. quāuis sit validum. nec est miꝝ. qꝛ corpus carnalis hoīs deliciis dissoluitur. corp⁹ vero viri spūalis spū fortitudinis substantatur Pro. 18. Spūs viri sustētat imbecillitatem eius. Scđo replet spūs dñi predicatores suos ꝑ discretionē angelorum. quod notatur cum dicitur iudicio. qꝛ eni locutus fuerat de aggressiōe arduoꝝ que spectat ad macerationem corpoꝝ. ne in ipsa excederemus voluit vt ibi discretionem iudicii seruaremus. Roma. 12. Cū dixisset apostolus vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem. sanctā deo placentem excessum resecauit qn̄ vt rationale esset obsequium nostrū subiūxit. Sic em̄ in corporalib⁹ nostris crucifigēda sūt vicia. qꝛ ipsis ꝯseruāda est natura ſꝫ sub breuitate nobis claudendus est sermo in hac materia sicut em̄ equ⁹ nō est vrgēdus calcaribus vt ꝑ cliuum montium descendendo currat. et sic ponderosū nō est multum implendum vt deorsū descendat. sic nos nō multum insistere debemus ne carnem nostram vltra debitum maceremus. plus eni ipsum diligimus quam debemus vñ ex alia causa in nobis ad discretionē agēdoꝝ requiritur in nobis em̄ sentimus cōtentionem ꝯtinuā carnis aduersus spiritum. ꝛ spūs aduersus carnē Galla. 5. Que cōtētio terminari debet ꝑ discreti iudicii diffinitiuā sententiam. caro eni suggerit delectabile bonum. ſꝫ illud mortiferꝫ est Pro. 23. Ingreditur blande. ſꝫ in nouissimo mordebit vt coluber et quasi regulus venena diffundet spūs nō ꝓponit penale bonum qđ videtur pluribus esse malum. Veruntñ est salutiferꝫ sicut sunt tribulationes patienter suscepte propter xp̄m Ipe em̄ sunt via ad regnū Actuū. 13. per multas tribulatiōes oportet itrare in regnū celoꝝ. In hac ergo ꝯtentione ratio debet carnem calculo diffinitiue sententie condemnare et ip̄m seruituti spūs subiugare vt ad nutum spiritus tribulationes ꝑ ipso sustinendo ad eternā beatitudinē valeat ꝑuenire 2. Chor. 4. Id qđ in p̄senti ē momentaneum et leue tribulationis nostre. supra modum in sublimitate eternū glorie pōdus operatur in nobis Tercio replet spiritussanct⁹ p̄dicatores suos virtute ad tollerātiam aduersoꝝ Luce vltimo. Sedete in ciuitate quo ad vsꝙ induamini virtute ex alto. hō indutus nō erubescit sicut hō nudus erubescere cōsueuit. nam indumentum eius pudibunda ꝓtegit. sic sancti domini. etsi ꝓpter xp̄ꝫ ludibria ꝛ verbera insuꝑ et miracula ꝛ carceres experti sunt ꝑ xp̄o ideo nulla pudenda si gaudio plēa in ipsis apparebāt Actuū. 5. Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii qm̄ digni habiti sūt pro nomine iesu cōtumeliā pati. Quarto replet spūs s. p̄dicatores cōmuni eruditione tam maiorū quam minoꝝ qđ notatur cum dr̄. vt annuciē iacob scelus suum ꝛ israhel peccatū suum. q̄si diceret nō ꝑ eo maioribus nec minoribus redargutione peccatoꝝ. ꝯtra multos p̄dicatores qui ymo reprehendūt peccata minorū et simplicium ad modū ouium. palpāt aūt vicia maioꝝ crudelium ad modum lupoꝝ rapaciū. isti contra pulices se surgūt. animalibus ferocib⁹ ꝛ fortioribus fauēt Isai. 4. loquimini nobis placētia videte

nobis errores. lequendo placentia ipsos decipiunt. videdo sibi errores ipsos i eter nũ interitũ demergũt Quarto replet spũs peccatores suos humilitate ad capacitatẽ internoꝝ ꝛ eternoꝝ bonoꝝ ps. Repleti sumus ꝑ diebus quibus nos humiliasti. Nos spũsancto coopãte repleti dicimur. qꝛ ipo humilitatem tribuẽte quasi ipo celte sculpẽdo ꝛ concauando in silice bonoꝝ internoꝝ ꝛ eternoꝝ capaces efficimur. sic eꝫ vasa vacua replet vetus helise⁹. i. xps. 4. Re. 4 Quibus aũt bonis ꝑ dono hũilitatis repleamur alibi i ps. ostẽditur vbi dr̃, Replebimur in bonis domus tue. que bona sũt tanta ꝛ tam mirabilia ꝙ carere nõ debent laude eterna ps. 83. Beati qui habitant in domo tua dñe in seculũ seculi laudant ꝛc. In illa domo habitat beatus Gre. ꝛ ideo ab ipo cũ sãctis spiritib⁹ laudatur. sic ergo primo cõmẽdatur Beatus grego. ab abundanti plenitudine cogitationis. cum dr̃ si dñs magnus voluerit spiritu intelligentie replebit illum. Secũdo commendatur ab euidenti vtilitate erudi tionis. cum subditur. ꝛ ipse tanꝙ imbres mittet eloquia sapientie sue. Sciendum ẽ ergo. ꝙ eloquia domini que processerunt per os beati gregorij fuerunt. Primo eloquia grata speciositate. Secundo fuerũt casta puritate. Tercio fuerunt oloquia fecunda vtilitate. Quarto fuerunt eloquia suauia interna et eterna iocunditate. Primo ergo eloquia beati gregorij fuerunt grata speciositate Gen. 49. Neptaliꝫ ceruus emissus. et dans eloquia pulchritudinis. neptalim interpretatur conuertens eos per quos bene significatur beat⁹ gre ꝗ verbo et exẽplo multos ꝯuertit domin⁹ iste dicitur ceruus ceruus habet velocitatem in cursu. agilitatem in saltu. sic beatus gre. habuit velocitatẽ in cursu inqsitiõis ditatis diuine cognitiõis. habuit ẽt agilitatẽ in saltu eleuatiõis supne cõtemplatiõis. iste ceruus dr̃ emissus qꝛ beatus gre. ad regendũ ꝛ erudiendum gregeꝫ dei a dño fuit missus ad annunciandum mansuetis iste ceruus emissus qꝛ beatus gre. pulchritudine in verbis et scriptis decorauit verba enim ipsius fuerunt tanꝙ radij procedentes. quia pulchritudine solis eterne veritatis. Sapien. 7. Dicitur de ista sapientia. hec speciosior est sole et super omnem dispositionem stellarum. luci comparata inuenitur prior. ista luce beatus gre. sic a christo fuit decoratus ꝙ pre ceteris hominibus speciosus forma pre filijs hominum est appellatus Ecclesiastici 25. Quam speciosa veritatis sapientia et gloriosus intellectus ꝛ consilium. Secundo fuerunt eloquia beati gregorij tanꝙ eloquia dei casta puritate ps. Eloquia domini eloquia casta. Eloquia domini dicũtur casta quia omnem deformitatem peruerse voluptatis declinãt ꝛ ad omeꝫ pulchritudinem et munditiam mentis ꝛ corporis aiam inclinant Sapientie. 4. Quã pulchra et casta generatio cum caritate. in hac auctoritate castitas caritati coniungitur quia caritas gaude pulchritudie castitatis castitas viget vitali calore caritatis vnde quia quinꝙ virgines habuerũt puritatem sine vitali calore caritas repulse sunt ab introitu nuptiarum sponsi celestis Tercio fuerunt eloquia beati gre. Eloquia fecũda vtilitate Deutrono. xxxi. Concrescat vt pluuia doctrina mea fluat vt ros eloquium meum si crementum considerare volumus quõ pluuia cõcrescit cõsiderare debemus crementum autem pluuie sic ꝑcedit nam vapor aque sursuꝫ eleuatur ratione sue leuitatis et in nubẽ cõdensatus ꝛ vẽto flante resolutus ad inferiora descẽdit et sic vapor aq̃us vt pluuia ꝯcrescit ꝭm modũ istuꝫ doctrina nostra vt pluuia concrescere dicitur. Nos eñi prio elementa siue litteras tãꝙ simpliciora addiscimus postmodũ in sillabas copulam⁹ postmodum sillabas in dictiones dictiones in ꝓpositiones cõnectimur ex quib⁹ ad demonstratiuas cõclusiones ꝑuenim⁹ Ex quibus in nobis habitus sciẽtie generatur ꝛ in nobis generatus ꝑ doctrinam ad alios deriuatur. i. ad Corinthe. 13. Cuꝫ essem paruulus loquebar vt ꝑuulus. sapiebam vt paruulus cogitabam vt paruul⁹ simplicia elemẽta id est lr̃as addiscendo. ꝛ seqtur qñ autem factus sum vir euacuaui que erant paruuli qd intelligitur ꝛ habitum scientie ex simplicioribus literis i me generatum firmiter obseruatum tenẽdo et per salubrem doctrinam quasi ibrẽ in alios vtiliter transfũdendo vnde apostolus quosdam vitupat que cum ipso tẽporis diuturnitate deberẽt esse alioꝝ magistri tanꝙ ideote ꝛ paruuli ꝛ necesse habent in suo a. b. c. d. iterato erudiri. hebre v. Etem cum deberitis magistri esse propter temp⁹ rursus indigetis vt vos doceamini que sunt elementa exordij sermonuꝫ dei ꝭm istum modum doctrina beati gre. sicut pluuia concreuit ꝛ eius eloquium si

cüt ros defluxit. ipse enim sicut phisic⁹ aq̄s
diuine sapientie repletus totam christi ec
clesiā salubriter vrorauit Genesis.27. In
rore celi desuper ⁊ impinguedie terre erit
benedictio tua. ꝓpter qd. Gre. modo iter
benedictos benedicitur q2 ipse in rore ce
li desuper fuit abundanter pre ceteris xpi
confessoribus benedictus Quarto fuerūt
eloquia beati gregorij. suauis interna ⁊ e
terna iocunditate Canticorum.2. Osten
de michi faciem tuam sonet vox tua in au
ribus meis. vox enim tua dulcis et facies
tua decora dominus autem pulchram elo
quentiam ornate predicationis vult esse
decora facie conscientie sui predicatoris.
multum enim deo displicet quando predi
cator in eloquentia nitet et in conscientia
sordet. Non enim vult dominus aquā mū
dam sapientie salutaris trāsire per canale
os immundi predicatoris. Et ideo labia.
Isaie prophete prius mundauit angelus
ab arce missus quoniam ipse ad predicati
onis officium mitteretur. Nam predicato
ri peccatori dicit domin⁹. Quare tu enar
ras iusticias. et assummis testamentum p
os tuum. dicit glosa pollutuz. Sic vult do
minus ꝙ prius sit munda conscientia ꝙ̄
sibi placeat predicatoris eloquentia. vn
de subditur. vox enim tua dulcis et facies
tua decora. Nam qñ in predicatore est de
cor conscientie i diuinis auribus resonat
dulcor delectabilis armonie ꝓpter quē p̄
dicator tanꝙ̄ diuinus cytharedus intro
ducit ad nuptias iocunditatis supne pro
16. Qui dulcis est eloq̄o maiora repiet ⁊ i
telliget maiora ꝙ̄ cogitare possit mēs hu
mana q̄ntūcunq₃ fuerit eleuata. i. ad Cor.
2. Oculus nō vidit nec auris audiuit nec i
cor hominis ascendit que preparauit de⁹
diligentibus se hec sunt bona eterna que
retribuet domin⁹ suis fidelibus ad q̄ nos
ꝑducat dominus qui viuit ⁊ regnat p om
nia secula seculorum Amen.

De sancto gregorio Sermo secūdus.

Vir fidelis multū
laudabitur pro.28. in verbo ꝓ
posito commendatur a duob⁹
beatus Gre. Primo enim commendatur a
qualitate meriti cum dicitur vir fidelis.
Secundo commendatur a quantitate pre
mij cum subditur multuz laudabitur. Sci
endum est ergo ꝙ beatus gre. fuit fidelis
quadrupliciter. Primo enim fuit fidelis
deum fideliter diligendo. Secundo fide
lis viriliter operando. Tercio fuit fide
lis vtiliter dispensando Quarto fuit fide
lis salubriter docēdo. Primo ergo fuit fi
delis beatus gre. firmiter diligendo Sa.
3. Fideles in dilectiōe acquiescēt illi ille
dicitur in dilectione fidelis qui dominum
nec in ꝓsperis nec in aduersis derelinq̄t
sed in omnibus domino cōquiescit Eccle.
6. Amicus si permanserit fixus erit quasi
coequalis particeps effectus bonorū eter
ne retributiōis. talis amicus fuit beatus
gre. Ecclesiastici.6. Amic⁹ fidelis fortis ꝓ
tectio qui inuenit illum inuenit thesaurū
beatus gre. fuit amicus fortis ꝑ veram di
lectionem Cañ.8. Fortis est vt mors dile
ctio. fuit etiam fidelis ꝓtectio per fideliū
eruditionem. informationem et defensio
nem. ⁊ sequitur qui inuenit illum inuenit
thesauꝝ beatus gregorius fuit quasi q̄dā
copiosus thesaurus continens aurum sa
pientie. argentum eloquentie. verbū eru
ditionis quotidiane. quasi denarios vsua
lis monete Pro.25. Sicut frigus niuis in
die messis ita legatus fidelis ei qui misit
cum animam illius requiescere facit. fri
gus niuis in die messis refrigerat meten
tem. sic legatus fidelis letificat metentem
animam. christus requiescere facit pecca
tores conuertendo ad penitentiā. et sic in
eis requiescit. Spiritussanctus christ⁹ per
dilectionē Lu.1. potest dici de beato gre
gorio Conuertet incredulos ad prudenti
am iustorum. et sicut dicit ibidem beatus
gregorius prudentia iustoꝝ id est pro chri
sto temporaliter affligi. et i futuro eterna
liter gloriari. Secundo fuit beatus grego
rius fidelis viriliter operādo. Prouer.xi.
Seminanti iusticiā merces fidelis ꝑ eter
nam retributionem. Justicias enim semi
nare nichil aliud est ꝙ̄ seipsum iniustis
operib⁹ exercere Mathei.13. Exijt qui se
minat seminare semen suum. homo bon⁹
debet ab ocio in actum exire. et seipsuz in
laboribus iustorum operum exercere vt
possit mercedem vite eterne merere. ⁊ ad
Chorintheos.9. Qui parce seminat parce
et metet. ⁊ qui seminat in benedictionib⁹
de benedictōibus ⁊ metet. Nam ꝰm quā
titatem meritorum erit quantitas premi
orum. sic ergo seminanti iusticiam redde
tur merces fidelis abundantis retributio
nis Luce.6. Mensuram bonam conuer
tam ⁊ coagitatam et super affluentem da
bunt in signum nostrum Liberalis eñ do
minus non solum remunerat ꝰm quanti
tatem boni operis. sed ꝰm largitatem re
gie maiestatis. scđm iustum modum iaz re

cepit beatus gregorius mercedē sue ope
rationis Mathei.25. Euge serue bone et
fidelis quia super pauca fuisti fidelis su-
per multa te constituam sicut eni rex quā
do habet fidelem et sapientem prepositū
exaltat illum et facit balliuum vel consi-
liarium suum sic dominus fideles suos qui
fideliter dispensauerunt pauca ab ipso cō
stituuntur super multa. Tercio fuit fide-
lis beatus gregorius. vtiliter dispensan
do. Luce.12. Quis putas fidelis dispensa
tor et prudens quem constituit dominus
supra familiam suam vt det illis in tem-
pore tritici mensuram. In dispensato-
re voluit dominus ista duo coniungere. s.
fidelitatem et prudentiam. Nam fideli-
tas prudentiaz restringit ne in dolosita-
tem degeneret. prudentiam fidelitatez di
rigit vt i via moꝝ discrete ambulet. vnde
fidelitas est prudentie cingulum pruden
tia vero fidelitas est speculum. Prio ergo
dominus commendat in dispensatore suo
fidelitatem. Fidelitas em̄ ē virtus multū
p̄ciosa ⁊ domino graciosa Prou.xx. Mul-
ti misericordes vocantur. viꝝ aūt fidelem
quis inueniet. Res dicitur preciosa non
solum quia cara. sed qꝛ rara. et qꝛ rara est
in terra fidelitas. ideo quando inuenitur
est mirabiliter preciosa. i. ad Cor.4. Hic
iam queritur inter dispensatores vt fide-
lis q̄s inueniatur. Tempore apostoli que
rebatur fidelis dispēsator ⁊ inueniebatur
nostris autem temporibus queruntur et
non inueniuntur. ita em̄ sūt peccatis opti
et obnubilati q̄ nō potest dispēsatoꝝ nro
rum fidelitas inueniri vnde si habeatur re
spectus ad ipsoꝝ operationes non ad status
vel dignitates potius appellādi sūt dispē-
satores. sic ergo in dispensatore suo requi
rit dominus fidelitatem ad distribuendū
et etiam conseruandum. Requirit etiaz in
ipso prudentiam ad dirigendum. Pro.2.
Prudentia suabit te vt eruaris a via ma
la sicut dt Ber. Prudētia nō tā est ꝟtus q̄
auriga ꝟtutū. ⁊ iō nos i via ꝟtutū recta di
rigit ⁊ doceat nos vitare malū passū hanc
prudentiam bene habuit beatus gregorius
Ecclesiastici.21. Ornamentum aureū pru-
dei doctrina. Beatus Gregorius tantam
prudentiam habuit q̄ sacram scripturam
nitidis ⁊ ornatis expositionibus decora-
uit Ecclesiastici.47. Ornauit tempa vsq̄
ad consūmationem vite: Nam q̄duis pre-
sentis vite tempora dura sūt ita diu orna
tus verboꝝ rethorice eloquētie beati gre

gorij in ecclesiā fulgebunt istum fidelem
dispensatorem et prudentem cōstituit do
minus super familiam Beatus enim gre-
gorius constitutus fuit a domino summus
pontifex super totam sanctam ecclesiam.
ps. Ego autem constitutus sum rex ab eo
super montem sanctuz eius p̄di. p̄ce. eius.
Sed rationem huius constitutionis apit
cum dicit vt det illis in tempore tritici mē
suram refectio panis sacre scripture po-
test intelligi hoc triticum beatus grego-
rius ad mensuraz suis auditoribus ⁊ scri
ptis suis et lenonibus ministrauit. quia
doctrinam suam auditorum suorum capa
citatibus coaptauit de hoc frumento vel
tritico. Pro.xi. Qui abscondit frumenta
maledicetur in populis benedictio autem
super caput vendentium hoc est modo de
bito exponentium et pro labore suo vitā
eternam acquirentium. Quarto fuit fide
lis beatus gregorius salubriter docendo
Ecclesiastici.15. Sapiētie dei astabit laus
et in ore fideli abūdabit et dominator da
bit illi eam. sapientie dei multum debet
laudari preciosior enim est sapientia cun
ctis opibus ⁊ omnia que desiderātur ei nō
valent cōparari Pro.3. Ista sapientia in
ore fideli hoc est in corde habitare dicitur
Cor em̄ fidele ast a quo verbum diuine sa
pientie diligēter ⁊ memoriter custoditur
Luce.xi. Beati qui audiūt verbum dei et
custodiunt illud. contra multos quorum
corda sunt sicut vasa confracta et ideo nō
liquoris diuine sapientie retentiua eccle.
21. Cor fatui quasi vas confractum ⁊ om-
nem sapientiam non tenebit. Sed cor be
ati gregorij quasi vas cōfractum nō fuit
cor em̄ suum ligaturis mandatoruz ⁊ con
silioꝝ dei ligauit ⁊ religauit ideo i eo suā
sapientiam tanq̄ in integro vase infudit
⁊ hoc est q̄ hic dicitur ⁊ dn̄ator dabit eaz
illi ipse em̄ est fons sapientie a quo aqua
salutaris doctrine procedit Ecclesiastici.
i. fons sapientie verbuz dei in excelsis ab
hoc fonte riuuli deriuati pcesserunt ⁊ cor
beati gregorij tanq̄ concham et os eius
tanq̄ canalem repleuerunt Ecclesiasti.39
Si dn̄s magnus voluerit spiritu itelligē
tie replebit illum ⁊ ipse tanq̄ imbres mit
tet eloquia sapientie sue. Primo ergo cō-
mēdatur beatus gregorius a qualitate me
riti cum dicitur vir fidelis Secundo com
mendatur a quantitate premij cum subdi
tur multum laudabitur. Sciendum ergo
q̄ quattuor sunt laudanda in beato Gre
gorio Primum est ꝯscientie puritas. Se-

cundum est operationis bone securitas.
Tercium est excellentie sanctitas. Quar
tum est eterne vite iocunditas. Primo er
go laudanda est in beato Gregorio. con-
scientie puritas Ecclesiastici. xxxi. Beatꝰ
diues qui inuentus est sine macula et qui
post aurum non abijt. nec sperauit in the
sauris pecunie. quis est hic ⁊ laudabimus
eum. sic beatus gregorius. ad litteram di
uitijs temporalibus diues fuit ⁊ a deo ab
undauit ꝙ de bonis patrimonialibus se-
ptem abbacias fūdauit. Sed iste diues si
ne macula fuit. quia ipsū rerum tempora
lium cupiditas minime maculauit. Non
est em̄ in culpa rerum temporalium pos-
sessio. Sed illarum inordinata dilectio vn̄
abraham legitur a deo dilectꝰ. ⁊ tamen le
gitur fuisse diuitijs opulentus Gene. xiij.
Erat autem abraham diues i possessione
auri ⁊ argenti. ⁊ sic beatus grego. fuit di-
ues inuentus sine macula ipse etiam post
aurum nō abijt. ille post aurū abire dicit
qui ad aurum inordinato amore afficitur
Sed ille post aurum non abijt cui aurum
non nisi pro reuelanda necessitate aliquid
sapit. Sic antiqui patres post aurum non
abierunt qui pro christo relinquentes Om
nia ipsuz secuti sunt Mathei. 19. Ecce nos
relinquimus omnia et secuti sumus te. qđ
bene fecit gregorius qui pro christi nomi
ne relinquens omnia monachus est effe-
ctus. ipse enim non sperauit i pecunie the
sauris. ille enim in pecunie thesauris spe
rat qui ad possessionem pecunie per im-
moderatam cupiditatem aspirat. vnde be
atus gregorius in pecunie thesauris mi-
nime sperabat Isaie. 26. Anima desidera
bat te in nocte. Sed et spiritu meo in pre-
cordijs meis. de mane vigilabo ad te. vnde
iste qui nō sperauit in pecunie thesauris
a nobis quando eius memoriaz habemus
multū debet laudari Prouerbiorum. x. Me-
moria iusti cum laudibus et nomen impi-
orum putrescet. Secūdum ꝓpter qđ debz
laudari beatus gregorius est operationis
bone securitas. Ecclesiastici. 9. In manu
artificum laudabuntur opera. Opera so
lent laudari ex industria artificis operan
tis per sapientiam sue artis. sicut quando
celum respicimus et ipsum ornatum sole
et luna ⁊ stellis tanq̄ lapidibus preciosis
videmus gloriam actoris commendamus
ps̄. 18. Celi enarrant gloriam dei et opera
manuum eius annunciat firmamentum.
Et sciendum est ꝙ sicut in manu artificum
opera laudantur sic actor ex operibus cō-
mendatur. Prouerbiorum vltimo. Date
illi de fructu manuum suarum. et laudent
eum in portis opera eius. in die iudicij nō
indigebit homo alio precone qui preconē
habebit ex bono opere. Opera enim ope-
rarios sequntur ⁊ ex illis laudātur vel vi
tuperātur. beatus gregorius modo habz
bonorum preconium quia habet bona ope-
ra i testimonium. vnde potest dicere illud
Johannis. x. Opera que ego facio in noie
patris mei testimonium perhibent de me
Terciuz propter qđ laudatur beatus gre
gorius est excellentia sanctitatis vt habe
tur in psalmo. Exaltent eū in ecclesia ple.
et in ca. seniorū laudent eum. Beatus gre
gorius fuit in ecclesia dei exaltatus quia
fuit ad culmen summi pontificatus subli-
matus fuit etiam in ecclesia seniorum lau-
datus. que senectus nō tam consistit in an
norum multitudine q̄ȝ in scientie plenitu
dine ⁊ morum grauitate Sapiētie. 4. Cani
sunt sensus hominis et eius senectutis vi
ta immaculata. Talis senectus tam lau-
dabilis fuit in beato gregorio ⁊ ceteris sā
ctis Ecclesiastici. 44. laudemꝰ viros glo
riosos ⁊ parentes nostros in generatione
sua homines militares libenter audiunt
laudes caroli magni oliueri rolandi ꝙ ip-
sorum laudibus informantur vt ad facta
consimilia excitentur. vnde sicut ipsi libē
ter audiunt gesta militum fortium in bel
lis corporalibus vt ipsos imitētur. sic nos
libenter audire debemus gesta virorum
fortiū in bellis spiritualibus vt ipsos imi
temur. vnde ille miles beatus paulus qui
dicebat arma militie nostre non sunt car-
nalia. Sed potentia deo. 2. ad Chorinteos.
x. Nos hortabatur vt ipsum imitaremur.
2. ad Thessalonicenses. 3. Scitis quemad
modum oportet nos imitari. Quartum
propter quod laudatur beatus Gregoriꝰ
est vite eterne iocunditatis vt habetur in
psalmo. In domino laudabit anima mea
anime electorum in domino laudantur.
quia per ipsum et a periculis liberantur ⁊
vt habetur in psalmo Laqueus contritus
est et nos liberati sumus adiutorium no-
strum in nomine domini. vnde non tantuz
de sua gloria gaudent. sed etiam illuz qui
est gloriosus et laudabilis in secula lau-
dant. vnde de anima sancta Isaie. 35. dici
tur. Florebit quasi lilium germinans ger
minabit et exultabit letabunda ⁊ laudās
studium enim electorum qui merentur in
domo celesti. habitare est dominum in se

culorum seculi laudare. in ista domo celesti
beatus Gregorius ⁊ alij sancti modo ha-
bitant et mutuam laudem dei sese cū om-
ni alacritate inuitant dicentes ad alteru-
trum magnificate dominum mecum. ⁊ ex-
altemus nomen eius in idipsum. ad istaz
laudem magnificam nos perducere digne-
tur. Qui viuit et regnat deus per omnia
secula seculorum. Amen.

De sancto benedicto Sermo primus.

INgredere
benedicte. dn̄i Qui
foris stas preparaui
domum Genesis vice
simo quarto. Tripli-
citer solet homo igre
di ad obediendum.
Primo exhortando propositum Secundo
dehortando oppositum. Tercio promittē
do futurum commodum. Sic inducit nos
dominus ad obediendum Mathei vnde-
cimo. Ubi dicit venite ad me omnes qui
laboratis. et onerati estis. et ego reficiam
vos. Ecce exhortatio propositi. sequitur.
Omnes qui laboratis et honerati estis.
Ecce dehortatio oppositi. et ego reficiam
vos. Ecce promissio futuri commodi. secū
dum hoc ad commendationez beati bene
dicti. In verbo proposito tria notantur.
Primo enim ponitur ꝓpositi exhortatio
cum dicitur Ingredere bene dicte domi-
ni. Secundo ponitur oppositi dehortatio
cuz dicitur qui foris stas. Tercio ponitur
futuri commodi promissio cum dicitur pre
paraui domum. Quantum ad primum sci
endum ꝙ quadruplex est ingressꝰ ad quē
hortatur nos dominus Primo enim debe
mus ingredi ad recordationem passionis
dominice. Secundo debemus ingredi ad
perscrutationem proprie cōscientie. Ter
cio ad cognitionem veritatis interne.
Quarto ad comprehensionem felicitatis
eterne. Primo ergo debemus ingredi ad
recordationem dominice passionis. Isaie
secundo. Ingredere in petram et abscon-
dere in fossam humo. in petram ingredi-
mur per firmitatem fidei. in fossa humo
abscondimur per protectionem dei. Qui
enim firmiter fidem profitētur diuina dex
tra proteguntur. Dicit ergo ingredere in
petram primo ad Chorintheos decimo.
Petra autem erat christus. petram ingre
ditur qui fidem christi firmiter profitetur
hic ingressus signatus est cum noe et filij
eius et vxor eius et vxores filiorum eius
cum eo in archam ⁊c. Per aquas diluuij
tentationes demonum ⁊ fluxus peccatoꝝ
designatur archa est ecclesia in qua illi ꝙ
per firmam fidem ingrediūtur saluātur.
Et signantur hic tria genera hominum ꝙ
in ecclesia liberantur a tentationibus de
monum ⁊ inundationibus peccatorum. s.
maiores qui signantur per filios eius mi
nores qui signantur per vxores. in eccle-
sia enim saluantur tam maiores ꝙ mino
res tam sapientes ꝙ simplices vt habe-
tur in psalmo. Etenim passer inuenit sibi
domum et turtur nidum vbi reponat pul
los suos. per passerem qui est auis calli
da sapientes intelliguntur per turturem
que est auis simplez simpliciores designā
tur ⁊ omnes isti saluantur quando in pe-
tram ecclesie que christus est ingrediun-
tur. Hieremie quadragesimo octauo Esto
te quasi columba nidificās in summo ore
foraminis sic ergo ingredimur in petram
per firmitatem fidei abscondimur in fossa
humi per protectionem dei. fossa humus
est christus in cruce clauis ⁊ lancea defos
sus vt habetur in psalmo per foderūt ma
nus meas et pedes meos. per has fossas
et per has rimas apparent nobis viscera
pietatis que sunt in christo ⁊ per has licz
nobis sugere mel de petra oleūqꝫ de saxo
durissimo abscondere ergo i fossa humo
homo timidus pauidus et infirmus liben
ter se absconderet i loco i quo ab inimco
tutus esset ⁊ sanitatem ab infirmitate re-
ciperet abscondere ergo in christo abscon
dito ⁊ tutꝰ eris ab inimco Isa. 53. Abscō
ditus ast vultus eius abscondere etiā in
eius vulneribus ⁊ sanaberis a tuis īfirmi
tatibus Isaie quinquagesimotercio vul
neratus est ꝓpter iniquitates nostras at
tritus est propter scelera nostra disciplia
pacis nostre super eum et liuore eius sa-
nati sumus Fm hoc beatus benedictus in
gressus est i petram et in fossa humi se ab
scondit quando propter christum consor-
tia hominum fugiens in desertum locum
secessit et ibi diuinas allocutiones et con
solationes interna aspiratione audiuit.
Osee secundo. Ducam eam in solitudinē
⁊ loquar ad cor eius. homines sapientes
non proclamant consilia sua in foro. sed
in secreto dicunt ea ⁊ in abscondito sic do
minus animan fugientem tumultus ho-
minum consolatur ⁊ ei eterna bona inspi
ratione interna reuelantur. Secundo de
bemus ingredi ad perscrutationez ꝓprie
conscientie ps. 37. Tota die contristatꝰ i

gredicbar. tristicia penitētie que ſm deū
est habet annexum dolorē. sed patienter
debet sustineri quia operatur salutem ho
mo enim sustinet ignem et ferreū vt cure
tur a vulneribus bibit etiam potiones a-
maras vt sanetur a febribus sic nos liben
ter debemus sustinere tristiciam peniten
tie. vt a peccatis sanemur. ⁊. ad Corinthe.
7. Que scdm deū est tristicia penitentiaꝫ
in salutem stabilem operatur sicut futura
vita comprehensoribus est vita leticie sic
presens vita viatoribꝰ debet esse vita tri
sticie. Sed miseri peccatores ꝑuertūt tem
pora quia tempore tristicie letātur. ⁊ ideo
tempore leticie beatorum tristabūtur: sed
electis qui modo lugent eterna leticia re-
seruatur Johānis. 16. Plorabitis ⁊ flebi-
tis vos: mundus autem gaudebit vos au
tem contristabimini sed tristicia vestra cō
uertetur iu gaudium. quia ergo in presen
ti vita etsi non sit culpa continua. tamē cō
tinua est miseria. continua debet esse tri-
stitia hieremie. 9. Quis dabit capiti meo
aquā. ⁊ oculis meis fontem lachrimarum
Natura fōtis est qđ aqua interior exteri-
orem expellit. Ea autem que aliam expel
lebat implenti cedit ⁊ sic cōtinuus fluxus
a fonte nunꝙ̄ recedit. sic dolor cordis la-
chrimas exteriꝰ exire compellit culpa aūt
que est materia doloris, ad dolendum im-
pellit. ⁊ sic in hac vita continuam nostram
miseriam nichil ex toto repellit. Propter
hoc beatus benedictus istam continuam
miseriam considerans solitarium locum
fletibus amicum quesiuit vt habetur i ps
Ecce elongaui fugiens ⁊ mansi in solitu-
dine. Ipse enim quesiuit non ciuitates et
castella loca diuitiarum Sed deserta que
sunt loca penitentie siue lachrimarū eius
id est plorās plorabit in nocte ⁊ lachrime
eius in maxillis eius Tercio debemus in
gredi ad cognitionem veritatis interne.
Prouerbiorum vicesimo tercio. Ingredi
atur ad doctrinam cor tuum. et aures tue
ad verba scientie. homo libenter ad locū
thesauri intraret si certus esset ꝙ dominꝰ
thesauri tm̄ ei de thesauro daret quantū
secum deferre posset doctrina vel sapien-
tia est anime thesaurus. ⁊ tantus ꝙ in sa-
cra scriptura dicitur infinitus Sapientie
septimo. Sapientia infinitus thesaurꝰ est
hominibus christus autē huius thesauri
est dominus qui paratus est de thesauro
isto tantum vobis dare quantum poteritꝫ
capere ⁊ vobiscum deferre Isaie quadra-
gesimo quito. Dabo tibi thesauros abscō
ditos ⁊ archana secretorum. vt scias quia
ego dominus. sed multi sunt sicut ribaldi
siue goliardi qui pecuniā corporalem cō-
tempnunt et ipsam cum omni facilitate in
suis voluptatibus ⁊ dissolutionibus expē
dunt. sic multi plus diligunt vanitatē ocij
ꝙ̄ sedulitatem studij vel cognitionem sa-
pientie dei que est thesaurus incōparabi
lis. vnde tales homines non sunt alicuiꝰ
momenti quia inueniuntur vacui ⁊ vani
Sapientie tredecimo. Uani sunt omnes
homines in quibus non subest sciētia di.
propter qđ dicit ingrediat̄ ad doctrinam
cor tuum. sequitur ⁊ aures tue ad verba
scientie. auris enim est sicut choncha que
aquam sapientie salutaris et ipsā vsꝙ ad
intelligentiā transmittit. intelligētia aūt
vsꝙ ad canalem oris trāsfundit. que des-
cendēs ad animas sanctas tanꝙ̄ ad are-
olas ibi germinat et fructū facit Ecclesia
stici quinto. Esto mansuetus ad audien-
dum verbum dei vt intelligas ⁊ cum sapi
entia ꝓferas responsum verū. homo enim
debet aures suas ad verba sapiētie incli
nare vt inde possit aquam salutarem hau
rire quam postmodum alijs possit refun-
dere Job vicesimo nouo. Auris audiens
beatificabat me ⁊ oculus videns testimo
nium reddebat michi. Tales vult esse do
minus suos predicatores vt primo tene-
ant locum discipuli siue auditoris. ⁊ post
modum locum magistri siue testatoris. vt
sic fidele testimonium perhibeant christo
de visis et auditis talis testis fuit beatꝰ
benedictus. etsi em̄ ipe nō fuit armatꝰ so
phismatibus artistaꝝ. si nō fuit ornatꝰ co
loribus rethorum etsi non fuit circuncin
ctus circumuentionibus legistaꝝ habuit
tn̄ cognitionem ⁊ scientiam deuitationis
peccatorum et informationis morum que
est scientia sanctorum Sapientie decimo
Justum deduxit dominus ꝑ vias rectas
et ostendit illi regnum dei Et dedit illi sci
entiam sanctorum. Quarto debemus in
gredi ad cōprehensionem felicitatis eter
ne ad hebreos quarto. Festinemꝰ ingre-
di in illaꝫ requiē debemus festinare quō
possumus in eternam requiem introire ⁊
hoc quia breuis vita distātia longa retra
hentia multa. obstacula infinita. Prouer.
sexto. Discurre festina ⁊ hoc quia requies
illa est requies bona. requies opulenta re
quies eterna. Primo ergo est requies bo
na Genesis quadragesimo nono. vidit re
quiem que esset bona et terram que esset
optima ⁊ supposuit humerum ad portan-

dum illa requies bona non dicitur que in euẽtum malum terminatur. sicut requies illius qui dicebat Luce duodecimo. Anima mea multa bona habes reposita in annos plurimos. & sequitur. requiesce. sȝ audi euentus hui⁹ requiei. Nam dixit stulte repetent animam tuam. requirent tãq̃ proprium debitum. quia ipsam obligasti demonibus per peccatũ. Secundo est ista requies opulenta Ysaie tricesimosecundo Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. & in tabernaculis fiducie & i requie opulenta. Requies que est in hac vita nõ potest dici opulenta quia curis amiscetur laboribus interrumpitur. in doloribus finitur. Tercio ista requies est eterna vt habetur in psalmo centesimo quinquagesimosecundo. Hec requies mea in seculum seculi hic habitabo quoniam elegi eã propter hoc ad Hebreos quarto dicitur. Ingrediemur in requiem qui credimus. Fides enim est hostiarius per queȝ sancti ꝓmissam requiem consequuntur ad Hebre. vndecimo capitulo. Sancti per fidem vicerunt regna. operati sunt iusticiam adepti sunt repromissiones. valde stult⁹ esset qui palatium regis intrare vellet si cert⁹ esset ꝙ regi nõ placeret. sic stulti sunt qui sine fide putant in regnum intrare. quia sine ipsa deo non possunt placere. quia ꝗ beatus benedictus fidelis seru⁹ domini fuit. ideo in regnuȝ ipsius hodie intrauit Mathei vicesimo quinto. Sup pauca fuisti fidelis. supra multa te cõstituam. intra in gaudium domini tui. sic ergo inuitauit dominus beatum benedictum hortando ad propositum cum dicitur. Ingredere benedicte domini. Secundo inuitauit ipsuȝ dehortãdo oppositum. cum dicitur qui foris stas. Sciendum est ergo ꝙ sunt quattuor genera hominũ qui foris stant. Quidam em̃ foris stant propter feditatem luxurie. Quidam propter tenacitatem auaritie. Quidam propter imperfectionem infirmitatis relicte. quidam propter infirmitatem corruptionis innate. Quidaȝ ergo foris stãt propter feditatem luxurie. Trenorum secundo. Iacuerunt in terra foris puer & senex. illi foris in terra iacere dicũtur qui ꝯtẽptis eternis terrenis & carnalib⁹ voluptatib⁹ incuruant̃ Apocalipsis vltimo. Foris canes & venefici et impudici. bene foris stare dicitur impudicitia. quia nichil inquinatum recipit illa claritas sine mundicia. Et sciendum ꝙ simul coniũgit puerum et senem quod non intelligit propter paucitatem vel multitudinem annorum. sed magis propter leuitatem et inueterationem peccatorum Unde in sacra scriptura quãdoq̃ reperitur puer centum annorum. Ysaie sexagesimo quinto capi. Puer centum annorum morietur. et peccator centum annorum maledictus erit. Et sciendum ꝙ aliqui senes qui longo tẽpore vixerunt. & in fine vite sue labuntur ĩ professione reperiuntur nouitũ. Quidam autem iuuenes in peccatis obstinati ĩ sua malicia inueniuntur professi. Unde laborandum est vt nouitũ a sua peruersa religione in qua non possũt saluari recedãt. et professi in malicia ad aliam religioneȝ scȝ salutaris penitẽtie se transferant. Secundo stant aliqui foris propter tenacitatem auaricie Amos quinto capitulo. In omnibus plateis erit planctus. et in cunctis que sunt foris dicetur. ve. ve. Hic tanguntur duo genera hominum. scilicet voluptuosorum qui designãtur nomine platearum. & auarorum qui designantur nomine eorum qui foris sunt. primi voluptuosi scilicet sunt in lubrico positi. Uoluptuosi eni de facili labuntur in peccatis Trenorum quarto capitulo. Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum. Unde homines non debent post suas concupiscentias currere si non velit quasi super glaciem in precipitium corruere Ecclesiastici decimo octauo. Post concupiscentias tuas non eas et a voluntate tua auertere. si prestes anime tue concupiscentias eius. faciet te in gaudium inimicis tuis. de inimicis infernalib⁹ loquitur qui de nostra miseria letãtur. Sed de nostra gloria contristantur. vnde voluptuosis ꝼm quãtitatem deliciarum redditur quantitas penarum Apocalipsis decimo octauo. Quantum glorificauit se in delitũs fuit tantum date illi tormentum & luctum. propter quod dicitur in omnib⁹ plateis erit planctus in quo designatur stat⁹ voluptuosorum. Sequitur. & in cunctis q̃ foris sunt dicetur. ve. ve. Hec signat̃ status auarorũ & pice. vel bitumie auaricie ligatorum auaritia enim sic cor auari constringit ꝙ manum suam retrahit. & ipsam ad opus misericordie nõ extendit. Et iste foris esse dicitur quia nec seipsũ nec proximum. Sed forinseca temporalia que a corde deberent esse aliena intuetur. isti dicetur ve. Quia non habet dulcedinem pietatis vel misericordie Iohannis decimo capitulo. Si impi⁹ fuero ve michi est. Nõ

lausbo caput saturatus afflictione ⁊ mise
ria homines confusi non audent caput sur
sum leuare. In die autem iudicij homines
immisericordes confundentur. quia i ignē
eternum qui paratus est dyabolo et an-
gelis eius a domino mittentur. Mathei.
vicesimo quinto. Et ibi afflectione ⁊ mise
ria saturabuntur. afflictione in acerbitate
pene iehenne. miseria in carentia visiōis
diuine. sed econtrario homines misericor
des fiducialiter capita leuabunt ⁊ tam in
anima ꝙ in corpore feliciter exultabunt.
i. ad Thimoteum quarto. Pietas ad om-
nia vtilis est promissionē habens vite q̄
nunc est et future. Tercio stant aliqui fo-
ris propter imperfectionem infirmitatis
relicte. Marci vndecimo capitulo. Inue-
nerunt pullum ligatum ante ianuam fo-
ris in biuio. per pullum possumus intelli
gere liberum arbitrium quod sic creatum
fuit liberum qd̓ cum omni facilitate possꝫ
operari bonum. Sed cum primus homo
per inobedientiam peccauit eius liberū
arbitrium ligatum fuit. Nec cum illa faci
litate qua prius bonum operabatur ope
rari potuit et in nos vincula tam peccati
ꝙ mortis transfudit ad Romanos quin-
to capitulo. Per vnum hominem peccatū
in mundum intrauit. et per peccatū mors
ita in omnes homines mors pertransiit i
quo omnes peccauerunt. istis autem vin-
culis constringimur Prouerbiorum quin
to capitulo. Iniquitates sue capiunt impi
um et funibus peccatorum suorum con-
stringitur. nos enim peccatis originalibꝰ
que a primis parentibus contraximꝰ pec
cata actualia superaddimus. Et ideo vin-
cula vinculis cumulamus. Sed christꝰ ve
nit ista vicula. dirumpere vincula em̄ pec
catorum dissoluit per gratiam. vincula ve
ro mortis dissoluit in gloria quādo in vi-
ctoria absorbebit mortem prima ad Cho
rintheos quidecimo capitulo Absorta est
mors in victoria. vnde dominus tūc istuꝫ
pullum id est liberum arbitrium solui vo
luit a vinculis peccati quando beato pe-
tro ⁊ sacerdotibus eius. ⁊ sacerdotibꝰ suc
cessoribus claues ligandi ⁊ soluendi con
tulit Mathei decimo sexto capitulo. Tibi
dabo claues regni celorum. et quodcunq̄
ligaueris super terram erit ⁊ in celis liga
tum. et quodcunq̄ solueris super terram
erit solutum et in celis. Et sciendum est ꝙ
iste pullus dicitur in biuio esse cōstitutus
quia liberum arbitrium. quantumcunq̄
fuerit peccatis ligatum adiutorio diuine
gratie potest eligere non solum malum. sꝫ
etiam bonum Ecclesiastici quindecimo ca
pitulo. Ante hominem vita et mors bonū
et maluꝫ quod placuerit ei dabitur illi. sic
ergo vt diximus vinculum infirmitatis et
peccati et mortis relinquitur in nobis a
parentibus primis. et ideo quantū ad hoc
adhuc stamus foris ratione infirmitatis
relicte. Quarto aliqui stant foris propter
infirmitatem corruptionis innate secūda
ad Chorintheos quarto capitulo licꝫ is q̄
deforis est noster homo corrumpitur ta-
men hic qui intus est renouatur de die in
diem. noster homo exterior. qui est homo
carnis de die in diem corrumpitur. et sua
corruptione ad defectum prolabitur. ipsa
etiam corruptione homo interior aggra
uatur Sapientie nono capitulo. Corpus
quod corrumpitur aggrauat animam. et
terrena inhabitatio deprimit sensum mul
ta cogitantem sed de corruptione exterio
ri.: qui est homo carnis non multum cu-
rare debemus. quia ꝓm decursum ipsiꝰ ꝑ
viam vniuerse carnis ambulamus nec est
in nostra potestate vt eius vetustatem re-
nouemus. Cogitemus ergo quomodo pos
simus ꝓm interiorem hominēꝫ qui est ho
mo cordis ambulare. quia si antiquatus
est in peccatis possumus eum per peniten
tiam renouare ad Ephesеos quarto capi
tulo. Renouamini spiritu mentis vestre.
et induite nouum hominem. qui ꝓm deuꝫ
creatus est in iusticia et sanctitate verita
tis. Christꝰ venit nos ad celestes nuptias
vocare. ⁊ ideo vult nouas vestes ⁊ nuptia
les habere vult etiam vt veteres depona
mus ⁊ a nobis velociter proiciamus ad
Ephesеos quarto capitulo. Deponite vos
ꝓm pristinam conuersationem veterē ho-
minem qui corrumpitur ꝓm desideria er-
roris propter ista quattuor genera homi
num dicitur hic cur foris stas. Sed beatꝰ
benedictus nequaꝙ de genere et conuer
satione istorum fuit nec in via peccatoruꝫ
stetit. imo sibi egredīeti ⁊ ingredienti do
minus benedixit Deutronomij vicesimo
octauo. Bn̄dictus eris ingrediens ⁊ egre
diens. beatus benedictꝰ re ⁊ nomine fuit
benedictus. Ipse enim fuit benedictus in
grediens claustrum. fuit etiam benedictꝰ
egrediens ad regna celoꝝ Iohānis. x. ca
pitulo. Ingredietur ⁊ egredietur ⁊ pascua
inueniet. ⁊ beatus benedictꝰ est ingressꝰ
regulam institutionis monastice. Egressꝰ
est hodie per separationem anime a cor-
pore suo. ⁊ inuenit pascua refectōnis eter

stulti. et ecce totum repleuerūt vrtice ope
ruerūt superficiem eius spine. iste vrtice
debent euelli sarculo seuere detestatiōis
Jere. i. Ecce constitui te hodie super gen
tes ⁊ regna vt euellas ⁊ destruas ⁊ disper
das ⁊ dissipes. iste spinee debent prescin
di securi cōtinue memorie mortis. hec est
securis de qua Mathei. 3. capitulo. Jā se
curis ad radicē arboris posita est nos su
mus arbor. securis est mors. qua cōtinuo
scindimur ⁊ si nō sentimus sicut enim vn-
gues ⁊ capilli impceptibiliter crescūt. ⁊ si
cut flumina ad locum vnde exeūt currunt
sic homines q̄uis homines non percipi-
ant a die natiuitatis sue ad mortem con-
tinue tendunt. ⁊ cum incipiunt esse statim
esse desinunt. Sapientie. 5. Et nos nati cō
tinuo desinimꝰ esse. Iste etiā vrtice ⁊ spi-
ne debent de agro cordis vehiculo con-
fessionis deportari sicut eñ vehiculo eiici
untur sordes de stabulo sic cōfessione de
bēt eiici peccata de corde sordido ps. Ex
ercitabar ⁊ scopebam spiritū meū. Exerci
tari debet homo scrutinio meditationis
sollicite et sic scoba debet mundare domū
conscientie. Secundo cōsistit nouitas no-
stra in informatione bonorum morum ad
Epheseos 4. capitulo Deponite vos scdȝ
pristinam conuersationem hominem ve-
terem qui corrumpitur ſm desideria erro
ris. ⁊ induite nouum hominem qui ſm de
um creatus est in iusticia et veritate san-
ctitatis quilibet homo vniuersaliter refu
git corruptionē ⁊ appetit in corruptionē
Nos ergo veterem hominem qui corrum
pitur deponamus et nouum hominē qui
scdm deum creatus est induamꝰ Gabani
te qui vestimentis voluerūt filios israhel
decipere a iosue seruo domini positi sunt
sub maledictione Josue. ix. capitulo. Jlle
etiam qui non habuit vestem nuptialem
ad nuptias nō intrauit iubēte rege ligatȝ
manibus ⁊ pedibus in tenebras exterio
res est missus Mathei. 23. Nos ergo si cō
petenter velimus solēnitatem pasche do
mini celebrare debemus de domibus cor
dium nostrorum vetus fermentum id est
vetus peccatum extirpādo purgare i. ad
Chorinteos. 5. Expurgate vetus fermētū
vt sitis noua comspersio sicut estis azimi.
Non eñ vinum iocunditatis et solēnita-
tis paschalis mittendum est in vtres vete
res cordis inueterati peccatis Lu. 5. ca.
Nā nobis probabiliter timere debet eñ
ne illud Danielis iz. nobis dicetur in ve-
terate dierum malorum. Nunc venerunt
peccata tua que operabaris. prius i die iu
dicū peccata venient ad damnationē que
peccatores in hac vita faciunt ad suam et
aliorum submersionem. Nos ergo vetu-
statem hominis exterioris fugiamus ⁊ no
uitatem interioris appetamus sicut facie
bat apostolus. z. ad Chorinteos. 4. capi.
Licet is qui deforis est noster homo cor-
rumpatur tamen is qui intus est renoua-
tur de die in diem Tercio cōsistit nouitas
nostra in obseruatione mandatoꝝ Johis
13. Mandatum nouum do vobis vt diliga
tis inuicem sicut dilexi vos. Mandatum
charitatis ex quo pēdet lex ⁊ pphete ap-
pellatur a christo mandatum nouum. non
quia fuerit ab ipso de nouo datū. fuit eñ
in veteri lege dictum ita. Deutronomū. 6
Dilige dominum deum tuum ex toto cor-
de tuo. ⁊ ex tota anima tua. ⁊ ex tota for-
titudine tua. sed ideo dicitur nouuȝ. quia
est innouatiuum. sicut enim in venerabili
tempore terre nascentia renouantur ex ca
lore solis. sic in isto paschali tempore qd
est tempus vernale debēt in terra cordis
humani reuiuescere mortua. reuiuescere
arida. recalescere frigida feruore caritatȝ
Propter quod dicit apostolus ad Ephese.
3. In charitate radicati ⁊ fundati. Nam si
cut dicit Gregorius. Nichil habet viroris
ramus boni operis nisi de radice prodeat
caritatis. Arbor enim precisa est anima q̄
non est in calore ⁊ humore caritatis radi-
cata Quarto cōsistit nouitas nostra in imi
tatione sanctoꝝ ⁊ perceptione eternorum
gaudiorum ad Hebreos. x. Habentes fi-
duciā in introitu sanctoꝝ i sanguine chri
sti qui inicíauit nobis viam nouam. Nos
in introitu sanctoꝝ fiduciam habere debe
mus. quia si ipsi in requiem domini intro
ierunt. et nos introibimꝰ si ipsoꝝ vestigia
sequamur. et eorum signo signati inuenia
mur. Nam sicut pastor oues quas signo
proprio signatas inuenit recipit i suo sta
bulo. sic christus animas quas signo suo
signatas inueniet in celesti stabulo recipi
et Apocali. 7. Nolite nocere terre ⁊ mari
neq̄ arboribus quoadusq̄ signemus ser
uos dei nostri in frontibus eoꝝ. per istud
signum nichil aliud intelligimus q̄ signū
fidei quo per dilectionem operatur Quis
beatus paulus apostolꝰ isto signatus erat

Ideo fideles ad imitationē sui et introitū
regni pvocabat.i.ad Cho.xi. Dicēs imi-
tatores estote mei sicut et ego christi qua
si diceret.si ego introire confido ad pabu
lum celestis pallatij.quia signatus sum si
gnaculo fidei.⁊ vos introibitis si inuenia
mini eodem signaculo signati. qđ signacu
lum vt hic dicitur est in sanguine christi id
est in fide sue passionis . christus eim per
propriū sanguinē ibi itroiuit semel in san
cta.⁊ sicut p propriū sanguinē ibi itroiuit
ita et nos vt itroire possem⁹ pprio sāgui-
ne voluit lauari Apocalip.i. Dilexit nos
et lauit nos a peccatis nostris in sāguine
suo.hoc est ex fide sanguinis ex cuius vir
tute efficatiā habet sacramentū baptismi
ad renouationē generis humani ad Thi-
tum.3. Per lauachrū regeneratiōis et re-
nouationis spūs sancti quē effundit i nos
abunde per effusionem istius sanguinis
ad redēptionem humani generis post re-
surrectionem christus initiauit nobis vi-
am nouam:quando in die ascensionis ostē
dit fidelibus viam . et aperuit regni cele
stis ianuam Micheas.2.Ascendet pādēs
iter ante eos diuites trāsibūt portam et
egredietur per eam ⁊ transibit rex corā
eis et dominusin capite eorum dominus
voluit ante nos ascendere quia precessit
volens nobis locum parare Johā.14.ca
pitulo.Uado parare vobis locū.et si abie
ro et preparauero vobis locum it erumve
niā et accipiam vos ad me ipsum vt vbi sū
ego vos sitis.vt dicitur ad Colocenses.3.
Christus est sedens in dextera dei patris
vbi nos dicit futuros esse quando hedos
statuet a sinistris agnos autem hoc est ele
ctos a dextris. ad cuius dexteram nos p-
ducere dignetur.

¶ De sancto Marco Sermo primus.

Marcum assume.

2.ad Thimotheum 4.capitu-
lo In verbo proposito notatur
Beati Marci vocatio:et notantur duo in
verbo isto. Primo enim notatur dignitas
vocantis cum dicitur. Assume. Secundo
notatur idoneitas venientis vel obedien
tis cum dicitur marcum. Quantum ergo
ad primū sciendum q beatus Marcus a
Christo fuit assumptus ad obseruationez
mandatorum. Secūdo fuit assumptus ad
cognitionem secretorum. Tercio ad cele-
brationē diuinorum. Quarto ad pceptio
nem premiorum. Primo ergo fuit assum-
ptus beatus marcus ad obseruationē mā
datorum Ecclesiastici. 28. Propter man-
datum assume pauperē. dominus propter
obseruationem mandatorum voluit as-
sumere congregationem apostolorum et
discipulorum . mandata enim diuina so-
lent diuites de facili preterire Jeremie.5
capitulo Magnificati sunt et ditati sunt.
incrassati sunt et impinguati et preterie-
runt sermones meos pessime. Sed man-
data que diuites de facili preterierūt pau
peres cum diligentia maiori custodiunt.
Sicut ego video q equus impinguatus ⁊
occiosus solet recalcitrare. equus autem
laboriosus solet pacifice ambulare Jaco.
2. capitulo. Pauperes elegit dominus in
hoc mundo diuites in fide regni quod re-
promisit deus diligentib⁹ se.propter hoc
ad istam obseruantiam mandatorum dicit
sapiens hominem esse factum et ordina-
tum. Ecclesiastes vltimo capitulo.time de
um et mandata eius obserua hoc est om-
nis homo nichil est sine hoc. Sicut seru⁹
a domino suo non reputatur alicuius mo
mēti.si eius precepta nō custodit. Ad hāc
obseruationem mandatorum fuit assum-
ptus beatus Marcus.et de huius obse-
uatione fuit solicitus quare bene poterit
dicere illud Luce.15.capitulo. Mandatuz
tuum nunq̄ preterivi. et hoc non ad insi-
pientiam sui ipse enim obseruantia man-
datorum sibi fecit viam ad regnum celoꝝ
Mathei.19.capitulo. Si vis ad vitam in
gredi serua mandata. Secundo fuit assū
ptus beatus Marcus ad cognitionem se
cretorum. Ezchiel.iij.capitulo. Assumpsit
me spiritus.et audiui post me vocem com
motionis magne. Spiritus sanctus istum
glorisum euangelistam assumpsit et ipsuz
super se leuauit et ei secreta euangelista
reuelauit. Jsa.lxi. Spiritus domini super
me eo q vnxerit me.ad audiendum man-
suetis misit me. iste beatus marcus spiri
tu docente euangelium non solum annun
ciauit vel predicauit sed etiam conscripsit
vnde reputatur vnus de quattuor euan-
gelistis propter quod bene dicit. Assum-
psit spiritus me. Sequitur. et audiui post
me vocem commotionis magne. Jsta vox
magne commotionis potest dici illa com-
motio que facta est tēpore dominice pas-
sionis et resurrectionis. sicut enim dicitur
Mat.27. terra mota est ⁊ petre scisse sūt
et monumēta apta sunt et multa corpora
scōꝝ q̄ dormierāt resurrexerūt. ⁊ exeūtes

de monumentis post resurrectionem eius
venerunt in sanctaȝ ciuitatem ⁊ apparue
runt multis ſm serieȝ huius littere tã ter
ra ꝙ petre ꝙ monumenta videbantur do
mino patienti compati. corpora sanctorũ
videbantur resurgẽte domino congratu-
lari bene ergo dicebant magnificentie re
gie maiestatis vt in solennitate sue resur
rectionis haberet milites sibi similes in
vestibus gloriosis Tercio assumpt⁹ est be
atus Marcus ad celebrationem diuino-
rum Isaie vltimo capitulo. Assumam ex
eis in sacerdotes ⁊ leuitas bene dicit. As
sumam. nullus em̃ debet se assumere ad
sacerdotium vel dignitatem ecclesiasticã
ingerere. Sed domino vocante vel per su
periorem vel electionem canonicam hũi-
liter obire ad hebreos. 5. capitulo. Nec
quisꝙ sumit sibi honorem nisi qui voca-
tur a deo tanꝙ aaron. hoc est contra illos
qui dignitates ecclesiasticas ipudẽti frõ-
te ambiunt. ⁊ per litigia in ipsas introire
contẽdunt. cum sanctitas dignitatis eccle-
siastice deberet ambigẽtes fugere ⁊ fugi
entes ambire propter quod dicit domin⁹
Assumam ex eis sacerdotes et leuitas. sic
fuit assumptus beatus Marcus euange-
lista dei electus et petri i baptismate fili⁹
atꝙ in diuino sermone discipul⁹ sacerdo-
tium in israel agens ſcdm̃ carnem leuita.
ad fidem christi conuersus euangelium i
ytalia scripsit. Ipsum ergo christus tã sa-
cerdotem ꝙ leuitam ex veteri lege assum
psit. post conuersionẽ vero ipsius est effe-
ctus sacerdos noue legis ⁊ ꝓmot⁹ est ad
titulum pontificalis dignitatis ipse enim
vt in ipso prologo dicitur alexandrie erat
episcopus ⁊ ideo sicut dictum est prius as
sumptus fuit ad consecrationem diuinoꝝ.
Non solum corporis et sanguinis domi-
nici. sed etiam ecclesiarum clericorum et
monialium que non sunt communium sa-
cerdotum. sed solum episcoporum Quar-
to fuit assumptus beatus marcus ad per
ceptionem eternorum premiorum ad Ro-
. 4. capitulo. Deus em̃ illum assumpsit de
inquietudine ad quietem. de morte ad vi
tam ad Romanos. xi. Que assumptio ni-
si vita ex mortuis. Dominus beato mar-
co pro morte temporali quaȝ pro christo
sustinuit vitam eternã rependit vt posset
dicere cũ ceteris sanctis. domini est assum
ptio nostra ⁊ sanctitas israel est regis no
stri. Sic ergo primo notatur dignitas re
uocantis cũ dicitur assume. Secundo no-
tatur idoneitas venientis ⁊ obediẽtis cũ

dicitur marcum. Sciendum est ergo ꝙ
marcus quattuor habet interpretationes
Primo enim interpretatur amarus. Se-
cundo delicatus. Tercio sublimis mãda
to. Quarto interpretatur certus. Beatus
ergo Marcus primo fuit amarus austeri
tate penitentie. Secundo fuit delicatus
serenitate cõscientie. tercio fuit sublimis
mandato per intelligentiam mandatoruȝ
Quarto fuit certus per firmam expectati
onem futurorum. Primo enim fuit bea-
tus marcus amarus austeritate peniten-
tie Ezechielis. 3. capitulo. Abij amarus i
indignatione spiritus mei manus em̃ do
mini erat mecum ꝯfortans me. sancti viri
tam contra mundum ꝙ contra ea que in
mundo sunt indignantur. et ista indigna-
tio eis ad contemptum mundatorũ auxili
atur Isaie. 63. Indignatio mea ipsa auxi
liata est michi istam indignationem fre-
quenter amaritudo penitentie cõcomita-
tur. illa em̃ amara sunt sanctis que pecca
toribus dulcia videntur peccatores em̃ in
delitijs suis solum sup̃ficialem delectatio
nem considerant. sed viri sancti delectati-
onem intrinsicam id est euentum ĩfernalẽ
pensant Prouerbiorũ. 23. de carnali dele-
ctatione dicitur Ingreditur blande ⁊ no
uissimo mordebit vt coluber. ⁊ sicut regu
lus venena difundet si peccator attenda
delectationis blandimentum diligentius
debet attẽdere eterne dãpnatiõis sequẽs
nocumentum. magis est eligenda amaritu
do ꝙ subseq̃r eterna delectatio. ꝙ delecta
tio subseq̃tur eterna dãnatio Ruth. i. Uo
cate me mara id est amaram. quia ama-
ritudine me valde repleuit omnipotens.
amaritudo penitentie. est vnum de fercu
lis militantis ecclesie quã subsequitur re
fectio eterne iocunditatis. Math. 3. peni
tentiam agite appropinquabit em̃ regnũ
celorũ propter hoc homo expertus in spiri
tualibus delitijs debet carnales delitias
detestari prouerbiorum. 27. Anima sa-
turata calcabit fauum. anima autem esu-
riens et amarum pro dulci sumet. anima
saturata spiritualibus et interi⁹ calcabit
fauum delectationis carnalis. anima ve-
ro esuriens refectionem iusticie amarum
austere penitentie sumet pro dulci id est p
assequẽda dulcedine celestis patrie ps ꝙ
magna multitudo dulcedinis tue domine
quam abscondisti timentibus te ideo dice
bat ꝓpheta abij amarus in indignatione
spiritus mei et sequitur. manus enim domi
ni erat mecum confortans me nisi eniȝ do-

minꝰ senctos in auctoritate penitentie cō
fortaret rarus aut nullus vsq; ad finalem
perseuerantiam penitentiā substineret ꝓ
pter quod. Danielis. x. dicitur. tetigit me
q̄si visio hominis. in sāctas in penitentia
confortantis est memoria dominice passi-
onis cuius exemplo sancti homines debēt
ad agenda fortia ⁊ sustinēda fortia arma
ri. i. petri. 4. Christo ergo in carne passo
⁊ vos eadem cogitatione armamini. Naz
arma sua debet sumere miles quando ip-
sum precedit armatus princeps. propter
qd̄ philipenſ. 4. dicebat apostolus. om-
omnia possuz in eo qui me cōfortat. Secū
do marcus interpretatur delicatus. Bea-
tus autem marcus delicatus fuit purita-
te ⁊ serenitate consciētie Jere. 6. Specio
se ⁊ delicate assimilaui filiam syon. syon
specula interpretatur ꝑ quam anima san
cta signatur que in hac vita i enigmate ⁊
non facie ad faciem speculatur ista specio
se ⁊ delicate assimilatur sponse ꝓpter or
namentum virtutum. delicate propter se
renitatem conscientie et quedam pregus
tatione eternoꝝ bonorum. propter orna-
mentum virtutum dicitur sācte anime spe
ciosa facta es: ꝓpter secundum hoc est se
renitatem ꝯscientie ⁊ pregustationez eter
norum bonoꝝ dictum est et suauis in deli
tijs tuis. Sed sciendum ꝙ non solum sūt
delitie spūales sed carnales et aiales. iste
generant dissolutōnem. Jere. 31. Usq; quo
delitijs dissolueris filia vaga iste etiā deli
tie parant eternam damnatōem Apo. 18.
Quantum glorificauit se ⁊ in delitijs fuit
tantum date illi tormentum tormentuz et
luctum anima misera in isto simbulo ni-
mis expendit. quia ꝓ modicis delitijs sibi
in taberna dyaboli ministratis in tormen
tis eternum supplicium ꝑsoluit si ergo re
cte sapimus totis studijs nos ad omnipo
tentem conuertamus vt veris delitijs af
fluamus Job. xxij. Super omnipotentem
delitijs afflues delitijs remissionis culpe
collatōis gr̄e. serenitatꝫ ꝯscie. ⁊ q̄dā ꝑgus
tatione superne glorie. 2. ad Chor. i. capi-
tulo Gloria nostra hec est testimonium cō
scientie nostre beatus Marcꝰ fuit christi
discipulus i istis spiritualibꝰ delitijs eru
ditus. ⁊ in ipso non solum fuit delicatus
sed etiam domino Jhesu christo delitiosꝰ
Prouerbioꝝ. 29. capitulo Erudi filium tu
um et refrigerabit te anime tue dabit de
litias Tercio iterpretatur Marcus subli
mis mandato. ⁊ ideo beatus marcus fuit
tercio sublimis per obseruantiam manda
toꝝ Jsaie. 52. Ecce intelliget seruus meus
exaltabitur et eleuabitur et sublimis erit
valde. Beatus marcꝰ fuit intelligens ꝑ cō
gregationem ⁊ obseruantiam mandatoꝝ
⁊ declinationē pctōꝝ ps̄. A mādatis tuis
intellexi ꝓpterea odiui omnem viam ini-
quitatis. fuit exaltatus et eleuatus ꝓpter
multiplicatōez meritoꝝ. sꝫ sublimis fuit
valde per apprehensionē premioꝝ. christꝰ
eñ dominꝰ est ille de quo dr̄ Job. 5. c Qui
posuit humiles i sublime et merentes eri
git in sospitate. ipe est eñ humiliuz suble
uatio ⁊ merentiū consolatio ipe est de quo
Tho. 3. dr̄. post tempestatez tranquillum
facit. ⁊ post lamentationem ⁊ fletum exul
tationem infundit. dominus etiaz post tē
pestatē tumultꝰ culpe facit trāquillitatem
serenitatꝫ ꝯscie ⁊ sua ꝯsolatōe gr̄a infūdit
infusionem gratie ipe etiaz post lamenta
tionem ⁊ fletum penitentie infundit exul
tationē iocūditatis glorie ps̄. Exultabūt
sancti in gloria letabūtur in cubilibꝰ suis
Jstum beatum marcū post tormentū pas-
sionis sublimauit. et ad se q̄ est gloria san
ctoꝝ transire fecit. ⁊ in partē suam ipm ac
cepit Jsaie. 45. Uiri sublimes ad te tran
sibunt et tui erunt. Quarto interpretatur
beatus marcus certus. Beatus aūt marcꝰ
fuit quarto certus ꝑ firmaz expectationez
futuroꝝ bonoꝝ. Tho. 3. hoc aūt ꝓ certo hꝫ
omnis qui colit te. Quia vita eius si in ꝓ
batōne fuerit coronabitur. vita beati mar
ci in probatione fuit. ⁊ ideo ipm dn̄s glo-
ria ⁊ honore coronauit Jaco. i. Beatus vir
q̄ suffert tētatōez qm̄ cū ꝓbatꝰ fuerit acci
piet coronā vite corōa vite nō dētur certā
tibus sꝫ vincentibus. ⁊ finaliter ꝑseuerā
tibus Apoca. 2. Esto fidelis vsq; ad mortē
et dabo tibi coronā vite ꝓpter istam coro
nā ꝯsequēdā beatus marcus vsq; ad mor
tem fideliter certauit. qr illā in diuino de
posito repositam certitudinaliter ꝯgnouit
2. ad Thi. i. Scio cui credidi ⁊ certus sum
qr potens est depositum meum seruare in
vltimū diez. hoc depositum qd̄ dn̄s beato
marco q̄si in occulto deposito vsq; ad mor
tē seruauit hodie tradidit qñ ipm ad coro
nam glorie vocauit. Canti. 4. Ueni de li-
bano veni coronaberis. quā coronam no-
bis deus tribuere dignetur.

De sancto Marco Sermo scd̄us.

Tu vero vigila i oibꝰ
labora opꝰ fac euāgeliste. 2. ad
thi. 4. c. in ṽbo ꝓpōito tria no

tantur a quibus beatus marcus euange-
lista et quilibet bonꝰ prelatus ꝯmenda-
tur. Primũ enim a quo commendatur est
circumspectio studiosa quod notatur cum
dicitur. Tu vero vigila. Secundum est o
peratio laboriosa. quod notatur cum dici
tur in omnibus labora. Tercium est pre-
dicatio fructuosa quod notatur cum dicit
opus fac euangeliste. Quantum ad primũ
sciendum. ꝙ quilibet homo bonus et pre
cipue prelatus debet tripliciter vigilare.
Primo debet vigilare ad declinationem
peccatorum. Secundo debet vigilare ad
cognitionem secretorum Tercio debet vi
gilare ad custodiam et eruditionem subie
ctorum Primo debet bonus prelatus vi-
gilare ad declinationem peccatorum pri-
ma. Petri quintocapitulo. Fratres sobrij
estote et vigilate quia aduersarius vester
dyabolus tanq̃ leo rugiens circuit que-
rens quem deuoret cui resistite fortes in-
fide bene coniungit ista duo sobrii estote
et vigilate sobrietatem comcomitatur vi
gilantia. sicut ebrietatem somnolentia ho
mines enim ebriosi sunt somnolenti pro-
pter hoc. i. ad The. quinto capitulo. Dici
tur ergo non dormiamus sicut ceteri sed.
vigilemus et sobrij simus. causam huius
vigilantie et sobrietatis subiungit cum
dicit Quia aduersarius vester dyabolus
et cetera. Sicut enim rex vel princeps qui
vult castrum capere consueuit illud circui
re et vndiq̃ vallare sic circuit dyabolus
ad captionem anime misere. ipse enim ob
sidet ante per improuidentiam futuroꝝ
obsidet retro per incuriam preteritorum.
peccatorum obsidet a dextris per eleuatio
nem in prosperis. obsidet a sinistris p̄ deie
ctionem in aduersis. obsidet inferius qua
si castrum perfodiendo per obdurationem
desperationis. eiusmodi perfossio debet
a nobis cum omni vigilantia deuitari vt
habetur. Luce duodecimo. capitulo. Si
sciret paterfamilias qua hora fur veniret
vigilaret vtiq̃ et non sineret perfodi do-
mum suam obsidet et dyabolus superius
per promissionem vite longioris et peni-
tentie finalis presumptionem multi enim
sunt peccatores qui a peccatis suis nolũt
conuerti sed semper ꝓcrastinant ꝛ dicunt
cras cras ad modum corui in superlimina
ri existentis. sed frequenter accidit ꝙ qui
non est hodie cras minus aptus erit. ꝓpt
quod debemus facere s̄m consilium sapiẽ
tis Ecclesiastes. 9. Quodcunq̃ potest face
re manus tua instanter operare. quia nec
opus. nec ratio. nec scientia. nec sapientia
erunt apud inferos quo tu properas. ma
gna fatuitas est ꝓperare ad hospitium de
quo certus est homo ꝙ ibi inueniet crude
lem hospitem. societatem ꝑuersam. lectum
malum cibum nullum. Eccle. 14. Ante obi
tum tuum operare iusticiam quia non est
apud inferos inuenire cibum multum. De
bet sibi homo timere qñ scit debile castrũ
suum. et cognoscit illud esse in circuitu sic
obsessum. dyaboli eñ circumeundo ꝑam
bulãt. vt huiusmodi castrũ subuertãt. hic
est circuitus de quo in ps̄. dicitur. in circui
tu impij ambulant. istam obsidionem eua
dimus si s̄m ꝯsilium beati petri in fide for
tes resistimus. fide eñ eius iacula et ma-
chinamenta ꝓpulsamus ad Eph. 6. In om
nibus sumentes scutum fidei. in quo pos
sitis omnia tela nequissimi extinguere i-
gnea. isto scuto fidei muniti apostoli ꝛ cete
ris virtutibus armati. non solum obsidio
nem diaboli euaserunt sed regna vicerũt
et ꝓmissiones adepti sunt ad hebreos. xi.
Sancti per fidem vicerũt regna. operati
sunt iusticiam et adepti sunt repromissio
nes. Scd̄o debet vigilare bonus prelatꝰ
ad cognitionem secretoꝝ. Prouerbiorum
8. Beatus homo qui audit me et qui vigi
lat ad fores meas. ꝛ obs̄uat ad postes ho
stij mei. Multum vtile est verba sapientie
audire quia p̄ frequentem auditum homo
acquirit sibi firmam possessionem sapien-
tie. prouerbioꝝ. i. Audiens sapiens sapiẽ
tior erit. sicut eñ arbor non vna die s3 plu
ribus firmiter radicatur. et sicut homo ex
multo exercitio promptꝰ et facilis ad ope
rationem efficitur. sic ex frequenti auditu
sapientie homo in sapientia firmatur Ec-
clesiastici. 24. Qui audit me non confun-
detur et qui operantur in me nõ peccabũt
qui elucidant me vitam eternam habebũt.
Tria dicit que operatur sapiẽtia in profes
soribꝰ suis. Primum est exclusio infamie.
et ꝓpter hoc dicit qui audit me non cõfũ-
detur. Scd̄m est declinatio culpe et quan
tum ad hoc dicit et qui operatur in me nõ
peccabit. Tercium est adeptio vite eterne.
et quantum ad hoc dicit. qui elucidãt me
vitam eternam habebunt. bonum est ergo
audire verba sapiẽtie. ꝓpter hoc dicit. be
atus homo qui audit me et qui vigilat ad
fores meas. Due sũt fores p̄ quas possũt
ꝓfessores sacre scripture ad toros sapien
tie introire iste fores sunt continentie ve-
teris legis et noue p̄ quas debemꝰ de tho
ro sapientie noua et vera documenta pro-

ferre Math.xiij.capitulo. Oīs ſcriba do
ctus in regno celoꝝ ſimilis eſt homini
patrifamilias q̄ profert de theſauro ſuo
noua ⁊ vetera.id eſt noui ⁊ veteris teſta
menti auctoritates ⁊ ſancta documenta.
Ad iſtas portas beatꝰ Marcus euāgeli
ſta euigilauit Et ideo ibi thoros ſapiētie
adinuenit Prouerbiorum.viij.capitulo.
Qui mane vigilauerint ad me inueniūt
me. non ſolum autem ad fores ſapientie
vigilauit:ſed etiaꝫ ad poſtes hoſtij obſer
uauit. hoſtium eſt chriſtus Johannis.x.
capitulo. Ego ſum hoſtiuꝫ ſi quis per me
introierit ſaluabit.et ingredietur ⁊ egre
dietur ⁊ paſcua inueniet.poſtes huiꝰ ho
ſtij fuerunt ſancti apoſtoli. Qui dicūtur
poſtes:quia fuerunt hoſtio per conuerſa
tionem coniuncti.fuerunt etiam per fidē
et memoriam paſſionis Chriſti ſanguine
veri agni chriſti ſcilicet rubricati mūdati
et decorati. vt habet Exodi duodecimo
capitulo. Sument de ſanguine agni ⁊ po
nent ſuper vtrūq; poſtem. Ad poſtes hu
ius hoſtij beatus Marcus euāgeliſta ob
ſeruauit. Fuit enim diſcipulus beati Pe
tri a quo diſcere potuit ſeriem euangelij
quod ſcripſit. Similiter ⁊ nos ad huiuſ-
modi poſtes idem apoſtolus obſeruamꝰ
quando eorum documenta ex ſcripturis
ſacris quas conſcripſerunt audiēdo vel
legēdo accipimꝰ Eccleſiaſtici.vj. In mul
titudine preſbiterorum prudentium ſta
et ſapientie eorum ex corde coniunge.vt
omnem narrationem dei poſſis audire.⁊
prouerbia laudis non fugient a te. Ter-
cio debent vigilare prelati ad cuſtodiam
et eruditionem ſubditorum Luce.ij. ca-
pitulo. Paſtores autem erant in regione
eadē vigilantes et cuſtodientes vigilias
noctis ſuper gregem ſuum. Paſtores qui
bus cura ſubditorū cōmittitur vigilare
tenētur. Eorum enim vigilijs ⁊ cuſtodia
quandoq; ſubditi a morte liberātur. qui
ſine ipſis vel eorum cuſtodia morerētur.
Apocalipſis tercio. Eſto vigilans ⁊ cōfir
ma cetera que moritura erunt. Iſti paſto
res non ſolū debent vigilare. Sed etiam
ſuper cuſtodiā gregis inſiſtere Iſaie.lxij
Super muros tuos hieruſalem conſtitui
cuſtodes tota die et tota nocte imperpe-
tuū non tacebunt.hieruſalem eſt eccleſia
hec eſt enī hieruſaleꝫ que edificatur vt ci
uitas ſuper cuius muros p̄lati ad cuſto-
diam ſubditoꝝ poſiti ſunt.quaſi in ſpecu
la.⁊ nō eſt mirū ſi iſti cum omni diligētia
ſubditos cuſtodire ſatagunt. quādo eniꝫ
ſubditos ſuos in curam ſuaꝫ acceperunt
cariꝰ pignus qđ eſſet in eoꝝ hoſpitio in
eſt animas ſuas chriſto dn̄o obligauerūt
iij.Regum.xx. Cuſtodi virum iſtum qui
ſi lapſus fuerit erit anima tua pro anima
eius.⁊ propter iſtam diligentiam vigilā-
tie et cuſtodie tenentur ſubditi prelatis
ad impenſionem reuerentie et obedien-
tie.ad Hebreos.xiij. Obedite prepoſitis
vr̄is ⁊ ſubiacete eis ipſi enī puigilāt qua
ſi rationē p animabus veſtris reddituri.
vnde mali valde ⁊ igrati ſunt ſubiecti q̄
pro ſollicitudine vigilātie et cuſtodie nō
rependūt vicē obedientie ⁊ reuerentie. ſi
ergo primo requiritur in prelato circum-
ſpectio ſtudioſa. qđ notatur cum dicitur.
tu vero vigila. Secūdo requiritur in pre
lato operatio laborioſa. qđ notatur cum
dicitur in omnibus labora. Sciendū er-
go ꝙ bonus prelatus debet laborare tri
pliciter. Primo enī debet laborare ſicut
operarius in agro. Scđo debet laborare
ſicut miles in p̄lio. Tercio debet labora-
re ſicut magiſter in docendo. Primo ergo
debet bonus prelatꝰ laborare ſicut ope-
rarius in agro.j.ad Chorinteos.xv. Gra
tia dei ſum id qđ ſum. ⁊ gratia eiꝰ in me
vacua nō fuit:ſed abūdātius illis omni-
bus laboraui.⁊ ideo quia abūdātius la-
borauit abundantiorem retributionē ex
pectare potuit.j.ad Chorinteos.iij. Unꝰ
quiſq; propriam mercedem accipiet ſm
ſuum laborem. Nam ſm multiplicationē
bonoꝝ laboꝝ fiet retributio p̄mioꝝ.ij.
ad Thi.ij. Laborantem agricolam opor
tet primuꝫ de fructibus accipere. ⁊ perci
piendo fructus abūdāter recipit ſm mē
ſuram in qua ſeminauit. Secundo debet
bonus prelatꝰ laborare ſicut miles in p̄-
lio.ij.ad Thimoteū.ij. Labora ſicut bo-
nus miles chriſti Jeſu ꝙdiu in hac vita
ſumus tanq̄ in agonis certamine poſiti
militamꝰ Job.vij. Militia eſt vita homi-
nis ſuper terram:ſed aliqui in bello ſpiri
tuali ita praui ſunt milites.et ſine corde
ꝙ in principio aggreſſus anteq̄ ictum re
cipiant vel repcutiant arma ſua pij̄ciūt.
Ego enī video ꝙ quādoq; homo ad flatū
vniꝰ duri verbi pij̄cit arma patiētie.qn̄q;
ad guſtū vnius delicati pijcit arma abſti
nentie.qn̄q; ad impulſuꝫ actioris libidis
cū tamē arma iſta ad hoc nobis data ſint
vt per ipſa poſſimꝰ ſibi oppoſita vitia de
bellare.ij.ad Choriteos.vj.capitlo. Per
arma iuſticie a dextris ⁊ a ſiniſtris.homo
enim nec in proſperis per elationem.nec

in aduersis per desperationez, debet frāgi. Talibus armis bene fuit vsus beatꝰ marcꝰ tanq̄ miles christi egregiꝰ. De ipso legimus ꝙ carnifices eum trahebāt et eius carnes in terra defluebant. ⁊ sāguine ipsius saxa inficiebantur. tamen in omnibus istis christi miles beatus Marcus immobilis permansit. de ip̄o eniz legimꝰ ꝙ cum traheretur gratias agēs domino ihesu christo dicebat. In manus tuas domine commendo spiritum meum. Tercio debet laborare bonus prelatus vt magister in docēdo. i. ad Thimote. v. Qui bn̄ presūt presbiteri duplici honore digni habeantur. ⁊ quia presunt ratiōe bonitatis ⁊ vtilitatis. maxime qui laborant in verbo ⁊ doctrina. hoc est per eruditionis verbum et informationis exemplum. Prelati ei subditos debēt erudire exēplo bono propter quod beatus paulꝰ verbo erudiebat. 2. Thi. 2. Memor esto dominum iesum christum surrexisse a mortuis s̄z euāgelium meum in quo laboro vsq̄ ad vincula quasi male operans. sed tamen verbum dei in me non est alligatū. pedes istius sancti viri poterāt cōstringi ligno. manus eius poterant ligari ferro. sed ligua eius cohiberi non poterant a predicādo verbum diuinum. sic ergo laborabat per eruditionis verbum. laborabat per iformationis exemplum. Ipse em̄ non querebat dominum in clero. sed factus erat forma gregis ex animo. i. ad Choriteos. iiij. Imitatores estote mei sicut et ego christi sicut enim homines de nocte ambulātes sequuntur luminaria lucernarnz. sic nos sequi debemus exemplaria virorum sanctorū. Sic ergo secundo requiritur i prelato operatō laboriosa. Tercio requirit̄ in prelato eruditio fructuosa Sciendum est ergo ꝙ opus euangelij primo est opꝰ iocundum. Secundo est opus secretum. Tercio est opus gloriosum. Primo ergo est opus iocunduz Luce. 2. capitulo. Euāgeliso vobis gaudium magnuz quod erit omni populo quia natus est saluator nobis hodie. magnum debuit esse gaudiuz de euangelisatione vel predicatiōe saluatoris. cum magno desiderio estuerant patres antiqui de aduentu nasci turi Isaie. lxiiii. Utinam dirumperes celos et descēderes. Unde accepta spiritussācti reuelatione cepit aduentum saluatoris predicare ysaias Isaia. 33. capitulo. Dominus legifer noster ⁊ rex noster ipse veniet ⁊ saluabit nos christus legifer noster nos erudiendo vtiliter. rex noster gubernādo salubriter. saluator noster nos saluando feliciter. hic est saluator de quo Phil. 3. ca. Saluatorem expectamus dominum nostrum Ihesum christum qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue cum eniz ip̄e iā glorificatum corpus in resurrectiōe assumpserit corda nostra ad similitudinē sue claritatis glorificabit vt milites habeant vestes similes vestibꝰ regiis Hester. vi. homo quem rex honorare cupit debet indui vestibus regiis. Secūdo opus euangelii est opus secretum ad Gal. i. Notū vobis facio fratres euangeliū qđ euāgelisatum est a me quia nō est sc̄dz hominē. neq̄ enim ego ab homine accepi illđ. neq̄ didici. s̄z per reuelationē ihesu christi. Christus ei est sicut Danielis. 2. dicitur qui reuelat profunda ⁊ obscōdita. ⁊ nouit in tenebris cōstituta. ⁊ lux cum eo est. sicut non est mirū si ea que in tenebris sunt abscōdita appareant in lumine solis. sic nō est mirabile si verus sol iusticie quosdā voluit propter malitiam suam in tenebris relinquere et quibusdam voluit euāgelii sui secreta reuelare. Mathei. xi. Abscōdisti hec a sapientibus ⁊ prudentibus ⁊ reuelasti ea paruulis. Tercio opus euangelii est opꝰ gloriosum. 2. ad Chorinteos. iiii. Deus huiꝰ seculi excecauit mentes infidelium. vt nō fulgeat illuminatio euāgelii glorie christi. Et sequit̄ deꝰ qui dixit de tenebris lucem splendescere ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminatōem sācte claritatis dei. sicut lux solis est ceco absens qui tm̄ ē luci solis presens. sic clarescente euangelii luce oculos cordium suorum per infidelitatem clauserunt. ⁊ ideo lucem euangelii sibi predicati et presētati nō receperunt Johannis. i. Lux in tenebris lucet ⁊ tenebre eam non cōprehenderunt. sed đs qui dixit de tenebris lumē splendescere illuminauit corda fidelium ad recipiēdū euangelium gloriosum. 2. ad Choriteos. 3. Nos vero omnes reuelata facie gloriā domini speculantes in eandem imaginez transformantur a claritate in claritatē. a claritate fidei in claritatem spei in visiōe claritatis diuie faciei. i. ad Chorite. xiij. Nunc videmus per speculum ⁊ i enigmate. tunc aūt facie ad faciem ad cuius faciei visionem nos perducere dignetur ⁊c.

De sancto Petro Sermo primus.

TU es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Mathei. xvi. Uerbum ꝓpositum quod dictum est a domino beato petro apostolorum principi in collatione clauium regni celestis ⁊ cōmendationem beati martiris. ⁊ cōmēdatur a tribus. Primo a prerogatiua fidei ⁊ eiusdem confessione cū dicitur. Tu es petrꝰ Secundo a constantia virtutis in prosperitate ⁊ aduersitate. cū dicitur super hāc petram. Tercio ab eminentia exēpli ⁊ forma vite in proximi edificationem. cū dicitur edificabo ecclesiam meam. Per primum ordinatur ad deum in recte credendo per secundum ad seipsum in bene viuendo per tercium ad primum sancte et salubre conuersando Primo ergo dicitur Tu es petrus. ⁊ cōmendatur hoc ad quatuor interpretationes huius nominis petrus. Interpretatur enim cognitus agnoscens discalcians. dissoluēs Ipse fuit petrus id est cognitus preodinatione diuine electionis. fuit petrus id ast agnoscēs certitudine fidei stabilis. fuit petrus id ē discalcians dimissione mundane prosperitatis. Fuit petrus etiā dissoluens nos confutatione heretice predicationis. fuit etiam petrus id ē cognitus diuina electione. Isaie. xlij. capitulo. Ecce seruuꝰ meꝰ suscipiam illum. electus meus complacuit sibi in illo omnia mea dedi spiritū meum super illum. iudicū gentibus profert Beatus petrꝰ dicitur seruus discreta administratione talenti sibi cōmissi. ipse enī fuit seruus non nequaz sed fidelis seruꝰ et prudens quem constituit dominꝰ sup familiam suam Mathei. xxiiij. Susceptus a domino dicitur propter pulsationē corporis ⁊ dissolutionez catholice veritatis ipse talentum dominicum non inuoluit ī sudarium suum sed tradidit nūmulariјs. ex reddidit domino cū vsuris. Electis domini dicitur certitudine diuie preordinationis. elegit enim nos ante mundi cōstitutioem. complacuit sibi ī illo anima domini per infusionem gratie iustificantis. ad Romanos. viij. capitulo. Quos p̄desti nauit hos ⁊ vocauit ⁊c. Ipsum predestinauit dominus per eternam electionem vocauit per gratie infusionez. iustificauit per bonam operationem siue per eternā remunerationem. Dedit super eum spiritum euangelice predicatiōis vt habetur Isaie sexagesimo primo. Spiritus domini super me eo ꝙ vnxerit me ad annunciandum mansuetis me misit. ipse gentibus iudiciuz protulit extreme discrepationis ad incussionem timoris Job. xxix. fugite a facie gladij. quia vltor iniquitatis ē gladius. ⁊ scitote esse iudiciuz. Secūdo fuit petrus id est agnoscēs certitudine fidei. de ipso eni potest dici illud Ecclesiastes. ⁊. capitulo. Oculi sapiētis in capite eius. Oculi sapiētis duo sunt fides dirigens intellectum. caritas regulans affectum. Unde super illud Matei. vij. capitulo. Lucerna corporis tui ⁊c. Glosa sicut oculus omnia membra corporis dirigit. sic intentio ⁊ lumen fidei. lucerna lux est ī testa sic in fide caritas cum fides cessabit sola caritas lux erit. Hec sunt duo luīaria q̄ posuit deus in firmamēto celi id est hūane mentis. Nec istoꝝ luminarium vnum excludit alterum sed requiritur ī sui subsidium. Unde beatus bernardus. ad hoc ꝙ oculus sit simplex duo sunt necessaria. ꝙ sit charitas in intentione ⁊ veritas ī electione. si enim bonum diligat sed nō eligat habet zelum dei. sed non ꝺm scientiā Si vero econuerso habet scientiā sine zelo. Similiter econtrario oculum nequam duo constituerūt. Cecitas quasi agnoscit veritatem. peruersitas qua diligit falsitatem. hec sunt duo que difficile in moribꝰ hominum tollerātur. vt dicit Augustinꝰ. secūdo de trinitate. Presūptio veritatis priusꝙ̄ pateat. ⁊ cum iā patuerit presūpte defense falsicatis istius sapiētis oculi fuerunt in capite eius id est christo. i. ad Chorinteos. xi. capitulo. Caput mulieris vir. caput viri christus. caput christi deus Et deberent esse in ipso nostri. Primo qz ipse eripit a laqueis psalmista. Oculi mei semper ad dominum quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. Secūdo quia dirigit in agendis. ⁊. Paralipome. xx. capitulo. Cum ignoramus quid agere debeamus hoc solum residui habemus vt dirigamus oculos ad te domine Tercio quia saluat ⁊ reficit in aduersis vt habetur in libro Genes tricesimo secundo capitulo dixit iacob. Uidi dominum facie ad faciē ⁊ salua facta est anima mea. Tercio fuit petrus id est discalciās dimissione mūdane ꝓsꝑitatis. ideo ipi cōuenit qꝺ dicitur Exodi. 3. capitulo. Solue calciamentū de pedibus tuis. locus eñ in quo stas sanctus est. pedes enim sūt anime affectōes. calciamenta sunt res mundane siue temporales. quia sicut calciamenta adherent

pedibus non tamen sunt de substātia pe
dum. sic res temporales adherēt affectio
nibus non tamen sunt de substantia ani-
marum. illa calciamenta ligantur q̄si tri-
plici funiculo vel corrigio. Primus funi-
culus est ambitio excellentie vel honoris
Secūdus amor carnalis suauitatis. Ter
cius est appetitus quietis ⁊ amotio labo
ris. Ad hoc eniꝫ appetit aliquis diuitias
frequenter vt ascendat ⁊ maneat in hono
re. vt viuat cuꝫ suauitate vt quiescat sine
labore. Hic est funiculus triplex qui diffi
cile rumpitur vt habetur Ecclesies. iiij. c.
Hi sunt funes peccatorum quibus pec-
catores circūplectuntur. Iniquitates sue
capiunt impium ⁊ funibus peccatoꝝ suo
rum quisq; stringitur Prouerbiorū. v. c.
Isti funiculi autem rumpuntur a domi-
no per iusticiam seuam. aut disoluētur a
nobis per penitentiam salutareꝫ. funicu
luꝫ ambitionis rumpit vita breuis Eccle
siastici. x. capitulo. Omnis potētatus bre
uis vita. suauitatem carnis rumpet pena
acerba. potio enim bibentibus illam erit
amara. Apocalipsis. xviiij. cap. Quātum
glorificauit se ⁊ i delitijs fuit. tm̄ date ei
tormentum ⁊ luctum ⁊c. Funiculum qui
etis rumpet pena cum variatiōe cōtinua
⁊ cum continuatone varia Job. xxiiii. ca-
pitulo. Trāsibunt ab aquis niuiū ad ca-
lorem niuium. vt miro modo sit ibi cū va
riatione cōtinatio. et cum continuatione
variatio. Ista vincula batus petrꝰ bene
disrupit ⁊ dissoluit Judicuꝫ. xvi. capitulo
Rupit vincula quoniam si rumpat quis
filium de stuppa tortum sputamine cū ar
dorē ignis acceperit Hoc dicitur de san-
sone qui interpretatur sol eorū. quod be
ne cōuenit beato petro martiri qui est sol
predicatorum. immo omnium christiano
rum lucerna et eos dirigēs in via fidei ⁊
morum. Ipse enim prudenter attendens
mundi fallacias ⁊ de via seculi desuētis
cuius blandimentis quis leditur cum le
niter. vt a lubricis caute petro r̄tracto fir
mis possit incedere gressibꝰ. vite semitaꝫ
eligens tutiorē salubrem regulam est ag
gressus per quā valeret duci diriri ⁊ redu
ci ad optatam requieꝫ post laborē Quar
to fuit petrus id est dissoluens cōfutatio-
ne heretice prauitatis non surdus audi-
tor illiꝰ verbi Isaie. lviii. capitulo. Dissol
ue colligationes impietatis solue fascicu
los deprimentes impietas est in deum si
cut iniquitas est in proximum. sicut enim
iniquitas ledit proximum. Sic impietas

deū offendit. Iste impietates colligātur
quādo ab hereticis. licet diuersis heresi
bus vnius fidei catholice veritas impu-
natur. Iste sunt vulpes samsonis haben
tes facies diuisas quantum ad exteriorē
aspectum. sed caudas colligatas quantū
ad interiorem assensum Judicuꝫ. xv. Isti
sunt habentes speciem pietatis quantū
ad exteriorem rationem. sed virtuteꝫ eiꝰ
abnegant quantum ad interiorem puer
sitatem. iste colligatōnes impietatum dis
soluuntur quando heretici vel a fidelibꝰ
simplicibus humilibꝰ deuitantur vl' qn̄
a sapientibus ⁊ perfectis efficaciter deui
cuntur. debent etiā heretici a simplicibꝰ
humiliter deuitari. Tit. 3. Hereticum ho
minem post primam et secundam correp
tionem deuita. heretici qui per verba le
gis legem impugnant proprium enim se
sum verbis legis astruūt. vt peruersitatē
mentis sue legis autoritate commendēt
Hi deuitādi sūt. q2 frequēter cor iusti ex
ercitatōnes querūt ad malū. Debent etiā
iste colligatōes dissolui a sapiētibꝰ here
ticos soliditate ꝟitatꝭ efficaciter ipugnā
do. Vn̄ augu. 3. de Trinitate Gratāter re
cipit oscalū colūbinū pulcherrima et mo
destissima castitas. dentē vero caninū vel
vitat c[illegible]atissima hūilitas. vel retūdit soli
dissima veritas. seqtur. Solue fasciculos
depmētes fasciculi depmētes soluūt qn̄
hereticoꝝ male itellectꝭ autoritatibꝰ ⁊ fā
tasticis rationibus simplices fideles op-
primentibus modo debito respondetur.
Recta em̄ responsio dicitur solutio. istos
fasciculos beatus petrꝰ martir bene dis-
soluit. ipse em̄ fultus quaterna virtutuꝫ.
fide ꝑambula. spe astāte. comite caritate
sic ꝑualuit ⁊ ꝓfecit circa defēsionē fidei.
ꝓ qua totus ardebat q; cōtra eius dirof
hostes mente intrepida. feruētiq; spiritu
ꝯtinuum certamē exercens suum tandeꝫ
agonem diutinum meriti superante mar
tirio feliciter cōsūmauit. Sequitur Et su
per hanc petram. vbi cōmendatur a con-
stantia virtutꝭ in ꝓsperitate ⁊ aduersitate
ipse em̄ fuit petra durissima immobilita
te cūstantie. petra limpidissima puritate
innocentie. petra ꝓminens eminentia vi
te. ipse fuit petra durissima immobilitate
cōstantie Isaie. l. Posui faciem meam vt
petram durissimam. ⁊ scio qm̄ non confū-
dar. Beatus petrus fuit dura petra. quis
ventis tentationum non est motus duri
or. quia pluuijs tribulationem non est de
iectus. durissima. quia fluminibus perse-

cutionum vsq ad diuisionē anime et corporis pertingentium non est deuictus. Ipse enim fuit ille homo euangelic⁹ qui edificauit domum suam super petram et descendit pluuia et venerunt flumina et flauerunt venti. et irruerunt in domum illam. et non cecidit fundata enim erat super petram. Sequitur. Et scio qm̄ non cōfūdar. Sed diceres. Petre quomodo scis q non confunderis. Potest respondere quoniam in vita et in morte factuz est cor meum immaculatum in iustificationibus dei. Dicitur autem. z Machabeoꝝ. vij. q rex mundi defunctos pro suis legibus in eterne vite resurrectione suscitabit. vbi reddidit deus iustis mercedem laborum suorum. Sapientie. x. Et beato petro iaz reddidit. quia iam quasi fructus suauissimus ad propriam fruitionem et aliorum cum delectatione est presentatus superno conspectui. De orto nāq fidei in mensam regni eterni. in eius passione dulcis ablatus est fructus de ecclesie vinea in regium calicē affluens nouiter liquor infusit qñ palmes fecundus hostili mucrone cōscisus habuit plus humoris qz cohesit pressius vinee vite. Scd̄o fuit petra limpidissia puritate inocētie Sacharie. xxiij. Effudit sanguinem eius supra petrā limpidissimaz ne operiretur. Sanguis beati petri est effusus quando hostili mucrone cōscidit cruore ꝓprio lanceat⁹. et hic super petram limpidissimam id est super ipsuz qui fuit petra limpidissima. Homo enim potest dici petra limpidissima in quo est firmitas ꝯtinētie cōiugalis limpidissima in quo est firmitas cōtinentie virginalis que in beato petro legitur fuisse sicut cōmuniter confessoꝝ suoꝝ attestatio approbauit ipse fuerat de illis qui lauerunt stolas suas in sanguine agni. ipse lauit stolā suam ne esset in eo macula immunditie. dealbauit puritate virginitatis z innocētie. sed in sanguine agni ꝓprij sanguinis effusione vt in ipso esset rubricata virginitas. roseo sanguine vt in ipso esset candens martirium innocentie puritate. De predicatoꝝ em̄ ordine prodit rosa rubēsque regalibus oblata conspectibus intulit suauitatē odoris. in celesti quoq rosario flos amenus rubo colore rutilans nūc est natus. in candido et mundo sanctoruz collegio nouum munditie lilium exortuz super hanc petram limpidissim⁹ sanguis eius est effusus. ne operiretur negligens per ignorantiam. sed teneretur memoriter per frequentē recordationē. meritoꝝ suorum recitationem sicut enim nos videmus dominos habere precones sua merita recitātes. sic habere debemus nos ad uocatuz ad modum. Abel iusti pro peccatis nostris clamantez. Beatus petrus dū datur funeri nouus abel succedit veteri vt habet Genesis. iiij. capitulo. De abel quē caym occiderat dicitur. Uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Sic vox fusi sanguinis beati petri intonat. incliti martirij tuba clangit. Terra non silet sudans aspersione cruoris resonat regio tā to ꝑdita bellatore. Ipseq met gladius patricida proclamat. Tercio fuit petra probata diuturnitate experientie vt habet Isaie. xxviij. Ecce mittam in fundamentis syon lapidem probatum. Syon specula interpretatur in qua designatur ecclesia que quasi in specula posita aduentum summi iudicis prestolatur. In fundamentis syon id est ecclesie lapis ponitur quādo beatus petrus martir sanctorum martirum cathalago qui fundauerunt ecclesiam sanguine proprio sociatur. Sed iste lapis probatur esse diuturnitate temporis et experientia sanctitatis. Deutro. i. Date ex vobis viros sapiētes et gnaros quoꝝ conuersatio probata sit in tribub⁹ suis. Iste fuit vir sapiēs speculatione veritatis. gnarus frequētis experiētie et exercitationis. Cōuersatio eius ꝓbata fuit cōtinuatione sanctitatis vsq in terminū perseuerātie finalis. Unde beatus petr⁹ quasi lapis ꝓbatus in fabrica ecclesie positus tunsura z pressiōe politus supernis edibus est insertus. Quarto fuit petra ꝓminens eminētia vite Isa. xxxij. Erit vir sicut qui absconditur a vento z celat se a tēpestate sicut riui aquarum in siti et vmbre petre prominentis in terra deserta. Beatus petrus modo absconditur a vento tētationū. celat se a tempestate tribulationū sicut riui aquarum in siti per refrigerium precedentiū laborum. sicut petra ꝓminēs eminētia vite z omni virtute Ipse em̄ deuotione gratus. humilitate leuis benignitate suauis. pietate compatiens. patiētia ꝯstans. caritate stabilis. z in cūctis moꝝ maturitate ꝯpositus alios profusis virtutū aromatib⁹ attrahebat. fact⁹ alijs odor vite in vitaz. vt māsuetis et humilibus formam vite eius imitantib⁹ z passionē venerātib⁹ Alijs odor mortis in mortem. vt superbis et derisorib⁹. Et sic fuit petra ꝓminens multis virtu

dus. fuerunt enim multi alij martires sine eminentia virginitatis ⁊ gratia predicationis fuerunt multi predicatores sine palma martirij ⁊ virginitatis. fuerũt multi virgines sine eminẽtia predicatiõis et corona martyrij. Sed deus istum gloriosum martirem quantum ad eius triplicẽ virtutem triplici honore dotauit. vt eius vis rõnalis illustretur predicationis grã eius concupiscibilis ornaretur virginitatis gloria eius irascibilis dotaretur martirij corona. Hec est triplex aureola auree premij substãtialis supposita. Exodi. xxv. Sequitur edificabo ecclesiam meam vbi commendatur ab eminentia exẽpli in forma vite ad ꝓximi edificationem. Edificauit autem ecclesiaꝫ quadrupliciter. Primo prohibens remouẽdo in destructiõe peccatoꝝ. Secundo in verbo. in predicatiõe fidei ⁊ moꝝ. Tercio in exemplo. honestate conuersatione ⁊ edificatione ꝓximoꝝ. Quarto facto operatione miraculorum. Primo ergo edificauit prohibens remouendo Isaie. lviij. Vocaberis edificator sepium auertas semitas iniquitatũ. Beatus petrus edificator sepium dicitur quãdo eius misterio et predicatione locꝰ per quam suggestionibus demonum patere posset additus obstruitur. p sepem enim ne diripiatur possessio custoditur. Ecclesiastici. xxxvi. vbi nõ est sepes diripietur possessio. vias iniquitatum auertit quando vias peccatorum tenebrosis spinis et lapidibus ꝯplantatas. vias autem iustorum sine offendiculo esse ostẽdit. Prouerbioꝝ. xv. Iter pigroꝝ quasi sepes spinaꝝ. via autem iustoꝝ absq; offẽdiculo. Scdo edificauit verbo. predicatione fidei ⁊ morum Jeremie. i. Constitui te sup gentes ⁊ regna vt euellas ⁊ destruas et disperdas et dissipes. hoc dicitur quantum ad zizanis morum. Edifices ⁊ plantas quantum ad semina fidei ⁊ bonorum. qđ bene fecit beatus petrus. ipse enim fuit ꝓximo ad edificationẽ placens qui pacis sunt ⁊ edificationis custodiens. non surdus auditor illius verbi apostolici Ephe. iiij. Ois sermo malus ex ore vestro nõ ꝓcedat. sed si quis bonus est ad edificationem. ipsiꝰ eñ verba ⁊ opa semp veritatem fidei redolebant. cuius dulcedinem lingua eius velut fauus redundans copiose distillãs semp illius documẽta sua via ꝓpinabat. Tercio edificauit exemplo honesta conuersatione. Ecclesiastici. xl. Edificatio ciuitatis confirmabit nomen. Ciuitas est ecclesia hoc est hierusaleꝫ que edificatur vt ciuitas. hec ciuitas edificatur cuꝫ beatus petrus fundamẽto apostoloꝝ ⁊ martirum iungitur. Edificatio huiꝰ ciuitatis confirmat nomen martiris dum ex eius morte et memoria passionis fama sanctitatis sue nõ minuitur. sed crebrescit. granũ eñ frumenti cadens in terram ⁊ in fidelium manibus compressum ⁊ mortuum vberius cõsurgit in spicam. sed botrꝰ in torculari calcatus liquoris redundat copiã. sic triticum attritũ in area in horreuꝫ dominicuꝫ excussa palea deportatur. Sic aromata pilo concussa odorem plurimuꝫ circũfundunt hic est eñ. Josias cuius memoria in ꝯpositione odoris facta ẽ opus pigmẽtarij Ecclesiastici. xlix. Josias interpretatur quo est incensũ dñi. in quo designatur beatus petrus martir q̇ seipm obtulit hostiã sanctam deo placentẽ in odorem suauitatis. ⁊ hoc facit ad edificationem ꝓximi. ipse eñ prefiguratus in illo beato sene et martire ⁊ eleazaro qui cum morietur dixit. tu dñe q̇ habes sãctã sciẽtiã manifeste scis ꝙ cũ possẽ a morte liberari duros corporis sustineo dolores. ſm aiam vero ꝓpter timorẽ tuũ libenter hec patior. ⁊ hoc modo vita discessit nõ soluꝫ iuuenibus. sed vniuerse gẽti memoriam mortis sue exemplum virtutis et fortitudinis derelinquens. ij. Macha. vi. Quarto edificauit ecclesiã facto miraculorum operatione. ipe ei fuit ille symeõ onie filiꝰ sacerdos magnus qui in vita sua suffulsit domũ. ⁊ in diebꝰ suis corroborauit tẽplũ altitudo etiã tẽpli ab eo fundata est duplex edificatio Ecclesiastici. l. Symeon interpretatur exauditꝰ vel exaudibilis in quo signatur Beatus petrus martir qui merito in vita a deo meruit exaudiri. hic dr̃ onie filiꝰ id est ecclesie. Onias ei interpretatur merens dño. in quo designatur status presentis ecclesie qui est in merore ꝙdiu est in supni sponsi expectatione. ipse fuit sacerdos officio. sed magnꝰ vite merito. ipse suffulsit domũ operibꝰ meritorijs. Corroborauit tẽplũ salubribꝰ documẽtis. Altitudo etiã tẽpli ab eo fundata est coruscantibꝰ miraculis. ⁊ vt de multis pauca dicamus ipse gutturnosũ preti more gule nec loqui valentem nec spirare curauit. cuidam iuueni mutuo vsum loquele restituit mulieres obsessas a demonibus liberauit. febres expulit. lãguores curauit varios ⁊ diuersos. cuiusdam sinistre manus digitum ex morbo fistule plu

rium foraminū concauitate defossum mi
ra cōsolidatione sanauit. post mortē ipsiꝰ
ad sepulchrum eius venerabile lampa-
des sine humano ministerio sūt diuinitꝰ
accense. hec et alia plura leguntur in eiꝰ
vita nec ista sūt pueriliter aut cautelose
inuenta: sed diligenti facta inqͥsitione et
habita cū summa ⁊ autentica sunt attesta
tione probata. et Innocentio papa quar
to cardinalium ⁊ omnium prelatoꝝ qui
tunc erant in curia communi consensu et
cōsilio cōfirmata. ⁊ sic altitudo templi ab
ipso est fundata. Sequitur. Duplex edifi
catio. hoc est quantum ad duplicē statuꝫ
ecclesie. q̄tum ad statum militantis eccle
sie edificauit dum in fundamento aposto
loꝝ ⁊ martyꝝ ponitur. Quantū ad statuꝫ
triumphantis dum christo angulari lapi
di sociatur petrus em̄ firmatꝰ in petra fi
dei. petra diui in passione allisa ad petrā
id est xp̄m digne coronandus ascēdit. cu
ius corone pro meritorum qualitate nos
participes efficere dignetur.

¶ De sctō/petro martyre/Sermo scd̄s.

Hec passus sū abs

q; iniquitate manus mee Job
xvi. In verbo ꝓposito duo no
tantur e quibꝰ ipse gloriosus martyr be
atus Petrus commendatur. Primo enim
notatur tolerantia passionis cuꝫ dicitur.
Hec passus sum. Secundo notatur inno-
centia patientis cum subditur. absq; ini-
quitate manꝰ mee. Sciēdū ergo q̄ q̄ttuor
sunt que fideles christi ad patiendum ꝓ
christo animauerunt. Primum fuit decli
natio iniquitatis. Secundū fuit imitatio
saluatoris. Tercium fuit dulcedo conso-
lationis. Quartum fuit magnitudo retri
butionis. Primū ergo quod mouit mar-
tyrem ad patiendum pro christo est decli
natio iniquitatis. i. Petri. iiii. Nemo ve-
strū patiatur quasi homicida aut fur aut
maledictꝰ aut alienoꝝ appetitor aut vt
christianus nō erubescat glorificet autēꝫ
deum in isto nomine christiani. ideo crux
fit fidelibꝰ in frontibus suis in cōfirma-
tione: vt non erubescant nomen christi tē
pore tribulationis cōfiteri vel etiam pre
dicare ad Romanos. x. Corde creditꝰ ad
iusticiam. ore autem fit confessio ad salu-
tem. nec sufficit fides in corde si tempore
necessitatis confessio fidei nō inuenitur
in ore. Vn̄. ii. Machabeoꝝ. vi. capitulo.
Dixit ille bonus senex qui ꝓ legibus pa
tris patiebatur. Dn̄e qui habes sanctam
scientiam manifeste tu scis: qꝛ cū a morte
possem liberari duros corporis sustineo
dolores. ſm animā vero ꝓpter timorem
tuū libenter hec patior. Ideo sancti mar
tyres hic eligerūt duros corporis crucia
tus ⁊ dolores sustinere q̄ timorem relin
quendo eius fidem in confessione nega-
re. Secundū qđ animabat martyres chri
sti ad patiēdū erat imitatio saluatoris. i.
Petri. ii. Christus passus est ꝓ nobis vo
bis relinquens exemplū vt sequamini ve
stigia eius. bonū est illius vestigia sequi
per quē possunt homines lumē vite eter
ne assequi Johānis. viii. Qui seqͥtur me
non ambulat in tenebris: sed habebit lu
men vite: sicut em̄ canes venatici sequun
tur feraꝫ per vestigia sanguinis. Sic san
cti martyres secuti sunt vestigia passiōis
Job. xxiii. Vestigia christi secutꝰ est pes
meus. sic iste martyr beatus Petrus ve-
stigia christi est secutꝰ. ipse em̄ mortē vo-
luntarie ꝓ morte christi reddidit pellem
pro pelle tradidit. sanguinē pro sanguie
effudit. vnde de ipso cuꝫ ceteris martyri
bus potest dici hic est vere martyr qui ꝓ
christi nomine sanguineꝫ suū fudit. Ter
cium quod animabat martyres ad patiē
dum ꝓ christo est dulcedo consolationis
ii. ad Chorinteos. i. Sicut abūdāt passio
nes christi in nobis. ita ⁊ per christū abū
dat cōsolatio nostra. sicut em̄ bonꝰ cirur-
gicus ſm multitudinem vulnerum appo
nit multitudinem emplastrorum mitiga
tiuoꝝ ⁊ curatiuoꝝ. sic christus ſm multi
tudinem passionū apponit multitudineꝫ
consolationū. vnde beatum Stephanuꝫ
prothomartyrē consolatus est christꝰ io-
cunditate sue visionis. vnde inter lapidū
pressuras positꝰ dixit Actuū. vii. Ecce vi
deo celos apertos ⁊ filium hominis stan
tem a dextris dei. beatum Laurentiū cō
solatus est dn̄s dulcedine roris et refri-
gerationis in quam carbonum incendiū
conuertit. vnde legitur Daciano dixisse.
disce miser quoniam carbones tui refri-
geriū michi prestant. Cōsolatus est etiā
dominus beatum Dionysium consolati-
one leticie et iubilationis. vnde de ipso
legimus q̄ ipse super lectum ferreū sup-
positis prunis ardentibus extensis cāta
bat dicens. Ignitum eloquium tuum ve
hementer ⁊ sibi tunc dicitur illud ꝓpter
istam abūdantiaꝫ consolationū a christo
tribulationibus immissaꝝ dicitur. ii. ad
Chorinteos. i. Pater misericordiaꝝ ⁊ deꝰ
totius cōsolationis qui cōsolatur nos in

omni tribulatione nostra Quartuꝫ quod
animauit martires ad patiendum ꝓ chri
sto fuit magnitudo retributiōis ad Ro.
viii. Nō sunt ꝯdigne passiones huius tē
poris ad futuram gloriam que reuelabi-
tur in nobis. sicut em̄ nulla compatio est
athomi ad totam machinaꝫ mundanam
sic nulla comparatio est passionis modici
temporis ad īfinite eternitatis duratōeꝫ
Sapientie. iii. In paucis vexati. in multi
bene disponentur qm̄ deus tētauit illos
⁊ iuenit illos dignos se. Solet dici ꝙ qui
habet rusticum habet predam. qui habet
christum habet gloriam eternam. ipse eni
habet gloriam se inseparabiliter comitā
tem Prouerbioꝝ. viii. Mecuꝫ sūt diuitie
⁊ gloria opes superbe ⁊ iusticia. sic ergo ꝑ
mo notatur tolerātia passiōis in isto glo
rioso martire. cum dicitur. hec passus suꝫ
Secundo notatur innocētia patientis cū
subditur. absq iniquitate man⁹ mee. Sci
endum ergo ꝙ quadruplex iniquitas re-
peritur a qua iste martir immunis est in
uentus Primo ergo ē iniquitas male co
gitationis. Secūdo est iniquitas perfide
eruditionis. Tercio est iiquitas peruer
se operationis. Quarto est iiquitas palli
ate simulationis. Primo ergo est iniqui-
tas male cogitationis ps. Iniquitatē me
ditatus est in cubili suo. cubile est cordis
secretum in quo latitant fraudes cogita
tionum maloꝝ. Sꝫ sciendum est ꝙ dupli
ci ratione potest cogitari malū. aut vt co-
gnoscatur ⁊ a bono discernatur. ⁊ sic cogi
tatio mali est laudabilis. ⁊ attestatur con
gregationi ⁊ perfectioni ad hebreos. v. c
Perfectoꝝ est solidus cibus eoꝝ qui pro
ipsa cōsuetudine excitatos habent sens⁹
ad discretionem boni ⁊ mali. Secūdo po-
test cogitari malū vt desideretur ⁊ accep
ta oportunitate temporis operis manci-
petur. sic cogitatio mali est vituꝑabilis. ⁊
hoc sensu dicebat ꝓpheta. iiquitatē odio
habui ⁊ abhominatus sum. legē aūt tuā
dilexi. vñ sanctus hō malas cogitatōes a
desiderio suo quātuꝫ potest auertit. ⁊ ad
legem dei que est īmaculata conuertans
animas se conuertit. Scd̄o est iniquitas
eruditiōis a qua iste martir bene fuit im
munis. Malach. 2. Lex veritatis fuit in
ore eius ⁊ iniquitas non est inuenta in la
bijs eius. in pace ⁊ ī equitate ambulauit
⁊ multas auertit ab iniquitate. Intentio
em̄ huius martiris erat homīes retrahe
re a ꝑfidia hereticoꝝ inimicoꝝ. ⁊ ipos cō
firmare in fide ⁊ doctrina bonoꝝ moꝝ. vt

ipsos liberaret a peccato ⁊ consortio dam
natoꝝ Jacobi. v. Si quis ex vobꝭ erraue
rit a veritate ⁊ ꝯuertit quis eū. scire opor
tet qm̄ qui ꝯuerti fecerit peccatorē ab er
rore vie sue saluabit animā eius a morte
⁊ operit multitudinē peccatoꝝ. Tercio ē
iniquitas peruerse oꝑationis Job. xv. si
iniquitatē que est in manu tua abstuleris
a te. ⁊ nō ꝑmanserit ī tabernaculo tuo in
iusticia. tūc leuare poterꝭ faciē tuā absq
macula. Duplicem tangit malitiā ꝑuerse
oꝑationis cum d̄r. si iniquitatē que est in
manu tua abstuleris. Malitia em̄ manus
vel operationis auertit oculos dei ne ac-
cedat ad vocem orationis vel supplicatio
nis Isaie. i. Cum extenderitis manus ve
stras auertā oculos meos a vobis. ⁊ cum
multiplicaueritꝭ orationem nō exaudiaꝫ
manus em̄ vestre sanguine plene sūt. mū
dandum etiā est cor ab inordinatione af
fectionis ⁊ hoc notatur cum d̄r. et non ꝑ-
manserit in tabernaculo tuo iniusticia. i
iusticia est affectio inordinata ꝑ quaꝫ ob
scuratur anima ne clare deum videre va
leat. sed cum ista iniusticia inordinate af
fectiōis a corde expellitur. expulsa obscu
ritate deus mūdo corde videbitur Mat.
v. Beati mundo corde qm̄ ipsi deum vide
bunt. Quarto est iniquitas simulate pal
leationis ps. Probasti cor meum ⁊ visita
sti nocte. igne me examinasti et non est in
uenta in me iniquitas. dominus in nocte
aduersitatis vel retributionis cor probā
do visitat et visitādo ꝓbat. Sophonie. i.
scrutabor hierusalem in lucernis ⁊ visita
bo. vsus lucernaꝝ nō de die sed de nocte
est ꝑꝑ quod signatur illud scrutiniū ⁊ vi
sitatio que fiunt in tribulatōe vel aduersi
tate. ꝓpter qd̄ dicit ꝓbasti cor meum ⁊ vi
sitasti nocte. ⁊ sequitur. Igne me exami-
nasti. ꝑ ignem signatur aduersitas vel cru
delitas passionis. ardor ei ignis vehemē
tem dolorem inducit. in quo bene datur ī
telligi ꝙ in acerbitate passionis probat
homo vtrū sit radicate ⁊ firme dilectionis
aut palleate simulationis Sicut em̄ fluit
cera a facie ignis. sic simulatores ⁊ calli-
di in acerbitate passionis deficiūt ⁊ tabe
scunt. sed in charitate christi radicati ⁊ fū
dati ex ardore tribulationis proficiunt. ⁊
amplius inualescunt Eccl. 2. In igne ꝓ-
batur auꝝ ⁊ argento. hoies ꝟo receptibi
les in camino humilitatōnis. in isto cami
no passionis iste gloriosus martir beatus
petrus ꝓbat⁹ est. ⁊ sine iniquitate ꝑfect⁹
inuent⁹ est. ideo fuit eterna gloria dign⁹

Eccle.3i. Qui probatus est in illo et perfe
ctus inuentus est.et erit illi gloria eterna
Ad quam nos perducere dignetur.⁊c.

De sancto Philippo et iacobo Sermo.i.

Qui diligunt te sicut sol
in orto.suo splendet ita ruti-
lent Judic.5. In verbo propo-
sito commendantur isti sācti apostoli a tri
bus. Primo a feruore caritatis. cum dici-
tur. Qui diligunt te. Secundo ab vtilita-
te eruditionis.cum dicitur.sicut sol splen
det i ortu suo. Tercio ab honestate cōuer
satōis.cū dr̄.ita rutilent Quārū ad primū
sciendū est ꝙ illi sancti apostoli dilexerūt
dn̄m tripliciter.⁊ nos debemꝰ diligere tri
pliciter Primo em̄ debemus diligere ve-
raciter sine deceptione.dulciter sine affli-
ctione.fortiter sine defectiōe. Primo ergo
diligēdus est deꝰ veraciter sine deceptōe
i.Joh.3. Non diligamus verbo neqꝫ lin-
gua.sed ope et veritate. non debemꝰ dili
gere verbo mendaciter ꝓmittendo nec li-
gua fallaciter adulando. q2 ista est simula
ta dilectio ad Romanos.12. Dilectio sine
simulatione.sed debemꝰ diligere veritate
vt ois malitia excludatur Ro.13. Dilectio
ꝓximi malum non operatur debemus em̄
diligere opere vt tempore necessitatis ꝓ
ximis subueniamus.i.Johannis.iiij. Qui
habuerit substantiam mundi huius et vi
derit fratrem suum necessitatem habere.⁊
clauserit viscera sua ab eo quomodo cari-
tas dei manet in eo.quasi diceret non ma
net sꝫ sācti apostoli opere et veritate chri
stū dominū dilexerunt.q2 ꝓ xp̄i noie ⁊ ꝓxi
moꝝ salute seipsos morti exposuerunt.i.
Joh.3. In hoc cognouimus caritatēꝫ.dei
qm̄ ille ꝓ nobis animā suā posuit. et nos
debemꝰ ꝓ fratribus nostris aīas ponere:
Scd̄o est diligendus deus dulciter sine af
flictione.2.Re.i. Sicut amat mater vnicū
filium ita te diligebam.dulcis est dilectio
matris ad vnicum filium.sic dulcis debet
esse nostra dilectio quaꝫ habemus ad chri
stuꝫ.2.ad Thimo.i. Non dedit nobis deꝰ
spiritū timoris sed virtutis ⁊ dilectionis.
deus non dedit nobis spm̄ timoris qui hꝫ
penā ⁊ amaritudinē. sed dedit nobis spi-
ritū dilectionis qui hꝫ iocunditatē et dul
cedinem.expertus sapiens exclamauit di
cens sapientie.12. ꝙꝫ bonus et ꝙꝫ suauis ē
domine spūs tuus in nobis propter hoc da
uid ꝓpheta celestiū nuptiaꝝ pincerna ad
degustationem huiusmodi dulcedinis tā
ꝙꝫ vini conditi nos ꝓuocat dicens. gusta
te et videte qm̄ suauis est dn̄s. Bene dicit
gustate. q2 illa dulcedo supna in hac vita
sentitur ad modicā breuitatem.sed in vita
beata in vbertate domus dei bibetur ad
ebrietatem ps̄. Inebriabuntur ab vberta
te domus tue. Tercio diligendus est deꝰ
fortiter sine defectione ps̄.diligam te dn̄e
fortitudo mea dn̄s.firmamentū meum et
refugiū meum et liberator meus. dn̄s est
fortitudo nostra in agendis meritorijs.fir
mamentum nostrum in perferendis mole
stijs refugium nostrū est in declinandis vi
tijs.liberator noster est in euadendis mi-
serijs Exodi.iij. Uidi afflictionem populi
mei in egypto ⁊ clamorē eius audiui.seq̄-
tur. Et descendi vt liberarem eum. sic ergo
dn̄s est fortitudo nostra in agendis meri-
torijs.et ideo sibi cum omni diligentia de
bemus seruire et in eius seruitio expēdi.
Hic est enim eius depositum et ideo est si
bi fideliter seruiendū ⁊ in eius seruitio im
pendenduꝫ.2.Mach.3. Deus depositis le
gem posuit.vt his qui deposuerant ea sal
ua custodiret.isti gloriosi apostoli beatus
philippus ⁊ iacobus fortitudinem suā be
ne dn̄o custodierunt ⁊ in xp̄i seruitio expē
derunt.ꝺm illud ps̄. Fortitudinē meaꝫ ad
custodiam.tanta enim in istis apostolis di
lectionis fortitudo fuit ꝙ ipsam enumera
re nec tribulatio nec passio preualuit Can
ticorū.8. Fortis est vt mors dilectio. Sic
ergo primo commendātur isti apostoli a
feruore caritatis.cum dicitur. Qui dili-
gunt te. Secundo commendātur ab vti-
litate eruditionis.cum dicitur.sicut sol in
ortu suo splendet. Sciendum ergo ꝙ tria
fuerunt in istis apostolis per que sicut sol
in ortu suo splendet ita et ipi splēdiderūt
Primum fuit circumspectio studiosa. Se-
cundum fuit predicatio gratiosa. Terciuꝫ
fuit cōuersatio fructuosa. Primo ergo isti
apostoli splendiderunt per circumspectio
nem studiosam.2.ad Chorinteos.4. Deꝰ
qui dixit de tenebris lucem splendescere
ipse illuxit in cordibus nostris ad illumi-
nationem scientie claritatis dei.deꝰ dixit
de tenebris lucem clarescere.sicut dicitur
de mane fieri meridies id est post mane.
vt intelligatur ordinabiliter.sic illi qui aṅ
fuerunt in tenebris infidelitatis lux dicū
tur qn̄ conuertuntur ad fidem dn̄i Jhesu
christi Ephese.5. Eratis em̄ aliqn̄ tenebre
nunc autē lux in dn̄o.iste dn̄s deus illuxit
in cordibus eorū qn̄ dedit eis claritatem
cognitionis secretoꝝ suoꝝ ipse autem so
lus est qui ipsos potuit interius illustrare.

sicut nullus ita bene potest domum illu-
minare sicut ille qui habet in manu lucē
candele. Deutro. xxxiij. In dextra eius i-
gnea lex. ista lege tāꝙ igne lucēte sic illu
strauit eos ꝙ ipsos nō solum lucentes sed
lucem ecclesie fecit. Mathei. 5. Uos estis
lux mundi. Scdo splendiderunt isti sancti
apostoli per eruditionem gratiosā Eccle
siastici. 43. Uide arcum et benedic qui fe
cit illum valde speciosus est in splendore
suo. quilibet istoꝝ duoꝝ apostoloꝝ arcus
potest dici. in arcu duo sunt. corda ⁊ lignū
corda est mollis ⁊ lignum est durū. in quo
duo designantur q̄ in sāctis apostolis fue
runt. scꝫ soliditas veritatis et clemētia mi
sericordie siue pietatꝭ i ipīs em̄ mīfīcodia
et veritas obuiauerū sibi. De isto arcu sa
gitte sunt emisse de quibus in ps̄. Sagit
te potētꝭ acute cū carbonibꝰ desolatorijs
Iste sagitte acute fuerūt ad deiectionem
infidelium. cum carbonibus desolatorijs
ad inflāmatōem fideliū. iste arcus in splē
dore suo dictus est speciosus. isti em̄ san-
cti apostoli rōne predicationis pulchri fue
runt in predicatōe isaie. lij. ꝙꝫ pulchri suꝑ
montes pedes annunciantes et predican
tis pacem. annunciantis bonum predican
tis salutem. Sciendum ꝙ pedes appellā
tur ibi intrinsice affectiōis ex sua pulchri
tudine domino placentes ⁊ nō solū fuerūt
pulchri ꝓpter euāgelij predicationē. sꝫ ēt
mō splendēt ꝑ claritatis gloriose partici-
patōem Danielis. 12. Qui aūt docti fuerit
fulgebū quasi splendor firmamenti. et qui
ad iusticiā erudiūt multos quasi stelle in
perpetuas eternitates Tercio splēdiderūt
isti apostoli sancti ꝑ conuersatōē fructuo
sā. vn̄ vtꝙ istoꝝ p̄t dici id Baruth. 5. Deꝰ
ostendet splendorē suū qn̄ ipsis in exēpluꝫ
clare et fructuose conuersationis se ꝓpōi
isti duobꝰ apostolis spēaliter cōuenit illō
qō dicitur zacharie. iiij. Isti sunt duo filij
olei splendoris. vbi ꝯmendātur a tribus
Primo a fraterna caritate. cum dr̄ isti sūt
duo. Scdo ab interna pietate. cum dr̄ filij
olei. Tercio ab honestatis decore. cum dr̄
splendoris. Tercio ꝯmendantur isti apo-
stoli ab honestatis ꝯuersatione. cum dici-
tur rutilant. Sciendū est ꝙ sancti aposto-
li rutilauerūt tripliciter. Primo em̄ rutila
uerūt decore veritatis. Scdo caritatis fer
uore. tercio rutilauerunt passionis amore
Primo ḡ rutilauerūt veritatis decore. 2.
Regū. 23. Sicut lux aurore oriēte sole ma
ne absꝙ nubibus rutilat. sic lux diuine sa
pientie que fuit in apostolis rutilauit veri

tatem sine erroribus. lux autem sapientie
rutilationem solis et aurore recte compa-
ratur. Sap̄. 7. de luce sapientie dicit̄. Est
enim hec speciosior sole et super omnē di
spositionem stelarum luci comparata inue
nitur prior. vnde sanctis apostolis a chri-
sto dr̄ sic luceat lux vestra corā hoibus vt
videāt oꝑa vestra bona. sic isti sancti apo
stoli sapīe decore rutilauerūt. vigore enī
diuine sapīe repleti fuerū. vn̄ dn̄s ih̄s qui
ip̄os decore sapīe repleuit dixit qn̄ ipsos
ad p̄dicādū misit. Cū veneritis āte reges
et principes nolite cogitare quō aut quid
loquamini Math. x. Scdo rutilauerūt isti
sācti apostoli caritatis feruore Cāti. 5. Di
lectꝰ meus candidus et rubicūdus. Isti sā
cti apostoli fuerūt a deo dilecti qr fuerūt
candidi puritatis cādore. et rubicūdi cari
tatis feruore. vn̄ de puritatꝭ cādore Eccle
siastes. 6. Om̄i tp̄e vestimenta tua cādida
sint. vestimenta sūt virtutū ornamēta que
debent seruari cādida qr dn̄t seruari puritatꝭ
nitore decore ꝓpter qō hic dr̄ dilectus cā
didus caritatis feruore. sicut em̄ rubor na
turalis gn̄atur ex ṽtute caloris sic rubor
spūalis generatur ex ṽtute amoris. rubēs
em̄ flāma caritatis ita corda istoꝝ aposto
loꝝ inflāmauerat ꝙ etiā in aquis ꝑsecuti
onis rutilabāt Sapie. 16. Qō em̄ mirabile
erat in aq̄ q̄ oīa extiguit plus ignis vale-
bat. sic isti dilecti dn̄i apostoli fuerūt can-
didi ⁊ rubicūdi. cādidi siue nitidi puritate
rubicūdi caritate Trenoꝝ. 3. Nazarei eiꝰ
nitidiores lacte rubicūdiores ebore anti-
quo. Tercio rutilauerūt isti sācti apostoli
passionis amore Isa. 63. Quare rubrū est
indumentū tuū ⁊ vestimēta tua sicut calcā
tiū in torculari. vestimenta sūt membra q̄
sūt aīe tegumenta. ista vestimēta fuerunt
in beato iacobo rubricata. qr eius sāguie
fuerūt dū lapidaretur respersa vn̄ eius in
dumētū rubeū fuit et vestimenta sicut cal
cātiū i torculari. bn̄ vestimenta bti Iaco-
bi fuerūt sicut i torculari calcātiū. ip̄e cal
cauit quasi mustū rubeuꝫ qn̄ vidit corpus
suū iudeis lapidātibus resꝑsū et bn̄ torcu
lar calcauit q̄ etiā penā passionis ⁊ crude
litatē lapidātiū tā ꝓp̄e rōni ꝙꝫ diuie volū
tati subiecit. Un̄ de ip̄o legitur ꝙ cū sacer
dotes legis precipitassent eū de pinaculo
templi ꝯuersus suꝑ genua sua orauit do-
minū dicens rogo te pater dimitte illis qr
nesciūt q̄d faciūt. sic ergo vestimēta istius
beati iacobi fuerūt sicut calcantium in tor
culari. beatus ēt philippꝰ etsi crudelē mor
tē passionis ꝑ xp̄o nō sustinuit passio tam

voluntate si opus eēt nō defuit ꝗ multas
tribulatiōes q̄s p xp̄o sustinuit mime re
putauit. Vñ vtriꝗ istoꝝ duoꝝ pōt adapta
ri illud qđ Lu. 22. dr. Vos estis ꝗ ꝑmansi
stis mecū in tentationibus meis et ego di
spono vobis sicut disposuit mihi pater re
gnū. Ad qđ regnū nos ꝑducere dignetur

¶ De sctō philipo et Jacobo Sermo. ii.

HAc tibi duas
tubas argenteas du
ctiles Numeri. x. in
verbo ꝓposito a tri
bus isti ap̄li ꝯmēdā
tur. primū ē plenitu
do sapie qđ notaṫ cū
dr fac tibi duas tubas. Scđꝫ est pulchritu
do eloquētie qđ notaṫ cū diciṫ argēteas.
Terciū est prōptitudo obediētie. qđ nota
tur cū dr ductiles. Primo ergo isti ap̄li cō
mendanṫ a plenitudīe sapie cū dr fac tibi
duas tubas. sicut eni tuba pri⁹ flatu teple
tur ꝙ ab ip̄a sonus audiaṫ: sic xp̄us istos
apostolos tanꝙ sp̄uales tubas flamīe spi
ritusscti repleuit: et sic sonū p̄dicatōis ip
soꝝ audiri fecit Ecclesiastici. 39. Si domi
nus magnus voluerit sp̄ū intelligentie re
plebit illum. ⁊ ip̄e tanꝙ imbres mittet elo
quia sapientie sue sic ergo sp̄ualiter apo
stoli isti vocati sūt tube. vñ potest esse ver
bum p̄ris ad filiū loquētis et de vocatiōe
istoꝝ apostoloꝝ precipientis ⁊ dicētis fac
tibi duas tubas. Sciendū ergo ꝙ vsus tu
baꝝ ad multa est nobis necessarius. sicut
colligitur ex sacra scriptura. Sed scđm ꝙ
cōpendiū sermonis sustinere potest modo
dicamus ꝙ ad tria est nobis vsus tubaꝝ
necessarius. Primo est nobis necessarius
in congressione belloꝝ. Scđo in significa
tione signoꝝ. Tercio ī resurrectione mor
tuoꝝ. Primo ergo vsus tubaꝝ ē nobis ne
cessarius in ꝯgressione belloꝝ. Numeri. x.
Si exieritis ad bellū de terra vestra cōtra
hostes qui dimicant aduersus vos clange
tis vlulantibus tubis. ⁊ erit recordatio ve
stri coram dño deo vestro vt eruamini de
manibus inimicorum vestroꝝ. quādiu su
mus in hac vita necesse habemus bellare
qr tā demones ꝙ vitia nō cessant nos im
pugnare: ⁊ ideo quātum possumus debe
mus ꝯtra ip̄a rebellare. ⁊ sunt noua bella
de quibus Judicū. 5. dr. Noua bella ele
git dñs. Ista bella que fiūt in cōflictu bo
noꝝ ꝯtra insultum demonum ⁊ vitioꝝ no
ua dicūtur. antiqui enim milites solebant
pugnare fortitudīe corꝑali sꝫ milites euā
gelici pugnant fortitudīe fidei. 1. Petri. 5.
Aduersarius vester dyabol⁹ tanꝙ leo ru
giens circuit querens quē deuoret cui re
sistite fortes in fide. in isto ꝯflictu debem⁹
tubis vlulantibus clangendo clamare qr
debemus in amaritudine afflicti sp̄ūs cla
mando deū ad misericordiā ꝓuocare. Jo
helis. 1. Expgiscimini ebrii ⁊ flete ⁊ vlula
te oēs qui bibitis vinū in dulcedine. Nā
ꝯtra delectatiōis qualitatē dꝫ esse quali
tas amaritudinis et afflictionis vt sic de⁹
prouocetur ad dimissionē iniq̄tatis ⁊ trās
gressionis. vñ h̄ dicitur erit recordatio no
stri coram dño deo nostro vt eruamini de
manu inimicoꝝ vestroꝝ: ꝓpter clamorē
eoꝝ vestrū et afflictionem flectiṫ deus ad
misericordiā ⁊ liberationē Exo. 3. Vidi af
flictionē populi mei in egipto et clamorē
eius audiui ⁊ descendit vt liberarem eūꝫ
Scđo vtilis est vsus tubaꝝ ad significatio
nem signoꝝ. Apocalip. 8. Septē angeli ꝗ
habebant septē tubas preparauerūt se vt
tubis canerēt ꝑ istos septē angelos signa
tur vniuersitas doctorū apostolorū ⁊ san
ctoꝝ confessoꝝ. In septē tubis signaṫ per
fectio doctrine illoꝝ. isti debent se p̄parare
anteꝙ audiant tubas canere exceptis eoꝝ
apostolis qui gaudebant priuilegio singu
lari isto scꝫ qđ est predicādū nō oportebat
eos studendo premeditari Mathei. x. No
lite cogitare quō aut q̄d loquamini. Istis
dico exceptis qui sine premeditatiōe ⁊ stu
dio verbum dei preponunt. quātum est in
se illud irrisioni vel derisioni exponūt nā
ad certam significationē signoꝝ tubis clā
gunt. 1. ad Choriteos 14. Si incertū son
num de tuba quis preparabit se ad bellū.
Nūe. x. Data sūt certa signa qñ tubis clā
gētib⁹ debebāt cōuenire p̄ncipes ⁊ qñ cō
uenire debebāt populares. sic ergo p̄dica
tores anꝙ tubis p̄dicationū canāt opꝫ vt
subiectis signis ⁊ ordinatis significatiōi
bus qđ dicūt ꝓponāt Prouer. 16. Hoīs ē
animū p̄parare et dñi aūt gubernare lin
guā hominis est animū preparare ꝑ dili
gentiā studii ⁊ inuestigatiōis. sed dñi est
gubernare linguā ꝑ directionē sermonis
Tercio est necessari⁹ vsus tubaꝝ in resur
rectione mortuoꝝ. 1. ad Chorinte. 15. Oēs
quidem resurgemus de morte ad vitā sed
non oēs immutabimur per gloriam ipsis
electis eoꝝ resurgentib⁹ cum gloria repro
bi resurgent cum ignominia modū autē
resurrectionis cum dicit in momento in
ictu oculi in nouissima tuba vbi tria exp̄
mit. Primo potentiā suscitātis cum dicit:

in momento. Magna erit diuine potentie ostensio quando omnes mortui qui ab initio mundi vsqꝫ in finem fuerint resurgēt in momento. Scdo exprimit improuidentiam resurgentis cum dicitur in ictu oculi sicut em̄ palpebre oculi ictibus suis impceptibiliter claudūtur et apiuntur sic mortui tam boni ꝙ mali dum non prouidebunt resuscitati ad iudicium vocabuntur Tercio ponit incussionem timoris. cū dr in nouissima tuba. magna deberet esse incussio timoris ex protractione sonitus illius tube clangentis ꝛ homines ad diem iudicij vocantis. quod considerans sophonias propheta Sophanie primo dicens. Dies ire dies illa. dies tribulationis ꝛ angustie. dies tenebrarum ꝛ caliginis. dies nebule et turbinis dies tube et clāgoris Istius tube clangorem multum timebat beatus hieronimus qui dicebat. semp videtur sonare in auribꝰ meis michi illa tuba horribilis et dicere. surgite mortui venite ad diē iudicij. ergo isti apostoli recte tuba vocati sunt. ipsi enim fideles ad bellum spirituale prouocauerunt. Ipsi etiam fideles sub certis significationibus vel signis docuerūt. ipsi aduentū districti iudicis clangendo sonis terribilibus predixerunt. Sic ergo primo commendantur isti apostoli a plenitudine sapientie. cum dicitur argenteas. Sciendum ergo ꝙ argentum est mūdum et sonorum ꝛ a venis terre separatur. propter quod isti sancti apostoli ratione triplici possunt argento comparari. Ipsi em̄ fuerunt mundi per sanctificationem. Secundo fuerunt sonori per predicationem. Tercio fuerunt a terra separati per contemplationem. Primo ergo fuerunt mundi per sanctificationem. Malachie tercio. Sedebit conflans et emundans argentum. argentum possunt dici corda istorum apostolorum. istud argentum dominus. Jesus christus conflauit quando ipsum spiritum sanctum insufflauit et illis potestatem ligandi atqꝫ soluendi donauit Johannis vicesimo. Insufflauit et dixit. Accipite spiritum sanctū quorum remiseritis peccata remittuntur eis. et quoꝝ retinueritis retēta erūt certe dominus istud argentum conflauit quando ipsos in die penthecostes spiritusancto i linguis igneis exterius apparēte interiꝰ inflāmauit Actuum secundo capitulo Sic ergo christus argentum conflauit istud et iste dominus emundauit quādo omni timore humano excluso. ipsos virtute ex alto in fide et dilectione roborauit Luce vicesimo quarto. hic sedete in ciuitate quo adusqꝫ induamini virtute ex alto. induti et in fide et dilectiōe roborati. ita vt ignominias ꝛ obprobria que pro christi nomie sustinebant minime reputabant: imo gaudium et leticiam putabant Actuum quito Ibant apostoli gaudentes a conspectu cōcilij quoniam digni habiti sunt pro nomine iesu contumeliam pati. Secundo comparati sunt isti apostoli argento quia fuerunt sonori per predicationem Prouerbiorum decimo. Argentum electum lingua iusti. lingue istorum sanctoꝝ scilicet apostolorum sunt electum argentum propter sonum predicationis. electum propter arbitriū diuine voluntatis et vocatiōis Ipsi em̄ fuerūt in predicatione sonori psalmista. In omnem terram exiuit sonus eorū et in fines orbis terre verba eorum gloriose campane fuerunt isti apostoli in campanili sancte ecclesie sic per vite eminentiam eleuate ꝙ eoꝝ sonus auditus est in toto orbe. recte ergo lingue istorum dicuntur argentum propter sonum predicationis. dicitur etiam istud argentum electuꝫ propter arbitriū diuine vocationis et electionis vt habetur Johānis quindecimo Non vos me elegistis sed ego vos vt eatꝫ et fructum afferatis Iste fructꝰ fuit multiplicatio meritorum. conuersio elatorū. qui fructus est ita bonus et sanus ꝙ non putrescit sed permanet in secula seculoꝝ et hoc est qđ subditur ꝛ fructus vester maneat. non enim fructus iste ab eis auferetur. sed manebit cum ipsis in eternitate ꝛ societate angelorum. Sic ergo isti apostoli fuerunt per predicationem sonori. Isti etiam sono dominus gratiam benedictionis sue adiunxit vt habetur Prouerbioꝝ vicesimo secundo capitulo. Super aurum et argentum gratia bona nō enim sufficit plenitudo sapientie nec plenitudo eloquētie. nisi istis subdatur suauitas ꝛ dulcedo diuine gratie talis fuit predicatio istoruꝫ apostoloꝝ. vnde de vtroqꝫ istoꝝ duoꝝ dicit illud Ecclesiastici sexto capitulo. Lingua eucharis id est gratiosa i dictis i bono homine abūdauit ꝛ reuera in istis apostolis christi abundauit. Tercio comparati sunt isti sancti apostoli argento quia separati sunt a terra per contemplationem vt habetur Job vicesimo octauo capitulo Habet argentum venarum suarum principia ꝛ auro locus est in quo conflatur argentum de terra tollitur. argētū sicut plu

ries dixi dicuntur isti apostoli quia mūdi per sanctificationem. p predicationem so nori. ꝛ per cōtemplationē eleuati. Istud argētum habet principium venarum sua rum. Nam sicut in humano corpore inue nis includitur sanguis et spiritus ad ho minis vegetationez. sic istis apostolis da tus est spiritus sanctus ad eorum spiritu alem viuificationem ꝛ motus vitalis pro palationem. Actuū secundo capitulo. Re pleti sunt omnes spiritusancto ꝛ ceperūt loqui varijs linguis prout spiritus dabat eloqui illis. venarum ergo istius argēti p̄n cipium est spiritussancti donum precipu um. sequitur auro locus est in quo confla tur. aurum locum sue conflationis habet ardorem fornacis. sic isti sancti conflato riuz date sapientie que per aurum signa tur. habuerunt ardorem tribulationis ꝛ aduersitatis p loco fornacis vt habetur Ecclesiastici secundo capitulo. In igne p batur aurum ꝛ argentum. homines vero receptibiles in camino humiliationis. se quitur. argentum de terra tollitur. Argē tum de terra tolli nichil aliud est q̄ istos apostolos per contemplationem diuinitꝰ eleuari vel extolli. Unde de ipso potest di ci illud Ecclesiastici quinquagesimo capi tulo. Quasi oliua pullulans et q̄si cupres sus in altitudinem se extollēs. ipsi fuerūt quasi oliua pullulans oleū pietatis ꝛ con passionis. ꝛ quasi cupressus in altitudinē se extollens per fastigium cōtemplatōis. Sic ergo secundo commendantur isti san cti apostoli a plenitudine eloquentie. cuz dicitur. argenteas. Tercio commēdātur isti apostoli a pmitudine cum dr ducti les. Sciendū ergo q̄ isti apostoli fuerūt ductiles per abdicationem proprie volū tatis vt habetur Johannis vicesimo pri mo capitulo. Dixit dominus petro cuz es ses iunior cigebas te et ambulabas quo volueras. cum autem senueris extendes manꝰ tuas ꝛ alius te cinget ducet te quo tu non vis. In ista auctoritate bene expri mit formaz claustralium vel religiosoruz qui q̄mdiu sunt iuuenes in seculo discur rūt per campos litie. ꝛ pro voluntate sua satisfaciunt sue lasciuie. sed quādo religi onem ingrediuntur institutis regularibꝰ constringūtur. ꝛ a suis lasciuiis et volup tatibus restringūtur. hic nichil aliud ē q̄ manus suas per votum obedientie exten dere. et se alteriꝰ restrictioni et regimini ↄmittere qui enim semel se alterius obe dientie cōmitit cum iam voluntatem ha bere non debeat pro sua volūtate. nō di scurrit. huius forme obediēdiā saluator noster expressit cum dixit Mathei vicesi mosexto capitulo. Pater si non potest trā sire calix iste nisi bibam illum fiat volu n tas tua. In quo de plano regularibus ex posuit. q̄ sicut voluntatem patris volūta ti sue preposuit. Si ergo volūtates suas voluptatibus superiorū suorum preponāt regulares facti sunt. nō solum regulariū sed etiam documentorum euangelii trās gressores. Huius etiam exemplum quan tum ad doctrinam nobis Paulus aposto lus ostendit. Ipse enim a domino flagel latus et plaga cecitatis percussus dixit ad eū. Domine quid vis me facere. vt ha betur Actuum nono capitulo. Quasi no lo repugnare. sed in omnibus ꝛ per omia obedire. in quo etiam nobis traditur for ma. quia quantumcunq̄ dure corrigan tur religiosi. dum tamen illa correctio sit scdm deum et salutem animarum suarum non debēt recalcitrare. sz humiliter obe dire. sic ergo isti apostoli primo fuerūt du ctiles per abdicationem proprie volunta tis. Secundo fuerūt ductiles per adopti onē spiritꝰ libertatis vt habetur ad Ga latas quinto capitulo. Si spiritu ducimi ni non estis sub lege. fideles qui spiritu li bertatis ducuntur a seruitute legalis ob seruantie excluduntur. imo ipsi a seruitu te excluduntur. quoniam spirituz liberta tis sequantur vt habetur ad Romanos. octauo capitulo. Non accepistis iterum spi ritum seruitutis in timorez sed spiritum adoptionis filiorum. magnum bonum est bonum libertatis ꝛ tantum bonum q̄ si bi nō valet temporale aliud coequari. Ma gnū ergo bonū Christus nobis fecit quā do ab humeris nostris iuguz legis pecca ti ꝛ dyaboli excussit. ꝛ nos per gratiaz su am in filios adoptauit. Nam sicut ibidez dicitur si filii ꝛ heredes dei coheredes au tem christi. insani sunt homines qui spiri tum adoptionis filiorum dei pe culpam dimittunt. ꝛ se seruos peccati peccādo fa ciunt vt habetur Johannis octauo capi tulo. Qui facit peccatum seruꝰ est pecca ti. Tercio fuerunt isti apostoli ductiles per tollerantiam tribulationis vel aduer sitatis vt habetur Mathei decio capitu lo. Ad reges ꝛ presides ducemini propter me apostoli domini ꝛ martires sancti pro christi nomine coram regibus ꝛ presidibꝰ ducti fuerunt. ꝛ ibi tonsi ꝛ malleati ducti les effecti sunt. Uis audire crebros ictus

malleatorum ad extensionem et produ-
ctionem sanctorum ⁊ apostolorum malle
ationem ductiles facti sūt vt habetur ad
hebreos vndecimo capitulo. Sancti lu-
dibria ⁊ verbera experti sūt. insuper ⁊ vi
cula ⁊ carceres lapidate sūt. in occisione
gladij mortui sunt pro christo. Nō est mi
ruȝ si apostoli domini tube ductiles effe
cti sunt qui tot ictus malleatorū sustinu-
erunt. sic isti ict⁹ malleatorum sic istos ꝓ
tenderunt ꝙ ipsos in longum ⁊ latum ex
tenderunt. Ipsi ei per malleationes suas
adeo cōualuerūt ꝙ regna terre fidei chri
sti subiecerunt. se in operib⁹ caritatis de
lectauerant. se etiam vsqȝ ad altitudineȝ
regnoꝝ celestiū extenderūt. hebreos vñ
cimo capitulo. Sancti per fidem vicerunt
regna operati sunt iusticiam. adepti sunt
repromissiones adeptō istarum repromis
sionum est adeptio corone regni celorum
vt habetur. Jacobi primo capitulo. Beat⁹
vir qui suffert tentationem quoniam cuȝ
probatus fuerit accipiet coronam quam
repromisit deus diligentibus se. quaȝ co
ronam nobis donare dignetur.

De sancta Cruce Sermo primus

Michi autem ab-
sit gloriari nisi in cruce dñi no
stri Jhesu Christi. vt habetur
ad Gallatas sexto capitulo. Ad honorem
et commendationē sancte crucis. In ver-
bo proposito notantur duo. Primo enim
notatur detestatio gloriationis vane. cū
dicitur. Michi autem absit gloriari. Se-
cundo notatur emulatio gloriationis ve
re cum dicitur nisi in cruce domini nostri
ihesu christi. Quantum ad primum scien
dum ꝙ quattuor sunt genera hominum
vane gloriantium. Primi enim glorian-
tur in corporali potentia. Secūdi glorian
tur in seculari sapientientia. Tercij glo-
riantur in abundantia temporali. Quar-
ti gloriantur in fama ⁊ magnificentia po
pulari. Primi enim gloriantur potentia
corporali. Unde Judich primo capitulo di
citur de arphaxat rege medoruȝ ꝙ glori
ebatur quasi potēs in potētia exercitus
sui. Duo sunt que reddunt hominem po-
tentē gloriosum virum. Primum est for-
titudo innata. ⁊ quantum ad hoc dicit ꝙ
gloriabatur quasi potēs. Secundum est
multitudo subiecta. ⁊ hoc notatur cuȝ di
citur in potentia exercitus sui. Unde de
oloferne dicitur Judich vndecimo capitu
lo. Tu solus bonus ⁊ potens es in omni
regno. Nabuchodonosor et disciplina
tua omnibus prouincijs predicatur.
Duo faciunt hominem militarem valētē
Primum est fortitudo corporalis. Se
cundum est industria naturalis. Sed for
titudo corporalis isti⁹ olofernis fuit per
infirmitatem mulieris eneruata. eius na
turalis industria fuit per eiusdem mulie
ris sapientiam circumuenta. ipsa ei cum
⁊ verbis sapiētibus circūuenit ⁊ proprio
gladio interfecit. propter quod dicitur ꝓ
mo Machabeorū secundo. A verbis viri
peccatoris ne timueritis qui gloria eius
stercus ⁊ vermis est. nichil est vilius ster-
core. nichil est mollius verme. domin⁹ er
go virorum peccatorum subuertit gloriā
quando ipsam conuertit in vtilitatem et
infirmitatem vt habetur Isaie primo capi-
tulo. Erit fortitudo vestra vt fauilla stup
pe. ⁊ opus vestrum quasi scintilla. ⁊ succē
detur vtrumqȝ simul. ⁊ non erit qui extin
guat. In presēti vita culpa remittitur. sȝ
in futura vita nunqȝ delebitur. ⁊ hui⁹ ra
tio ē. quia nec ibi erit vigor misericordie
resistentis nec ibi erit humor gratie exti-
guētis. vt habetur Ecclesiastici tercio ca
pitulo. Ignem ardentē extinguit aqua ec
ce gratie extinguētis humor et sequitur
ibi. ⁊ elemosina resistit peccatis. Ecce mi
sericordie resistentis vigor. propter pdi
cta ergo non est gloriandū in potētia cor
porali vt habet Jeremie nono capitulo
Non glorietur fortis in fortitudine sua.
Secundo sunt alij qui vane gloriantur in
scientia seculari vt habetur Jeremie no-
no capitulo. Non glorietur sapiens in sa
pientia sua sed in hoc glorietur qui glori
atur scire ⁊ nosse me. Sunt aliqui hoies
qui de sapia seculari gloriātur. quādo se
iactant de fraude ⁊ conuentione proximo
rum vt habetur Jacobi tercio capitulo.
Non est ista sapientia desursum descen-
dens a patre luminuȝ sed terrena anima
lis dyabolica. terrena dicitur quantū ad
cupidos ⁊ auaros. animalis quātum ad
voluptuosos. In ista sapientia nō est glo
riandum quia deo cōtrariatur. et ideo q
in ipsa gloriatur eius gloria in hoc consi
stit ꝙ ei dominus aduersatur. quod ē mlt
tum fatuum. Nullus enim nisi fatuus cō
stituit in hoc suam gloriam ꝙ habet in in
finitum potentiorem et meliorem se sibi
aduersantē. Non ergo gloriantur in suis
fraudibus homines dolosi. quia tales vt
uidetur appetūt vulpibus assimilari. vul

pes animalia sunt dolosa ⁊ solent in suis
foueis latitare. vt cautius et magis ex in
prouiso possint aues ⁊ animalia simplicia
lacerare vt habetur Mathei octauo capi
tulo. Uulpes foueas habēt. homines do
losi quasi vulpes latitāt i suis foueis. qn̄
sub tegmento simulationis. procedūt ad
nocumentū superne dilectionis. Iste sūt
de quibꝰ dicitur Job tricesimo sexto. Si
mulatores ⁊ callidi prouocant iram dei.
et sequitur. morietur i tempestate anima
eorum. iusta est pena ista. ipsi enim inten
dunt vocem sub quadā simulationis ser-
uitute. ⁊ ideo deus ipsos puniet in frigo
re ⁊ tempestate ꝓpter hoc dictum est nō
glorietur sapiens in sapientia sua. ⁊ seq-
tur sed in hoc glorietur qui gloriatur sci
re et nosse me. scire dicit i fidei enigmate
nosse dicit in spei claritate vt habet̄. Sa.
quindecimo capitulo. Nosse te consuma
ta iusticia est. iusticia in sacramētis fidei
iniciatur. bonis operibꝰ roboratur. fina-
li perseuerantia perficitur. sed etiaz in vi
sione aperta consumatur. quia ibi a fide
libus nunq̄ aufertur vt habetur. Sapiē
tie primo capitulo. Justicia enim perpe-
tua ⁊ imortalis est. Tercio sunt aliqui ho
mines qui gloriantur in abundantia tem
porali vt habetur in psalmo. In multitu
dine diuitiarum suarum gloriantur. Ille
qui gloriatur in opulentia rerum similis
est somnianti qui gloriatur in celsitudine
bonorum. ⁊ in dulcedine potuum ⁊ cibo
rum. sed ista delectatio non est fructuosa
qui satis cito post inuenitur penuriosa.
vt habet̄ Isaie vicesimonono capit̄lo. Si
cut somniat esuriens ⁊ cōmedit. cum aūt
fuerit experge factus vacua ē anima eiꝰ.
et sicut somniat sitiens et bibit. Et postq̄
fuerit experge factus lassus adhuc sitit.
et aīa eius vacua est. Sic est in istius se-
culi diuitibus. in abundantia rerum sua
rum gloriantibus. Quia a rebus suis vl̄
in nullo vel in modico iuuantur vt habe
tur etiam in illo psalmo. Dormitauerunt
somnum suum et nichil inuenerunt. vi-
ri diuitiarum in manibus suis. propter
hoc sunt stulti diuites huius mundi qui
rebus temporalibus obsequuntur que
ipsos in extrema necessitate nō sequūtur
Nos ergo fratres in presenti vita bona
opera exequimur vt ipsa in futura vita
laudabiliter assequamur vt habetur Pro
uerbiorꝫ vltimo capitulo. Date illi de fru
ctu manuū suarꝫ ⁊ laudetur euz in portis
opera eius. illa laus non est vana sed est
bona et vera quam faciunt bona opera.
Quarto sunt aliǰ homines qui gloriātur
in fama populari sc̄do ad Chorinteos q̄n
to capitulo. Damus vobis occasionē glo
riandi pro nobis vt habeatis ad eos qui
in facie gloriantur ⁊ non in corde. aposto
lus in illis gloriabatur de quorum fide ⁊
profectu letabatur. Nam gloria prelato
rum ⁊ doctorum est profectus subiectorꝫ
et discipulorum pria ad Thessalonicēses
secundo capitudo. Que ē em̄ nostra spes
et gaudium aut corona glorie. Nōne vos
ante dominum nostrum Jhesum christuz
estis in aduentu eius vos enim estis glo
ria nostra et gaudium. ꝓpter hoc dicit vo
bis damus occasionem gloriandi pro no
bis. ⁊ sequitur. Ut habeatis ad eos qui ī
facie gloriantur ⁊ non in corde. vt habea
tis intelligendi firmitatē veritatis cōtra
vanitatem simulationis. Contra eos qui
gloriantur in facie exterioris simulatio-
nis et nō in corde interioris sanctificatio
nis. debemus gloriam nostram constitue
re vbi dominus consueuit diligenter in-
spicere. i. Regum decimosexto capitulo.
Homo videt que patent deus autem in-
tuetur cor. Nos ergo in corde gloriemur
vbi deꝰ familiariter intuet̄. i. ad. Thessa
lonicenses sc̄do. Sicut ꝓbati sumꝰ a deo
vt crederetur nobis euangelium ita loq-
mur non quasi hominibus placentes sed
deo qui ꝓbat corda nostra. Corda nostra
a christo probantur ⁊ cum ab ipso proba
ta fuerint si vera et iusta reperiantur ab
ipso approbantur. approbata vero coro-
nantur Jacobi primo capitulo. Cum pro
batus fuerit accipiet coronam vite sc̄ds
ad Chorinteos decimo capitulo. Nō em̄
qui seipsum commendat ille ꝓbatꝰ est sz
quē deꝰ cōmēdat. illiꝰ ꝯmēdatio bene est
probanda et tenenda que nec fallitur in
iudicio nec fallit in verbo. contra cōmen
dationem adulatorum qui in iuditio fre
quenter falluntur ⁊ in verbo frequenter
fallūt. sic ergo primo notatur detestatio
gloriationis vane cum dicitur. Michi au
tem absit gloriari. Secūdo notatur emu
latio gloriationis vere. cum dicitur. nisi ī
cruce domini nostri ihesu christi. Et sciē-
dū est q in cruce domini nostri Jhesu xp̄i
est veraciter gloriandum. ⁊ hoc quadru-
plici ratione Primo q2 ibi inuenitur potē
tia fructuosa. Secūdo quia ibi inuenitur
sapientia preciosa. Tercio quia ibi inue
nitur abundātia copiosa. Quarto q2 ibī
inuenitur fama et magnificentia gl'iosa.

et potes reddere singula singulis vt quadruplex gloriatio vana ex aduerso quadruplici gloriationi vane respondeat. Primo ergo in cruce domini nostri Jhesu christi inuenitur potentia fructuosa. que potentia in tribus nobis est euidenter demonstrata. Ipse enim per mortem crucis inimicitias destruxit amicitias adduxit. memoriale transgressionis exclusit. Primo ergo dominus per mortem crucis inimicitias destruxit vt habetur ad Epheseos secundo capitulo. Per crucem interficiens inimicitias in semetipso. ꝓpter primi hominis peccatum exorte fuerūt inimicitie inter hominem ⁊ deum. Sed christus dominus per mortem quam in cruce. sustinuit i semetipso hoc est i carne sua inimicitias destruxit quando de pena quam ꝑ peccato in cruce sua sustinuit peccatū dānauit vt habetur ad Romanos octauo capitulo. De peccato dmnauit peccatum in carne. nam per penam quam in carne ꝑ peccato sustinuit peccatum destruxit. Secundo fuit potentia fructuosa i cruce domini quia amicitias adduxit vt habetur ad Collosenſ primo capitulo. Omnia in ipso pacificans per sanguinem crucis eiꝰ siue que in terris siue que in celis sunt. secundum glosam dominus noster Jhesus Christus per sanguinem proprium quez i morte crucis effudit celestia ⁊ terrestria pacificauit. Unde per ipsius sanguinē in cruce effusum solutū est redēptionis nr̄e preciū. ⁊ patet hominibꝰ introitus i celū Tercio in cruce dn̄i inuenitur potētia fructuosa qꝛ ꝑ mortē quā xp̄s in cruce pro nobis sustinuit memoriale trāsgressiōis deleuit ad Collo. 2. Delens qđ aduersuz nos erat. deleuit cirographū decreti qđ erat cōtrariū nobis. ⁊ ip̄m tulit de medio affigēs illud cruci cirographū decreti ſꝫ glosā dꝛ memoriale trāsgressionis quod erat ex decreto id est ex lege. per legē enī erat peccati cognitio ſꝫ nō deletio. istud cirographū erat aduersū nos ⁊ nobis cōtrariū q̄si nobis nocens ⁊ nobis crucians Nam memoriale transgressionis nos interius in ꝯscia cruciabat. et nos exterius dyabolꝰ accusabat. ſꝫ deleto isto cirographo in baptismo nec ꝯscia timet nec dyabolus qđ obiciat hꝫ. Istud cirographū đ medio tulit hoc est de ꝯmuni. qꝛ omnibꝰ erat ꝯmunis memoria transgressionis ex decreto vel dicamie legis. istud etiā cirographum christus cruci affixit qꝛ ꝑ mortem quā xp̄s in cruce sustinuit ⁊ trāsgressionis memoria ⁊ legalis obseruantia cessauit. Scđo inuenitur i cruce christi sapientia preciosa. i. Chorin. 2. Nō iudicaui me scire aliud inter vos nisi christum ihesum ⁊ hūc crucifixū. q̄d est qđ dicit apostolus ꝙ solum ihm crucifixū inter chorinteos se scire iudicauit. nōne est ille qui vſꝫ ad terciū celuz raptus fuit. ⁊ archana verba que nō licet homini loqui audiuit. sed ſm glosā istud soluitur ꝑ hoc qđ dꝛ inter nos nimis capaces sed dicit glosa. in quo tangit officiū bonoꝝ predicatoꝝ qui nō solū dn̄t i suis auditoribꝰ archana fidei ⁊ secretoꝝ celestium astruere ſꝫ etiam debent eos in bonis moribꝰ instruere et ēt informare. vt de parte xp̄i ꝑ correctionē moꝝ ⁊ mortificatōnez corpoꝝ appareant esse Gala. v. Qui xp̄i sunt carnē suam crucifixerunt. dicit glosa pugnātes cū vitiis ⁊ ꝯcupiscentiis. sic em̄ illi qui sunt de familia christi debent xp̄o militare. vt veterem hominē crucifigant. peccatum destruant. peccato etiā vltra non seruiāt ad Ro. vi. Uetus hō noster crucifixus ēvt destruatur corpus peccati. vt vlta nō seruiamꝰ peccato. ꝓpter hoc apostolꝰ qui secreta celestia ꝯgnouit ad informationē auditorum ⁊ confirmationez bonoꝝ se solū christum ihm ⁊ hunc crucifixū scire iudicauit Sciēdū est etiā ꝙ xp̄m ihm cognoscere ē om̄s thesauros sapientie ⁊ scientie possidere. Colo. 2. In ip̄o sūt om̄s thesuri sapientie ⁊ scientie abscōditi. Qui hꝫ archā plenā diuitiis nō potest conqueri de inopia ſꝫ potius potest gloriari de copia christꝰ em̄ fuit archa testamēti i qua fuit abscondita sapientia ⁊ scientia noui ⁊ veteris testamenti. ſꝫ ista archa ꝑ mortem crucis christi fuit nobis reserata. qn̄ enim in cruce de latere christi mortui sanguis ⁊ aqua fluxerunt vſꝫ ad nos ſm beatū Augustinum sacramenta ecclesiastica ꝓcesserunt in quoꝝ effectibus ⁊ virtute est tāta sapientie ꝓfunditas ꝙ ad ip̄m non sufficit humana infirmitas. ꝓpter istam abundantem sapientiam ⁊ veritatez in christo latentem vocabat apostolus dei virtutez ⁊ sapientiam. i. ad Chorinteos. i. predicamus xp̄m crucifixum iudeis quidam scandalum gentibus aūt stulticiam. ip̄is aūt vocatis iudeis atꝫ grecis xp̄m dei virtutem ⁊ dei sapientiam. Tercio inuenitur i cruce christi abūdātia copiosa Eph. i. In quo habemꝰ redēptionē per sanguinem eiꝰ ⁊ remissionē peccatoꝝ ſꝫ diuitias gr̄e eiꝰ in xp̄o ihu. ſꝫ glo. redēptionē habemꝰ

vt possimus reuerti a captiuitate qua ser-
uiebamus dyabolo venūdati sub pecca-
to. ⁊ hoc fuit per sanguinem crucis eius.
quia ꝼm glosam per sanguinem quem in
cruce pro nobis effudit suaȝ gratiam ger
minauit: quia etiam nos a seruitute rede
mit ⁊ peccata remisit. sicut dicit apostolꝰ
ꝼm diuitias gratie sue effecit O quāte di
uitie gratie Christi ⁊ p̄ciosi sanguinis ꝓ
nobis i cruce effusi. ꝑ quas diuitias gra
tie nos a ꝯuitute redemit. Peccata remi-
sit ius dyaboli qđ in nobis habebat de-
struxit preciosus sanguis christi per quē
facta est nostra liberatio. de qua scriptuȝ
est in psalmo. Quia apud dn̄m misericor
dia ⁊ copiosa apud euȝ redemptio. Quar
to in cruce dn̄i inuenitur summa ⁊ magni
ficentia gloriosa: vt habetur ad Philipē
ses secundo capitulo. Humiliauit semet-
ipsum factus obediens vsqȝ ad mortem
mortem autem crucis. propter qđ ⁊ deus
exaltauit illū ⁊ donauit illi nomen qđ est
sup oē nomē vt in noie Jesu omne genu
flectatur celestiū terrestriū ⁊ infernoꝝ: et
ois lingua ꝯfiteatur: qꝛ dn̄s ille xp̄s i glo
ria est dei p̄ris ꝼm glosaȝ in v̄bo ꝓposito
tria notat apostolꝰ de christo. Primo eiꝰ
hūiliationē. Scđo eiꝰ exaltatioēȝ. Tercio
eiꝰ glorificationē. Quātū ad primū dicit
humiliauit semetipsuȝ factꝰ obediēs. ⁊c.
Qđ ita exponit glosa nō solū sustinēdo cō
uitia ⁊ obprobria: sȝ etiā vsqȝ ad morteȝ.
O magna humilitas hūiliauit se xp̄s vsqȝ
ad incarnationē. vsqȝ ad mortalitatis hu
mane ꝑticipationē. vsqȝ ad diaboli tēta-
tionē. vsqȝ ad sputa ⁊ vicula alapas ⁊ fla
gella ad mortē. ⁊ si parui est hoc de gene
re mortis addēdū est aliq̄d mortē aūt nō
q̄ꝫlibet: sed crucis q̄ ignominiosior est ꝼm
glosam habemꝰ hūilitatis exēplū supbie
medicamentū. Quid ḡ intumescis hō. O
pellis morticina q̄d intēdis. o sanies feti
da q̄d inflaris. p̄nceps tuꝰ hūilis est. ⁊ tu
supbis. caput hūile ⁊ mēbrū supbū. ecce
q̄ꝫtū ex hūilitate xp̄i nobis data ē doctri-
na et moꝝ disciplina sic ḡ ꝼm v̄ba aposto
li in verbis ꝓpositis primo notaꝛ eiꝰ hu
miliatio. Scđo notatur eius exaltatio qđ
notatur cū diciꝛ ꝓpter qđ ⁊ deꝰ exaltauit
illū ⁊ i ipsis cōpetēs est ordo: qꝛ exaltatio
nē p̄cedere dȝ humiliatio. p̄mū tanq̄ꝫ me
ritū ꝼm tanq̄ꝫ premiū. vn̄ in glo dꝛ hūili-
tas claritatis est meritū. claritas humili
tatis premiū. Tercio in p̄dicta auctorita
te notatur christi glorificatio. vn̄ ⁊ subdi
tur. ⁊ omnis lingua cōfiteatur: quia dn̄s
noster Jesus christus in gloria est dei pa
tris. Nos ergo ad similitudinem ⁊ imita
tionē xp̄i primo humiliemur. scđo ꝑfectu
bonoꝝ opeꝝ exaltemur vt tandē imitato
res christi effecti cū xp̄o in eterna leticia
glorietur ad quā nos ꝑducere dignetur.

¶ De sancta Cruce ¶ Sermo secundus.

Benedictū lignū per quod fit iusticia Sapi. xiiii.

Ad honoreȝ sanctissime crucis
dn̄i in verbo proposito tria notātur. Pri-
mo enī notatur instrumentū nostre redē-
ptionis cum dicitur. Benedictum lignuȝ
Secundo notatur fulcimētum fructuose
operationis. cū dicitur per quod fit iusti
cia. Tercio notatur impensum obsequiū
digne cōmendationis. cū dꝛ benedictum
Quantū ad primū sciendū q̄ in ligno san
cte Crucis triplex virtus reperitur ꝓpter
quam in nobis tripliciter operatur. Pri-
mo enī operatur dulcorationē in affectu
secūdo viuificationem in effectu. Tercio
operatur redemptionē in euentu. Primo
ergo lignū sancte crucis opaꝛ dulcoratio
nē in affectu Exodi. xv. Clamauit moises
ad dn̄m q̄ ondit ei lignū qđ cū misisset in
aquas in dulcedinē verse sunt. ⁊ i opera
tione dei relucet eiꝰ potētia sapiētia cle-
mētia: sȝ potētia maxie i reꝝ magnitudie
sapiētia in pulchritudie. clemētia vel bo
nitas in reꝝ ordine. in inuētione sancte
crucis reducēt ista tria. clemētia in exau
ditiōe clamoris: qꝛ clamauit moyses per
quē pōt beata helena fidelissima signarꝫ
que ꝑ inuētione sctē crucis ad dn̄m orā-
do clamauit. sapiētia designaꝛ in ostēsio-
ne sancte crucis quod notatur cū dicitur
Qui ostendit ei lignum. potentia dei ostē
ditur in dulcoratiōe amaritudinis. quod
notatur cum dicitur quod cuȝ misisset in
aquis in dulcedine verse sunt. primuȝ cō
mendat inuenientis meritum. secundum
inueniendi modum. Tercium commen-
dat inuentionis fructum. hec enim tria
circa inuentionem sancte crucis concur-
rūt. scȝ deuotio orationis. quod notatur
in clamore. reuelatio sancte crucis. quod
notatur in ligni ostensione. operatio cele
stis quod notatur in aque amare dulcora
tione. iste enī aque erāt aque Marach. q̄
erāt amare ad nostrā eruditionē. ꝑ istas
aquas amaras aduersitates ⁊ tribulatio
nes sanctoꝝ intelligi p̄nt. q̄ in tribulatio
nibꝰ positi ad dn̄m clamare ꝯsueuerūt. si
cut faciebat ꝓpheta dauid q̄ dicebat ad

dñz cũ tribularer clamaui ⁊ exaudiuit me
qñ eñi homo in tribulatiõe posit⁹ ad dñm
clamat orando fideliter dñs audit ipsum
vel cõsolãdo vel liberãdo misericorditer.
Uñ hic subdit. q̃ ostẽdit ei lignũ per istud
lignũ potest cõpetẽter lignũ sancte crucis
intelligi qḋ tanq̃ signũ vel vexilũ in bello
militie pñtis nobis dz oñdi vt in ei⁹ aspe-
ctu xpi in eo crucifixi possum⁹ vestigia imi
tari i. Petri. ij. Christus passus est pro no
bis vobis relinquens exemplum vt sequa
mini vestigia eius. christus in gloriam pa
tris intrauit per crucis passionez. vnde fa
tuus est qui in gloriaz dei patris credit in
trare per leticiam vanam et malam dele-
ctationem Luce vl. Oportuit christum pa
ti et ita intrare in gloriam suaz. Nos ergo
memoriam sancte crucis firmiter in animo
teneamus et sic carnem nostraz cum vitijs
et concupiscentijs pugnando crucifigam⁹
Luce. xj. Si quis vult venire post me ab-
neget seipsum et tollat crucem suam et se
quatur me. ad memoriam istius preciosi li
gni crucis dñi dulcorãtur in sctis amaritu
dines aduersitatis et tribulationis. vnde
dicitur q cum misisset in aquas lignum in
dulcedinem verse sunt. lignũ in aquis mit
titur et aque dulcorantur quando tribula
tiones quas pro peccatis nostris patimur
memoria crucis christi vbi ipse innocens
pro nobis passus est cõducuntur Deutro.
xxxij. Inundationem maris quasi lac sug
gent. sancti inundationes maris quasi lac
suggunt quando passionem christi innocẽ
tissimi ad memoriam reducunt. et pro chri
sto pati cum gaudio et leticia parati sunt.
Actuum. v. Ibant apostoli gaudẽtes a cõ
spectu concilij quoniam digni habiti sunt
pro nomine Jhesu contumeliam pati. Se
cundo signuz dominice crucis operatur in
nobis iustificationem in effectu. Prouerbi
orum. iij. Lignuz vite est his qui apprehẽ
derunt eam et qui tenuerunt eam beati.
Nos debemus crucem dominicam appre
hendere firmiter credendo. tenere debe-
mus ipsam finaliter perseuerando. vt pos
sumus esse bene cũ christo feliciter regnã
do. hoc est lignum quod fuit ostensum bea
to Johanni euangeliste Apocalipsis. xxij.
Ostendit michi fluuium aque viue splen-
didum tanq̃ cristallum procedentez de se
de dei et agni in medio platee eius. et ex
vtraq̃ parte fluminis lignuz vite afferens
fructus duodecim per istũ fluuiũ qui bea-
to iohãni ostẽdit eterna beatitudo in qua
semp sine morte viuit designat. q̃ bñ p flu
uiũ describit: q2 p baptismi ablutionez ad
eã puenit. Joh. iij. Nisi q̃s renatus fuerit
ex aqua ⁊ spũsctõ nõ põt introire in regnũ
dei. vñ dñs Joh. iiij. loquẽs de hac aq̃ hoc
est vita beata dicit: si scires donum dei et
quis est q̃ dicit tibi da michi bibere. tu for
sitan petiuisses ab eo et dedisset tibi aquã
viuã. sic g̃ hoc noie fluuij aq̃ viue signatur
stat⁹ imortalitatis q̃ erit in beatis. seq̃tur
splẽdidũ. in quo signat claritas sanctoꝝ cũ
deo felicit viuẽriũ. ipsi eñi eṫnaliter fulge-
bũt sicut sol i regno pr̃is eoꝝ. seq̃tur. tanq̃
cristallũ in quo signat paruitas ⁊ trãspen-
tia aiaꝝ: q2 tũc cogitationes nr̃e alijs ap-
parebũt. i. ad Chor. iiij. Nolite añ tẽpus
iudicare quousq̃ veniat dñs q̃ ⁊ illumina
bit abscõdita tenebraꝝ. ⁊ reuelabit ↄsilia
cordiũ. seq̃tur. pcedentẽ de se dei et agni
in medio platee ei⁹. vbi signatur liberalis
cõmunicatio sanctoꝝ. maiores eñi qui se-
des dei spũaliter docti sũt. minores q̃ suis
exẽplis ⁊ documẽtis ad vitã beatã addu-
cũt q̃ p minores plateas designati sunt: q2
via latiori q̃ maiores ad vitã beatã perue
nerũt Cãti. iij. Surgã et circuibo ciuitatẽ
per vicos ⁊ plateas querens quem diligit
aia mea. tunc ergo manifeste apparebit q
per instructionez ⁊ exẽpla maioꝝ minores
peruenerunt ad regna celoꝝ Ro. x. Fides
aũt ex auditu. audit⁹ aũt p verbuz christi.
Seq̃tur hic. ⁊ ex vtraq̃ pte fluminis lignũ
vite afferens fructus duodecim. lignuz vi
te christus dicit ligno crucis suspensus et
mortuus. Due ptes fluminis sunt vita pre
sens ante iudicium et sanctoꝝ vita futura
post iudicium. quaꝝ vna est circa flumen
alia vltra. istud lignũ id est christus in cru
ce ligni positus ⁊ in ista vita ⁊ i beata nos
reficit duodecim fructib⁹. fructus quibus
nos in hac vita reficit sũt. xij. q̃ sũt. xij. fru-
ctus spũs sicut Gala. v. dicit apostolus fru
ctus aũt spũs est charitas. gaudiũ. pax. pa
tiẽtia. benignitas: bonitas: longanimitas
mãsuetudo: fides: modestia: cõtumelia. ca
stitas. Fructus autẽ quibus christus san-
ctos in vita beata reficit sunt quasi. xij. fer
cula qui dñs sanctis suis in vita beata ap
ponit. Primum ferculum est sanitas sine
egrotatione ps. Qui sanat contritos cor-
de et alligat contritiones eoꝝ. Isaie. xxv.
Precipitabit mortem in sempiternũ. Se-
cundum est plenitudo sine defectione Isa
xlix. Non esurient neq̃ sitient ⁊ nõ percu-
tiet eos estus neq̃ sol. Tercium est refe-
ctio sine fatigatione vt habetur Eccl'iasti.
vicesimoquarto capitulo. Qui edũt me ad

huc esurient et qui bibūt me adhuc sitiēt Quartum erit apta visio sine dubitatiōe i.ad Chorinteos.13. Uidemus nunc ꝑ speculum ⁊ in enigmate. tunc autē a facie ad faciem. Quintū erit gaudium sine ꝯtristatione ps̄. Inebriantur ab vbertate domus tue. et torrente voluptatis tue potabis eos. Sextum erit pax sine perturbatione Isaie.xxxviij. Utinam attendisses mādata mea facta fuisset sicut flumē pax tua. Septimum est securitas sine timore Psal. Non timebis a timore nocturno. Octauum est ad impletio omniuz desideriorum psal. Qui replet in bonis desiderium tuum. Nonum est gaudium de congregatione omnium sanctorum tunc eniz verus Joseph id est christus faciet conuiuium fratribus suis. Genesis.xxxxiij. Et ipsos in mensa pallatij celestis dulcedine sue glorie satiabit Luce.xxij. Uos estꝭ qui permansistis mecum in tribulationibus meis et ego dispono vobis sicut disposuit michi pater regnuz vt edatis ⁊ bibatis supra mensam meam in regno meo Decimum erit de iusticia dei et condemnatione reprobozum. letabitur enim iustus cum viderit vindictam Isaie. vltio Egredietur et videbunt cadauera virorum qui preuaricati sunt in me. Undecimum erit de memoria vel recordatione meritorum siue operum bonorum. Prouerbiorum.vlti. Date illi de fructu manuum suarum et laudent eam in portis opera eius. Duodecimum erit gaudium de affluentia premiorum Isaie lx. Tunc videbis et affiues et mirabitur et dilatabitur cor tuum Tercio lignum sancte crucis operatur in in nobis liberationem in euentu Sapientie.xiiij. Exiguo ligno credunt homines animas suas et transeuntes mare per ratem liberati sunt. lignum sancte crucis dicitur lignum exiguum nō ratōe breuitatis. sed ratione vtilitatis. Nam sicut modo patibulum est pena homicidarum et latronum. sic crux antiquitus erat pena maiorum hominum et morti adiudicatorum. vnde iudei ipsum condemnentes pena crucis morte tupissima condemnauerunt eum secundum quod ꝑ dictum fuerat. Sapien.2. Contumelia et tormento interrogemus eum vt sciamus reuerentiam eius. et probemus patientiam illius. morte turpissima condemnemus eum. Ille contumelia et tormento interrogatur cui contumelie et tormenta irrogantur. bene ergo contumelia xp̄s interrogatus fuit quando ipsi populus iudaicus contumeliam irrogauit Johannis.viij. Nonne benedicimus nos quia samaritanus es tu et demonium habes. Tormento etiam ipsum interrogauerūt quando manus eius et pedes clauis in cruce perforauerunt. psal. Foderunt manus meas et pedes meos. sequitur hic vt sciamus reuerentiā eiꝰ. tūc hō reuerēdus esse cognoscitur qn̄ ꝯtumelias nō rependit qn̄ sibi ꝯtumelie dicuntur. vn̄ cuz sibi dicerēt iudei domoniū habes ꝯtumeliā ꝓ ꝯtumelia nō reddidit. sz se demoniū hr̄e negauit. i. Petri. 2. Qui cū maledicēretur nō maledicebat. q̄ cū pateretur nō cōminabat. seq̄t. ꝓbemꝰ patiētiā eiꝰ em̄ patientiā eiꝰ ꝓbauerūt qn̄ ipz innocētissimū sicut ouē ad occisionē duxerūt. Isa. liij. Sicut ouis ad occisionē ducet ⁊ quasi agnꝰ corā tōdēte se obmutescit. ⁊ nō aperiet os suū. seq̄tur hic morte turpissia condēnemꝰ eiꝰ mors eius fuit turpissima nō mō rōe grauis mortis sz etiā rōe sceleratissie societatis. Isa. liij. cū sceleratis reputatꝰ ē. ⁊ ꝑpter magnitudinē ⁊ turpitudinē istoꝝ doloꝝ dr̄ Tre. i. O vos om̄s q̄ trāsitis ꝑ viā attēdite ⁊ videte si ē dolor sicut dolor meꝰ. Isti ḡ exiguo ligno crucꝭ dn̄ice debemꝰ aīas fideles ꝯmittē. sicut aīaz suā isto ligno crucis apostolꝰ ꝯmittebat q̄ i ip̄o totā suā gliari ꝯstituebat. Ga. vlti. mihi aūt absit gliari nisi i cruce dn̄i nr̄i iesu xp̄i. seq̄t h̄. ⁊ trāseūtes mare ꝑ ratē liberati sūt. sicut ei ꝑ ratē mare nauigātes ꝑueniunt ad portū salutꝭ. sic ꝑ lignū sācte crucis xp̄s peccata nr̄a expullit qn̄ ipse in cruce ꝑtulit. ⁊ sic nos ab infirmitate culpe ⁊ miserie liberauit ⁊ ianuā celi ad portuz salutarē nos adducens nobis apꝑuit. i. petri. 2. Qui peccata nr̄a ꝑtulit in corꝑe suo suꝑ lignū vt pctis mortui iusticie viuamꝰ cuiꝰ liuore sanati estꝭ eratꝭ ei sicut oues errātes. sz ꝯuersi nūc estꝭ ad pastorē ⁊ ep̄m animarū vr̄arum. Scd̄o in verbo ꝓposito notatur fulcimētū fructuose opationis. cū dr̄ ꝑ qd̄ fit iusticia. sciendum est ergo ꝙ triplex est iusticia. Est eꝭ iusticia fidei recte. Scd̄o ē iusticia operationis bone. Tercio ē iusticia retributionis eterne. Primo est iusticia fidei recte. Romanos.iiij. credit abraham deo et reputatuz est ei ad iusticiaz. abraham deo credidit qn̄ ipsi nascituꝝ filiū de sara promisit Unde dr̄ ad Romanos.iiij. ꝙ cōtra spem in spē credidit. ipse ei contra spem nature in spem ꝓmissionis credidit ⁊ ve-

ritatis diuine ad Romanos.iiij. Nō infir
matus est in fide.nec considerauit corp⁹
suum emortuum cum iam fere esset cen-
tum annoꝝ ꝛ emortuam vuluam sare.sic
ergo credidit abrahā deo eius ꝓmissa ve
ra esse iudicando.sequitur ꝛ reputatū est
ei ad iusticiam.veritas em̄ fidei operata
est in ipso firmitatem spei ꝛ feruorem ca
ritatis vel dilectionis eius em̄ fidez spes
nō ↄfūdit nec refutauit. Ad Romanos.v.
Spes aūt nō cōfundit.qꝛ caritas dei dif-
fusa est in cordibus nostris per spiritum
sanctum qui datus est nobis. ꝓpter isti⁹
fidei iusticiam viri sancti sustinuerunt ꝑ
secutionem ꝛ mortem.ꝛ per istam fidei iu
sticiaz peruenerunt ad hereditatem eter
nam Mathei.v.Beati qui persecutionez
patiūtur ꝓpter iusticiam qm̄ ipoꝝ est re
gnum celoꝝ. homines militares solēt ad
inuicez pugnare ꝓ modico iusticie vel iu
risdictionis tempalis.ꝛ ꝓ ipsa seipsos ex
ponere periculis mortis ꝛ modicū lucruz
reportant cum possessionem obtinuerūt
illius iusticie vel iurisdictionis tempora
lis. Sancti viri precipue apostoli ꝛ mar-
tires xp̄i ꝑ fidei iusticiam regna vicerūt.
et possessionem regni celestis acquisiue-
rūt.ad Hebreos xi. Sancti ꝑ fidem vice-
runt regna.operati sunt iusticiaz.adepti
sunt repromissiones. Secūdo est iusticia
operationis bone Ysa.3. Fructus aūt iu
sticie in pace seminatur facientibus pa-
cem.fructus iusticie hic potest appellari
fruct⁹ pietatis vel misericordie. Ex qua
dam em̄ innata iusticia ꝛ gratuita debēt
diuites bona sua pauperibus cōmunica
re.iste fructus iusticie id est opeꝝ miseri
cordie in presenti vita seminatur sʒ in vi
ta beata metetur. et.ad Chorinteos.ix.
Qui parce seminat parce ꝛ metet qui aūt
seminat in benedictionibus de bn̄dictio
nib⁹ ꝛ metet vitā eternā.si ergo fructus
iusticie.id ē opeꝝ misericordie in hac vi
ta seminatur ꝛ in futura metetur.sʒ istud
erit ad pacē facientibus.id est a viris mi
sericordib⁹.ꝑ opera em̄ misericordie pax
in vita presenti inchoatur ꝛ in futura cō
sumatur. In vita em̄ presenti inter diui-
tes ꝛ pauperes pax ichoatur quia ꝑ ope
ra pietatis a diuitibus pauperuz inopia
releuatur.ꝛ a pauperibus diuitum muni
ficentia honoratur. ista pax vt diximus
que in hac vita inchoatur in beata vita
consumatᷣ Ysa.32. Sedebit populus me⁹
in pulchritudine pacis in tabernaculis fi
ducie et in requie opulenta. Tria tangit
que erūt in vita beata. Ibi em̄ erit tran-
quillitas sine perturbatione.ꝛ quantum
ad hoc dicit sedebit populus in pulchri
tudine pacis. Scd̄o ibi erit securitas sine
timore ꝛ hesitatione.ꝛ q̄ntū ad hoc dicitᷣ
in requie opulenta. Tercio est iusticia re
tributionis eterne.2.ad Thimoteū.iiij.
Bonum certamen certaui cursum consu-
maui.fidem seruaui. in reliquo reposita
est michi corona iusticie.corona que san-
ctis a deo datur corona iusticie a deo ap
pellatur quādo iustis ꝓ premio a deo re
tribuitᷣ. Ipse enim est de quo.i.ad Cho-
rinth.i.dᷣ. Qui factus est nobis sapiētia
iusticia ꝛ sanctificatio et redemptio.chri
stus fact⁹ ē nobis sapiētia viam sapiētie
nobis sapientia viam sapientibus mon-
strādo Prouerbioꝝ.iiij. Viam sapientis
monstrabo tibi ꝛ ducam te ꝑ semitas eq-
tatis. Ipse etiam factus ē nobis iusticia
nos iuste in suo sanguine innocenti a pec
catoruz sordibus ablnēdo ad Roma.iiij.
Traditus est ꝓpter peccata nostra abluē
da.ſm glo.ꝛ surrexit ꝓpter iustificationē
nostram non solum ostendendaz sed etiā
faciendam. Ipse etiam factus est nobis
sanctificatio nos virtutum splēdorib⁹ et
gloriosis dotib⁹ decorando. Sapiētie.3.
dᷣ de sanctis. Fulgebūt iusti ꝛ tanq̄ scin
tille in arundine discurrēt. In verbo isto
quattuor gloriose dotes describuntur q̄
in sanctis in beata vita a domino tribuū
tur. Primo enim notatur dos immortali
tatis cum dicitur iusti iusticia perpetua
et immortatis. Secūdo notatur dos clari
tatis cum dicitur fulgebūt. Tercio nota
tur dos subtilitatis cum dicitur tanq̄ sci
tille.scintille em̄ subtiles sunt et parue.
Quarto notatur dos agilitatis.cum dici
tur discurrent. sic ergo christ⁹ factus est
nobis sanctificatio nos gloriosis dotib⁹
decorādo.fact⁹ est etiā nobis redemptio
nos a penis ꝛ infernoꝝ suppliciijs liberā
do Joh.viij. Si fili⁹ vos liberauerit vere
liberi eritis. Tercio notatur in verbo ꝓ
posito impēsum obsequium digne cōmē-
dationis cum dicitur benedictionē. Sciē
dū ē ergo ꝙ res solet bn̄dici trib⁹ de cau
sis. Prio qꝛ est vtilis. Scd̄o qꝛ durabilis.
Tercio qꝛ ē pulchra ꝛ delectabilis. Res
ergo prio ↄmēdatur qn̄ est vtilis Hebreo
rū.vi. Terra sepe venientē sup se bibēs
ymbrem ꝛ germinans herbā oportunam
illis a quibus colitur. accipit bn̄dictionē
a dn̄o terra ergo rōne vtilitatꝭ bn̄dicitᷣ qn̄
ab ipsa fructus multiplex ꝑcipitur.iō de

iustis ⁊ electis dr Jere.xvii. Bñdict⁹ vir
qui confidit i dño ⁊ erit dñs fiducia eius
⁊ erit quasi lignũ qḋ trãsplantatur super
aquas qḋ ad humorẽ mittit radices suas
⁊ sequitur nec aliqñ desinet facere fructũ
fructus crucis a tempe passionis xpi in
cepit ⁊ nunq̄ desinit nec desinet. sed imp
petuũ durabit. Unde de ligno crucis pōt
exponi illud quod dicitur Prouerbiorũ.
viij. Qui iuenerit me inueniet vitã ⁊ hau
riet sibi salutẽ a dño. Merito ei passiõis
christi quã in ligno crucis sustinuit inue
nerunt vitam gratie ⁊ in futuro haurient
sibi a dño salutez eterne glorie. Unde de
vtilitate hui⁹ crucis sãctissime potest ex
poni illud qḋ dicitur Job .3. Effodiẽtes
thesaurꝝ gaudent vehementer cum inue
nerint sepulchrũ. In verbis propositis q̄
sunt inuentionis sancte crucis de qua est
presens solennitas tria notãtur que hu
ius inuentioni recte ascribuntur que ibi
dem gesta fuisse reperiuntur. Primum ẽ
effusio in querendo. Scōm est inuentio
effodiendo. Tercium est exaltatio iueniẽ
do. ⁊ se habent p ordinez. quia thesaur⁹
est causa effodiendi. effossio est causa in
ueniendi. iuentio est causa exaltãdi. quã
tum ad hoc tria notantur in verbo ꝓposi
to. Diligentia in querendo. cum dicit ef
fodientes thesaurꝝ. Efficatia in inueniẽ
do. cum dicitur cum inuenerit sepulchrũ
Uehementia in gaudẽdo. cũ dicitur gau
dent vehementer. Utilitas iuẽtiõis hui⁹
sacratissime crucis bene designata fuit i
suscitatione mortui virtute sancte crucis
super se posite resurgẽtis. Secũdo solet
res bene dici quãdo ẽ durabilis Genes.
xxxxiij. Bñdicat tibi domin⁹ benedictio
nib⁹ celi desuper. benedictionib⁹ abissi
iacentis deorsum. benedictionib⁹ vberũ
⁊ vulue. Tria dicit in quibus benedictõ
electoꝝ consistit. Primo eni consistit scḋz
ordinem textus in adeptione premiorũz
⁊ quantũ ad hoc dicit benedicat tibi do
minus benedictionib⁹ celi desuper. Se
cundo cõsistit in euasione peccatorum et
infernalium tormentorũ. et quantum ad
hoc dicit benedictionib⁹ abissi iacẽtis de
orsum. Tercio consistit in ꝓcreatione spi
ritualium vel corporalium liberorum. et
quantũ ad hoc dicit vberum et vulue. qḋ
in ps. bene exponitur vbi dicitur. Bñdi
cat tibi domin⁹ ex syon ⁊ videas bona ie
rusalem omnibus diebus vite. ⁊ vidẽs fi
lios filiorum. sic. ratõne duratiõis potest
lignum crucis domini benedici. cuius be
nedictio redundat in benedictionẽ fide
lis populi Jsaie.lxv. Scḋz dies ligni erũt
dies populi mei q̄mdiu ei memoria cru
cis durabit cuius nũq̄ finis erit fideles
benedicentur in nomine crucifixi. Jsaie.
lxv. Seruos suos vocabit nomine alio in
quo qui benedictus est super terram bñ
dicetur in deo amen. Tercio solet bñdi
ci res que ẽ pulchra vł delectabilis Jere
.31. Bñdicat tibi domin⁹ pulchritudo iust
icie. pulchritudo iusticie i ligno cruc; ap
paruit q: ibi dominus iuste dyabolum cõ
demnauit. suum populũ liberauit. ad iu
sticiam reparauit. iusticiã ordinauit ⁊ to
tum hoc in ligno crucis operatus fuit ge
nesis scḋo. Produxit domin⁹ de⁹ de hu
mo omne lignum pulchrũ visu. et ad ves
cendum suaue. lignum etiam vite in me
dio paradisi. produxit deus lignũz de hu
mo in quo crescebat ⁊ hoc in ligni condi
tione. produxit etiam lignum de humo i
quo iacebat. et hoc in ligni electõe. ⁊ hoc
in sua gloriosissima passione. ꝓduxit etiã
lignum de terra in qua iacebat ⁊ h̄ in lig
ni sancte crucis inuentione. de qua ꝯsue
uit sãcta ecclesia presẽs festum celebrare
Primo istud festum ꝓduxit ante passio
nem. Scḋo in passione. Tercio post passi
onem. ſm hoc ergo ad laudem sancte cru
cis in auctoritate proposita duo notãtur
Primo eñ notatur crucis inuentio in ꝓ
ductione ligni. Scḋo notatur iuuẽte cru
cis ꝯmendatio in cõmendatione ligni qḋ
notatur cum subdit pulchrũ visu. Circa i
uentionem tria tria tangit. locũ. modũ li
gnũ. locus vilis. q: de humo. modus mi
rabilis q: reuelante deo. vñ dixit ꝓduxit
dñs deus. arbor vtilis q: omne lignum. i
perfectum lignum dñice passionis crucis
qḋ dñs sup omnia ligna exaltauit Eze.
xvii. Ego dñs exaltaui lignũ huile circa
ꝯmendationem notare debemus q illud
lignũ fuit pulchrũ q̄ntũ ad aspectũ ⁊ hoc
mirabile. q: ibi erat detestanda deformi
tas. s; i hoc apparuit pulchra formositas
q crux christi fuit candidata ex membris
virgineis. rubricata ex guttis sãguineis
illustrata titulo passionis. Math. xxvij.
posuerũt sup caput eius causã ipsius scri
ptã hic est ihesus nazarenus rex iudeoꝝ
Crux etiã christi fuit suauis quantũz ad
gustum ⁊ hoc multum mirabile. q: vbi in
uenta est maxima amaritudo ibi a fideli
bus xpi inuenitur maxima dulcedo Can.
2.c. Fructus ei⁹ dulcis gutturi meo fuit
etiã crux xpi vtilis quantũ ad effectũ. et

quātum ad hoc dr̄ lignum vite. Ibi enim
xp̄s mortem nostram moriendo destruxit
et vitā resurgēdo reparauit et nos ad bea
titudinem ordinauit Romano. v. Si eni
cum inimicis essemus reconsiliati sumus
deo ꝑ mortem filiȷ̄ eius. multo magis re-
consiliati salui erimus in vita ipsius. ip̄e
em̄ ꝑ mortē suā electos suos a morte cul
pe ⁊ gehenne liberauit ⁊ advitam eterne
glorie preparauit. ad quam nos perdu-
cat qui viuit et regnat. ⁊c.

De sancto Johāne euan. Sermo primꝰ.

Impiguasti i oleo caput meū. ps̄. xxiȷ̄. qm̄ sicut di
cit beatꝰ Jacobus. Om̄e datuz
optimum et omne donum perfectum de
sursum est descendens a patre luminum
Ideo ad cōmendationem beati iohānis
euā. in verbo proposito tria notātur. Pri
mo enim notatur liberalitas tribuentis
cum dr̄ impinguasti. Scđo notatur nobi
litas recipiētis. cum dr̄ caput. Tercio no
tatur suauitas doni vel donationis. cū dr̄
in oleo. Quantū ad primū sciendū ꝙ dn̄s
spiritualiter sanctos suos impinguat tri
pliciter. Primo em̄ impinguat eos in sim
plicitate cordis. Scđo in strenuitate ope
ris. Tercio in sedulitate doctrine vel eru
ditionis. Primo em̄ ipinguat dn̄s purita
te vel sinceritate cordis Ecclesiasti. xxxv.
Oblatio iusti impiguat altare. ⁊ odor sua
uitatis est in ꝯspectu altissimi. altare hic
pōt appellari capacitas humani cordis ⁊
corporis q̄ in azimis sinceritatis vel puri
tatis debent impinguari Roma. xiȷ̄. Ob-
secro vos per misericordiam dei vt exhi-
beatis membra vestra hostiam viuentem
sanctā deo placentez. apostolꝰ nō loq̄tur
ibi de corporibꝰ inaīatis de corꝑibꝰ aīa-
tis aīa rationalis que tam corpore ꝙ̄ ani
ma debent deo quasi gratum sacrificium
immolari. dicit ergo exhibeatis corpora
vestra hostiā viuentem vitali scz motu ca
ritatis. sanctā dicit sinceritate scz castita
tis. deo placentem dicit honestate cōuer
satiōis. Ideo dr̄ Ecclesiastici. xxxviȷ̄. Da
suauitatē ⁊ memoriā similaginis ⁊ impin
gua oblationem. Per memoriam simila-
ginis signatur cōtinua obseruantia casti
tatis. sed quoniam homines casti qꝫ so
lēt superbire ⁊ alios despicere. ideo vo-
luit memorie simulaginis donum suaui-
tatis vel benignitatis preponere. cum di
xit da suauitatem. ista suauitas habetur
per caritatis bonum que est virtutū oim

condimētū. q̄ (sicut. i. Chorin. xiiȷ̄. dr̄) pa-
tiens est. benigna est. patiens vt mala eq̄
nimiter toleret. benigna est vt etiaz illos
a quibꝰ patitur amet. Ista duo scz patien
tia ⁊ benignitas sunt arma caritatis pre
cipua. Nam caritas patientia vtitur pia
culo. vnde dr̄ in glo. caritas patiens ē be
nigna est qr nō ad bella armatus ꝑgit. q̄
aut clipeum sumēt gladiȷ̄s nō vtitur. aut
gladiȷ̄s vtēs clipeo nō minuit̄. Nos ergo
cū mēoria similaginis debemus hr̄e sua-
uitatem caritatis vel dilectionis. ⁊ ꝑ ista
duo solet oblatio impinguari. hoc est qđ
petebat dauid in ps̄. Sicut adipe ⁊ pin-
guedine repleatur aīa mea. Scđo impin
guat dn̄s sanctos suos strenuitate boni
oꝑis. Prouer. xiiȷ̄. Uult ⁊ nō vult ipiger.
aīa aūt operātiū ipiguabit̄. hō pigervult
bonū volūtate exili sz nō vult illđ volūta
te efficaci sic̄ piger monachꝰ vult surgere
ad matutinas ꝑpter statutū ordis. ⁊ non
vult surgere ꝑpter amorē imoderatū pro
priȷ̄ corꝑis. tali hoi iterp̄tat̄ sapiēs ve dā
natiōis eterne Eccle. iȷ̄. Ue duplici corde
et pctōri terrā ingrediēdi duabꝰ viȷ̄s. bn̄
duabꝰ viȷ̄s terrā ingredit̄ q̄ ꝑpter statu-
tū ordinis ad surgendū ad matutinas ex
citatur. ⁊ ex immoderato amore ꝑpriȷ̄ cor
poris in suo lecto reclinatur. sic ergo vult
et nō vult piger. sequitur aūt oꝑantiū im
pinguabitur. homines pigri ⁊ accidosi so
lent esse indeuoti ⁊ ad oꝑa bona inuali-
di sz ecōtrario homines oꝑiosi impinguā
tur deuotiōe. fortificātur ⁊ stabiliūt̄ i bo-
na oꝑatione Isa. xxv. Faciet dn̄s in mon
te h̄ couiuium pinguium. conuiuium vin
demie. conuiuum medullatorum per mō
tem h̄ potest accipi difficultas et eminen
tia bone operationis q̄ ꝯsistit in cōdimen
to deuotionis qđ notatur cum dr̄ ꝯuiuiū
pinguiū. ꝯsistit etiā in stabilimēto sancte
operatiōis. Impinguat dn̄s sanctos sua
uitate doctrine vel eruditiōis. Prouer. x.
Aīa que bn̄dicit impinguabitur et q̄ ine
briat ip̄e quoqꝫ inebriabitur. Aīa q̄ bn̄di
cit bene docendo impinguabit̄ caritatis
vngento. Ipsa em̄ ē illa vnctio de qua. i.
Joh. et dr̄. Unctio docet vos de oibꝰ. vn̄
de talibꝰ doctoribꝰ bonis dr̄. Gene. xlix.
Aser pinguis panis eiꝰ ⁊ delitias p̄bebit
regibꝰ Aser iterp̄tat̄ diuitie ꝑ quē sig̃tur
doctor ecclesie q̄ diuitias sacre scripture
dz i seipso hr̄e Isaie. xxxiiȷ̄. Diuitie salutꝫ
sapia ⁊ scia Istas diuitias doctor eccl̄e dz
auditoribꝰ cōicare vt possit sic̄ stelle i fir
mamēto i celo iperpetuū fulgere Daniel

xij. Qui aūt docti fuerīt fulgebūt q̄si splē
doꝛ firmamenti ⁊ qui ad iusticiam erudi
unt multos q̄si stelle ip̄petuas eternita-
tes. has diuitias sapie dn̄t auditores di
ligēter recipe vt sibi possēt illā nobilē et
sponsam speciosā sapiaꝫ scꝫ in m̄rimoniū
copulare. Sap. viij. hāc amaui ⁊ exq̄siui
eā a iuuentute mea. ⁊ quesiui michi spon
sam eā assumere. ⁊ amatoꝛ suꝫ factus foꝛ
me illi⁹ isti⁹. i. doctoꝝ ecclesie panes pn̄t
dici auctoritates sacre scripture deutro.
viij. Nō i solo pane viuit hō sꝫ in oī ver-
bo qđ ꝓcedit ab oꝛe dei. Iste panis dꝫ eē
pinguis quia doctoꝛ ecclesie pīguedie ca
ritatis ⁊ deuotionis dꝫ ipinguari Iere.
3i. Inebꝛiabo aīas sacerdotū pīguedine
hui⁹ pīguedis. i. boni auditores efficiūt
ꝑticipes. qn̄ libēter audiūt sacre scriptu
re auctoritates ⁊ diuios ſmones Roma
xi. Socius radicis ⁊ pinguedis oliue fa-
ctus es. sic ergo aīa que bn̄dicit impigua
bit. boni doctores inebꝛiāt auditores vi
no sacre scripture Cāticoꝝ. v. Bibi vinū
meū cū lacte meo ꝯmedite amici mei ⁊ bi
bite ⁊ inebꝛiamini carissimi hic ꝑ vinū si
gnāt sacre scripture documenta foꝛtioꝛa
⁊ subtilioꝛa atꝙ planioꝛa. Prima ꝯpetūt
maioꝛibus. scđa minoꝛib⁹. ⁊ ita dn̄t eis a
doctoꝛib⁹ ecclesie sancte dispēsari ꝙ q̄li
bet ſm modū suum spūaliter inebꝛietur.
doctoꝛ sic inebꝛiat auditores vino iocūdi
tatis eterne ps. Inebꝛiabūtur ab vberta
te dom⁹ tue ⁊ toꝛrente voluptatis tue po
tabis eos. Scđo in verbo ꝓposito notat
nobilitas recipiētis cū dicitur caput me
um. Sciendum est ergo ꝙ beatus iohan
nes euāgelista fuit sicut caput sup sāctā
ecclesiam constitutus. Et sciendū ē ꝙ ca-
put pꝛimo hꝫ certitudinē in cognitione.
scđo habet celsitudinē in positione. Ter
cio hꝫ pulchꝛitudinē i dispositōnē. pꝛimo
ergo caput hꝫ certitudinē in cognitione
Ecclesiastes 2. Oculi sapiētis i capite ei⁹
Oculi beati iohis [⁊ loquoꝛ de interioꝛi-
bus coꝛdis] fuerūt duo. scꝫ cognitio dis-
creta ⁊ affectio recta. Isti oculi fuerūt in
eius capite, id est i mente. Qꝛ sicut caput
eminet ceteris mēbꝛis ita mens eminet
in regno aīe. Istud caput osculatum fuit
qꝛ dn̄s beatū iohānem euan. sicut phisō
sapia repleuit. Ipse em̄. fuit euāgelista in
euangelio. apostol⁹ in epistolis ꝓpheta
in apocalipsi Ecclesiastici. xxxix. Si domi
nus magn⁹ voluerit spiritu itelligētie re
plebit illum. et ipse tanꝙ imbꝛes mittet
eloquia sapientie sue. Domin⁹ repleuit
beatum iohānez spū intelligētie sibi ple
nitudinem sapie tribuendo. ⁊ ipse tanꝙ
imbꝛes misit eloquia sapie sue xp̄i erudiē
do. Scđo caput habet celsitudinem in po
sitione quod bene cōuenit beato iohāni
euā. de ip̄o em̄ potest exponi illud Eccle.
xi. Sapia humiliati exaltabit caput illi⁹
beatus iohānes euā. habuit sapientiā i
plenitudine. humilitatem in affectiōe. et
ideo caput ipsius exaltatuꝫ fuit in popu
loꝝ regimine ⁊ assecutione eterne gloꝛie
Nos ergo imitatores ip̄ius effecti ad do
minū capita eleuemus vt cum ipso parti
cipes eterne gloꝛie efficiamur Luce. xx. c
Respicite ⁊ leuate capita vestra quoniaꝫ
appꝛopiquabit redemptio vestra. In ista
auctoꝛitate ponūt tria que nobis ponun
tur consideranda. Primum est inspectio
scripturaꝝ. quod notat cū dicitur respi-
cite. Scđm est diligēs auscultatio docto
rum et pꝛelatoꝝ. quod notatur cum dici-
tur ⁊ leuate capita vestra. Tercium est re
demptio captiuoꝝ quod notatur cum di
citur qm̄ appꝛopinquabit redemptio vr̄a
Inspectio scripturaꝝ est dulcis. ausculta
tio magistroꝝ est vtilis. redemptio capti
uoꝛum est inestimabilis. Primo ergo ꝓ-
ponitur nobis inspectio exercenda scrip
turaꝝ cum dꝛ respicite. que inspectio mā
datoꝝ ⁊ sacraꝝ scripturaꝝ dulcis est hoī
nibus studiosis. sed amara est hominib⁹
occidiosis ⁊ fastidiosis. quib⁹ ꝓpheta im
pꝛecatur verbis Isaie. v. Ve qui ponitis
dulce in amarum ⁊ amaꝝ in dulce. Scđo
hoꝛtatur nos ad diligentez auscultatōez
mandatoꝝ cuꝫ. dicitur. leuate capita vr̄a
ps. Leuaui oculos meos in mōtes vnde
veniet auxilium michi. montes sunt do-
ctores in vita ⁊ scientia eminentes. ad ip
sos debem⁹ oculos leuare quia ab ipsis
debem⁹ auxilium expectare. ab ipsis ha
bemus auxilium scientie contra ignoꝛaꝫ
tiā. ab ipsis etiam habemus auxiliū gra
tie contra culpā. habemus etiam auxili-
um gloꝛie contra miseriam. homines so-
lent libēter ad illos capita ⁊ oculos leua
re a quibus se credunt auxilium repoꝛta
re. ⁊ illos solent diligenter audire Isaie.
xxxij. Nō caligabūt oculi videntiū et au
res audientium diligenter auscultabūt.
Tercio hoꝛtatur nos euangelista ad cōsi
derandā redemptionem captiuoꝛuꝫ. que
est inestimabilis. cum dicit quoniam ap-
pꝛopiquabit redemptio vestra. i. Petri. i
Nō coꝛruptibilib⁹ auro vel argēto redē
pti estꝫ de vana vestra cōuersatiōe pater

ne traditōis. sed precioso sanguine qua-
si agni incontaminati et imaculati christi
ihesu. positione Isaie. ix. Lōgeuus ⁊ ho
norabilis ipse est caput. beatus em̄ iohā
nes euagelista fuit longeuꝰ. quia adhuc
longo tempore vixit. fuit etiaꝫ honorabi
lis quia deus ipsuꝫ honore multiplici de
corauit. ip̄e em̄ a domino fuit electꝰ fuit
etiā ceteris apostolis predilectus. fuit ēt
virgo gloriose virginis Christo in cruce
pendentis custos effectus. cū dixit muli-
er ecce filius tuus. Deide dicit discipulo
ecce mater tua. ⁊ ex illa hora accepit eam
discipulus in suam Johannis. xix. Hic ē
em̄ apostolus de quo dicit beatus hiero
nimus in ꝓlogo super iohānē hic est ille
euangelista vnꝰ ex discipulis domini. qꝛ
virgo a deo electꝰ est. quē de nuptiis vo
lentē nubere vocauit deꝰ. cui virginitatꝫ
in hoc duplex testimoniū datur in euāge
lio ꝙ etiā p̄ ceteris dilectus a deo dicit
et matrē suam pendens in cruce cōmen-
dauit deus vt virginē virgo seruaret. be
ne ergo beatꝰ iohānes nomen capitis de
signatur qꝛ habuit pulchritudinē disposi
tōnis in hac vita. sed lōge pulchriorē ha
bet modo in vita beata. ip̄m ei dn̄s glo-
ria ⁊ honore coronauit ⁊ posuit in capite
eius coronā de lapide precioso qd̄ bene
dr̄ Sacharie. 3. vbi dr̄. Indui te mutato-
riīs. ⁊ sequitur. ⁊ posuerūt cydariꝫ super
caput eius mundam ⁊ induerunt eum ve
stimentis albis Cydaris sicut dicit papi.
est ornamētū capitis pontificis qd̄ a plu-
ribus mitra ꝯsueuit appellari. sic ergo be
atus ioh̄. nomine capitis designatur cuꝫ
dicitur. caput meū id est caput de quo in
ps̄. loquitur. Obumbrasti sup caput meū
i die belli. dies belli fuit dies illiꝰ aduer
sitatis in qua ꝓiectus fuit in doleuꝫ fer
uentis olei. de quo presens festū fieri cō
sueuit. Tūc em̄ dominus super caput eiꝰ
ita obumbrauit ꝙ feruorem olei mitiga
uit deus ⁊ diuina se protegente gratia il
lesꝰ exiuit. sic ergo primo notatur libera
litas tribuentis cum dr̄ impiguasti. scd̄o
etiam notatur nobilitas recipientis eum
cum dr̄ caput meum. sequitur i oleo. vbi
seq̄tur suauitas doni vel donatiōis. Sci
endum ergo ꝙ triplex ē proprietas olei.
Primo em̄ oleum est curatiuum. Scd̄o ē
nitiduꝫ. Tercio est materia ignis. ⁊ ideo
est illuminatiuum ⁊ ideo p̱ oleum signa-
tur diuina gratia cuius triplex est ꝓprie
tas. Ipsa em̄ p̄rio sanat a culpa. Scd̄o ni
tet a ꝯscientia. Tercio resplēdet in ꝯuer

satione honesta. Primo em̄ per oleum si
gnat̄ diuina gratia qꝛ saluat a culpa. Luc.
x. dr̄ de illo qui incidit i latrones qui spo
liauerūt eum ⁊ plagis impositis abierūt
semiuiuo relicto dr̄ ꝙ samaritanꝰ iter fa
ciens ⁊ appropians alligauit vulnera in
fundens oleū ⁊ vinū. In oleo designatur
diuina gratia que peccatorem sanat. i vi
no signatur spiritualis leticia qn̄ sētit pe
nitens qn̄ credit sibi culpam remissam. et
sic infirmitatem conscientie sanatā qd̄ be
ne signatum est in illo claudo quem ad
verbū beati petri apostoli sanauit domi
nus. Actuum. 3. Ibi ei legitur ꝙ dixit be
atus petrus In nomine ihesu christi na-
zareni surge ⁊ ambula. ⁊ sequitur ꝙ pro-
sus solidate sunt bases eius ⁊ plante ⁊ in
trauit cū illis in templum. ambulās ⁊ ex
iliens et laudans deum. Isto oleo cura-
tionis omnis infirmitatis ⁊ vno spiritua
lis iocunditatis beatus iohannes plenꝰ
fuit. ipse em̄ cum aliīs apostolis in die pē
thecostes descendente spiritusancto sup
apostolos in linguis igneis fuit ab omni
firmitate humani timoris sanatus et leti
cia spūali repletus. Secūdo oleū est niti
dum. vn̄ Prouer. v. dr̄ de muliere fatua.
Nitidus olei guttur illius. beatꝰ iohes
bn̄ habuit nitorē olei in conscientia id ē
gratie dei ps̄. Unxit te deus tuꝰ oleo leti
cie pre consortibus tuis. vnde sibi canit
illd̄ qd̄ dr̄ Prouer. xxi. Thesaurꝰ deside-
rabilis ⁊ oleuꝫ i habitaculo viri iusti. ha
bitaculū viri iusti fuit in ꝯscia bti Johis
illi em̄ fuit thesaurus desiderabilis ꝓpt
copiā virtutū. illi etiaꝫ fuit oleū gr̄e siue
diuine caritatis que est ꝯscie ornamētuꝫ
Ecclesiastici. ix. Omni tempore vestimēta
tua sint candida ⁊ oleum d̄ capite tuo nō
deficiat. Uestimenta beati iohis fuerunt
omni tempore candida per munditiā ca-
stitatis. ⁊ oleum de capite suo nō deficit.
ꝓpter abundantiā pietatis. Tercio oleū
est materia ignis. ⁊ sic est illuminatiuum
Exo. xxxv. dic filiīs israhel vt afferāt oleū
ad luminaria concinanda. oleum enim ē
ignis materia ⁊ sic splendet et illuminat.
Exodi. xxvii. p̄cipe filiīs israhel vt afferāt
oleum de arboribus oliuaꝝ purissimū pi
loq̃ contusum vt ardeat lucerna semper
in tabernaculo testimoniī. Uult dominꝰ
oleum esse purissimū p̱ quod signatur vt
iam diximus diuina gratia que pura ēt
q̃ntū sanat a culpa. purior ē inq̃ntū nitet
i ꝯscia resplendet in ꝯuersatione honesta
⁊ tunc ardet lucerna in tabernaculo testi

monij quando edificat per ostensionē bo
ni exempli Mathei. v. Sic luceat lux ve-
stra coram hominibus vt videāt opa vr̄a
bona et glorificent patrē vestrū qui in ce
lis est. Dn̄s per opera luminosa sanctoꝝ
glorificatur id est gloriosus esse predica
tor a quo etiā beatus iohānes post mul
ta gloriosa opera est glorificatus. cuius
glorie nos participes fieri dignetur.

De sctō Iohāne euāgelista. Sermo. ij.

IUstus de angustia li-
beratus est et tradetur impius
pro eo Prouerbi. xi. Vita homi
num ad modū statere mouetur. Una eniȝ
parte statere eleuata altera deprimitur.
sic tiramni in presenti vita sanctos mar-
tyres depresserunt. Ipsi autem elati et
eleuati fuerunt. sed in futura vita eleua
buntur ꝛ impij deprimentur. sed hic in v̄
bo ꝓposito duo notātur. Primo enim no
tatur exaltatio sancti cū dr̄ iustus. Scd̄o
notatur oppressio tirāni cū dr̄ ꝛ tradetur
impius ꝓ eo. Quantum ad primū notan
tur tria. Primo em̄ notatur iusticia i ope
rando cum dicitur iustus. Secundo no-
tatur patientia in sustinendo cuȝ dicitur
angustia. Tercio notat̄ gloria in superā
do cum dicitur. liberatus est. In primo
notatur opus sancti qd̄ est iuste viuere.
Scd̄o notatur opus tirāni quod ē angu-
stiare. In tercio notatur opus dei quod
est liberare. Quantum ad primum ergo
sciendū ꝙ iohannes euāgelista fuit iust⁹
tripliciter. Primo em̄ in cognitione man
datoꝝ et secretorum diuinorum. Secun
do fuit iustus in eruditione indoctoruȝ.
Tercio fuit iustus in preceptiōe premio
rum. Primo enim fuit iustus beatus Io-
hannes in cognitione secretorum diuino
rum. Prouerbiorum. iȝ. Iustus comedit
et replet animam suam. Sciendum ergo
ꝙ tunc beatus iohannes fuit comedens.
et tanꝗ vere iustus comedit. quando su
pra pect⁹ domini in cena recubuit. ꝛ tunc
illum dominus pane vite et intellectus
cibauit. Iste cibus est cognitio mandato
rū ꝛ secretoꝝ dei per que homo spiritua
liter viuit. Deutronomij. viij. capitulo.
Non in solo pane viuit homo sed in om-
ni verbo quod procedit ab ore dei. Isto
pane cibatus est beatus iohannes quem
non sibi soli retinuit sed fideliter docen-
do fideles ipsis frangendo ꝛ exponendo
distribuit. Iudicium. xiiij. capitulo. De
comedēte exiuit cibus ꝛ de forti egressa ē
dulcedo. Beat⁹ iohānes fuit comedēs ꝑ
cognitionem secretorum. fortis fuit per
sustinentiam laborum. De isto comedēte
exiuit cibus scȝ. verbi diuini sermonis. ꝛ
de isto forti egressa est dulcedo benigne
cōsolationis. Scd̄o fuit beat⁹ iohānes iu-
stus in eruditione indoctorum. Prouer
bioꝝ. viij. Per me reges regnant ꝛ legis
conditores decernunt iusta. Reges dicū
tur fideles seipsos in via morum bene re
gētes. Pro. xx. Rex qui sedet in solio iu-
dicij dissipat om̄e malū intuitu suo. sicut
ego video ꝙ isti reges tp̄ales malefacto
res homicidas et latrones destruunt et
forbanniunt. sic spiritualiter hō fideles i
solio iudicij sui id est in discussione ꝓprij
cordis debȝ hostes spirituales id est pec
cata destruere. ꝛ forbannire a regno ani
me sue oēm malitiaȝ expellēdo, dissipare
et hoc est qd̄ dr̄. dissipat omne malū intui
tu suo sicut em̄ lux corpalis sua irradia-
tione expellit tenebras corpales. sic vir
sapie diuine expellit ꝛ dissipat tenebras
spirituales ꝓpt̄ hoc ergo dr̄. ꝑ me reges
regnāt. Sequitur. ꝛ legum conditores iu
sta decernunt. Scd̄o magno actore ꝛ con
ditore legum domino ihesu xp̄o fuit bea
tus iohānes vnus de maioribus legisla-
toribus et ꝯditorib⁹. ipsū em̄ dn̄s spiritu
intelligentie replet. quo repletus eodeȝ
spiritu tam per verba ꝗ per scripta fide-
les xp̄i erudiuit de eius enim sapientia
dr̄ Sapi. viij. Doctrix est discipline dei ꝛ
electrix operꝝ illi⁹. Ip̄e em̄ habuit sapiē-
tiam ad cognitionē agendoꝝ. ꝛ electionē
ad executionem cognitioꝝ. cōtra multos
qui auditores ꝑ bonā doctrinā iformāt
seipsos per vitā deformant. tales similes
sunt claudis et contractis sedentibus su
per calciatam. qui viatorib⁹ ostendūt re
ctā viaȝ. ipsi aūt non ambulant ꝑ eam. si
militer parum valet mandata et dei con
silia audire. ꝛ ea opere non implere Ro-
manoꝝ. ij. Non em̄ auditores legis sȝ iu
sti sunt apud deuȝ factores legis iusti iu
stificabuntur. Tercio fuit iustus beatus
iohānes in preceptione premioꝝ. Pro-
uerbioꝝ. iiij. Iustoꝝ semita q̄si lux splen
det ꝛ crescit vsq ad perfectum diē. beatē
iohannis vita fuit iustorum semita que
fuit q̄si lux splēdēs radiando exemplis.
precedens radiando exemplis. p̄cedens
profitiendo doctrinis. crescens augmen
to meritorum. sed creuit vsq ad ꝑfectam
diē plena luce ꝛ radio premiorū. hec ē di
es de qua dicit. Ps. Melior ē dies vna in

atrĳs tuis super milia. In illa eñ die ple
na luce illius felicitatis gaudebunt. quã
do sicut sol regno patris sui fulgebunt.
sic ergo primo notatur iusticia in operan
do. cum dicitur. iustus. Scdo notatur pa
tientia in sustinẽdo. cuꝫ dicitur angustia
Sciendum est ergo, ꝙ triplex est angustia
Primo est angustia detestationis culpe.
Secundo est angustia compassionis frñe
Tercio est angustia passiõis acerbe. Pri
mo eñ est angustia detestatiõis culpe. i.
Regũ. 22. Conuenerũt ad eũ qui erant in
angustia ꝯstituit ⁊ oppressi ere alieno ⁊ a
maro animo. Tria dicit ſꝫ tria que facit
culpa. Primo eñ culpa angustiat. ⁊ q̃ntũ
ad hoc dicit in angustia constituti. Scdo
onerat. ⁊ quantum ad hoc dicit. ⁊ oppres
si ere alieno. Tercio amarificat et quãtũ
ad hoc dicit ⁊ amaro animo sicut eñ cor
dilatatur ex altitudine mandatoꝝ ſꝫ qđ
in ps. dicitur. Uiaꝫ mãdatoꝝ tuoꝝ cucur
ri. vnde ⁊ apostolus dicebat. 2. ad Chori
teos. vi. Os nostrũ patet ad vos o chorīti
cor nostrum dilatatum est. sicut ei dilatat
cor sanctoꝝ amplitudo charitatis. sic cor
da peccatoꝝ angustiat gelicidium iniq̃ta
is Isaie. xxviĳ. Coangustatũ est ei stratũ
ita vt alter decidat ⁊ palliuꝫ breue vtrũqꝫ
op̄ire non potest sic angustiat stratum cõ
scientie gelicidiuꝫ peccatoꝝ. qđ ibi habi
tare nec vult nec debet ille q̃ delitias re
putat habitare in cordibꝰ electoꝝ. Pro.
viĳ. Delitie mee esse cuꝫ filĳs hominũ sic
ergo primo peccatum angustat. qđ nota
tur ĩ angustia cõstituti. Scdo onerat. ⁊ h̄
notatur cum dicitur ⁊ oppressi ere alieno
Oppressionem huiꝰ oneris cõsiderabat
ꝓpheta ps. l. cum dixit. Iniquitates mee
sup̄gresse sunt caput meum. et sicut onus
graue grauate sũt super me. Certe homo
libẽter excutit ab humeris suis onꝰ quo
grauatur. similiter ⁊ nos ꝑ confessionem
excutiamus onus peccatoꝝ quibus gra
uamur inuicem. oppressio huius honeris
id est peccatoꝝ dicitur cõpetẽter es alie
num quia ab alio diabolo scꝫ nobis est ꝑ
eius tentationem mutuo traditũ poscen
tibus illecebri ⁊ delectatõnibus ineptis
ſꝫ diabolꝰ huiusmodi es repetet cũ vsu
rꝫ. qꝛ miser peccator eternaliter cruciabi
tur in pena ꝓ eo qđ tempaliter cõmisit ĩ
culpa Mathei. v. Amen amẽ dico tibi no
exies inde donec reddes nouissimuꝫ qua
drantem. Tercio peccatum amarificat. ⁊
quãtũ ad hoc dicitur ⁊ amaro aĩo. Ruth
. i. Nec vocetꝫ me noemi id est pulchrã ſꝫ
vocate me Marach id est amaram. Quia
valde amaritudie me repleuit oĩpotens
sicut amaritudo corruptoꝝ humoꝝ expel
litur amaritudie mirobolonoꝝ sic amari
tudo cordium ex corruptiõe peccatoꝝ ex
pellitur amaris lachrimis oculoꝝ. Isaie
. 22. Recedite a me amare flebo nolite in
cũbere vt consolemini me. Nam vere pe
nitentes non recipiũt blanditias ꝯsola
toꝝ q̃ndiu insentiunt punctiones ⁊ ama
ritudines. Scdo est angustia cõpassionis
fraterne. Ruth. i. Nolite queso filie mee
qꝛ vestra angustia me magis premit. fre
quenter corda electorũ angustiatur an
gustia affictorũ. 2. ad Chorinte. xi. Quis
infirmatur ⁊ ego non infirmor. quis scan
dalisatur ⁊ ego non vror. Infirmabatur
apostolus nõ patientis actu sed ꝯpatiẽtꝫ
affectu. vrebatur zelo feruẽtis charitatꝫ
vt fideles terrenis ꝯtemptis student ꝑti
cipes fieri sup̄ne hereditatꝫ sophonie. i.
In igne zeli eius deuorabitur omnis ter
ra. Igne charitatꝫ deuorabit omnis ter
renitas. Ut sic cum omni facilitate appe
tatur eterna. Similiter ⁊ dauid ex ꝯpassi
one miserie ⁊ mortis filĳ sui angustiaba
tur ⁊ flebat. 2. Regũ. i viĳ. Ascendit rex ce
naculũ porte ⁊ fleuit. ⁊ sic loquebatur va
dedens. fili mi absolon absolon fili mi q̇s
michi tribuat vt ego moriar ꝓ te absolõ
fili mi. Absolõ impius filius pium patrẽ
de regno voluit eĳcere ⁊ ip̄m interficien
dum querebat. attamen pius pater ex cõ
passione miserie ⁊ mortis filĳ emulabat
⁊ flebat. Tercio ẽ angustia passiõis acer
be Isaia. viĳ. Tribulatio tenebre ãgu
stia ⁊ dissolutio. bñ explicat isaias affli
ctõeꝫ ⁊ passiões sanctoꝝ q̇ sustinuerũt ⁊
tebras obscuroꝝ carceꝝ. sustinuerũt etiã
angustias tormentoꝝ ⁊ tandem dissoluti
onem animaꝝ ⁊ corpoꝝ. qđ cõpetẽter ex
primit apostolus Hebre. xi. Sancti ludi
bria ⁊ verbera experti sunt. insup̄ ⁊ vincu
la ⁊ carceres. lapidati sunt. secti sunt. ten
tati sunt. in occisione gladĳ mortui sũt ꝓ
christo. sed per tẽtatiões haꝝ tribulatio
num atqꝫ tormentoꝝ ꝓbati fuerant. ⁊ vi
ctores inuenti coronaꝫ eterne glorie rece
perunt Iaco. i. Beatus vir qui suffert tẽ
tationem qui cum ꝓbatꝰ fuerit accipiet
coronam vite quã repromisit deus diligẽ
tibus se. sic ergo notatur ĩ proposito vi rẽ
sancti exaltatio cum dicitur. iustus de an
gustia liberatus est. Secũdo notatur op
pressio tirãni. cum dicitur tradetur ipiꝰ
pro eo. sancti eñ in morte de omni angu

ſtia liberãtur. impij vero ꝓ malis q̃ san-
ctis intulerũt cõdemnantur. Exemplũ in
Suſanna ⁊ duobus ſenib⁹ Danielis. xiij
Suſannam daniele iudice ſua innocẽtia
liberauit. duos aũt ſenes ſua ipietas cõ-
demnauit. Exemplum etiam in beato pe
tro ⁊ herode Actuũ. xij. herodes eñ ex-
pirauit cõſumptus vermib⁹. Beatus ve-
ro petrus receptus eſt cũ angelicis ſpiri
tibus. Exemplũ etiã in domiciano ⁊ bea
to iohãne. Eodem eñ anno quo beat⁹ io
hãnes miſſus eſt in exilium a domiciano
interfect⁹ eſt domicianus a ſenatu roma
no. ⁊ reuerſus eſt iohãnes apud epheſuꝫ
et receptus eſt cũ omni gaudio. propter
qđ ibi dicitur. tradetur impius ꝓ eo. Sci
endũ eſt ergo ꝙ triplex eſt impietas. Pri
mo eñ eſt impietas iſidelitatis Scđo eſt
impietas voluptatis. Tercio eſt ipietas
tirãnice crudelitatis. Primo ergo eſt im-
pietas infidelitatis Romanoꝝ. j. Reue-
latur ira dei de celo ſuꝑ oẽm impietateꝫ
et iniuſticiã hoiꝫ. eoꝝ qui veritatẽ dei in
iniuſticiã detinent. Unde etiã ſequitur:
qꝛ cum cognouiſſet deuꝫ non ſicut deum
glorificauerũt. loquitur apoſtol⁹ de apo
ſtolis qui cognouerunt dñm inquirendo
ſubtiliter nõ tñ ſicut dñm glorificauerũt
credendo fideliter: ſed per aduentum ſal
uatoris fideles impietateꝫ abnegauerũt
pietatẽ fidei tenuerũt Titũ. ij. Apparuit
gratia dei ⁊ ſaluatoris noſtri omnib⁹ ho
minib⁹ erudiens nos vt abnegantes im
pietatib⁹ ⁊ ſecularia deſideria ſobrie ⁊ iu
ſte ⁊ pie viuamus in hoc ſeculo. ſobrie de
bemus viuere quantum ad nos. iuſte q̃-
tum ad ꝓximum. pie vel fideliter q̃tum
ad deũ. Scđo eſt ipietas voluptatis. In
canonica iude. Uenient illuſores ſꝫm deſi
deria ſua ambulãtes nõ in pietate. homo
bonus nõ debet deſideria ſua ſeq̃ niſi ve
lit in preſenti vita et in futura cõfundi et
ideo ire poſt cõcupiſcẽtias ⁊ voluptates
ineptas ꝓhibitũ eſt auctoritate diuie le
gis Eccl'iaſtici. xviij. Poſt cõcupiſcentias
tuas nõ eas ⁊ a volũtate tua auerte. ſi p̃-
ſtes anime tue cõcupiſcẽtias eius faciẽt
te i gaudiũ inimicis tuis. Inimici noſtri
ſunt demones: quia ergo impietas volu-
ptatis ꝺamnat̃ auctoritate diuine legis.
lege iudicãte dꝫ puniri. ij. Machabeoꝝ.
iiij. In leges diuinas impie agere ipune
nõ cedit. Tercio eſt ipietas tirãnice cru
delitatis Abacuc j. Quare reſpicis cõtẽ-
ptores ⁊ taces cõculcante ipio iuſtiorẽ ſe
In vita preſenti ſancti ab impijs concul
cãtur. Sed in futura vita impij et ſancti
calcabũtur Machabeoꝝ. iiij. Calcabitis
impios cũ fuerint cinis ſub planta peduꝫ
veſtroꝝ. Preſens vita eſt tempus ridẽdi
reprobis: ſed eſt tẽpus flendi electis Ec-
cleſiaſtici. iij. Tempus flendi et tempus
ridẽdi: ſed ecõuerſo in futura vita repro
bi flebunt. electi vero pre gaudio et exul
tatiõe ridebũt Johãnis. xvj. Plorabitis
et flebitis vos mundus autem gaudebit
vos autẽ contriſtabimini: ſed triſticia ve
ſtra vertetur in gaudiuꝫ. De quo gaudio
ibidẽ dicitur. Gaudium veſtrũ nemo tol
let a vobis. illud enim gaudium erit eter
num. ⁊ ideo nõ habebit finem vel termi-
num. Ad quod gaudium nos ꝑducat.

De aſcenſione dñi. Sermo primus.

QUi deſcendit ip
ſe eſt qui aſcẽdit ſuper omnes
celos Epheſeos. iiij. In ver-
bo propoſito duo notantur que circa do-
minũ noſtrum Jeſum chriſtum facta legũ
tur. Primo eñ notatur humiliatio in de
ſcenſu. cum dicitur qui deſcendit. Secun
do notatur exaltatio in aſcenſu. cum dici
tur. ipſe eſt et qui aſcendit. Quantum ad
primum ſciendum eſt ꝙ dominus deſcen
dit ratione quadruplici. Primo eñ deſcẽ
dit propter adoptionem filioruꝫ. Secun
do deſcendit propter eruditionem indo-
ctorum. Tercio deſcendit propter cura-
tionem infirmorum. Quarto deſcẽdit ꝓ
pter liberationem captiuorum. Primo er
go deſcendit dominus propter adoptio
nem filiorum ꝑs. Deſcendit ſicut pluuia
in vellus. Pluuia deſcendens in vellus
partes velleris non diuidit: ſed conſtrin
git. ſic dominus deſcendens in vterũ be
ate virginis eius virginitatẽ non minuit
ſed ſacrauit. vnde et virgo virginum me
retur per excellẽtiam appellari. propter
quod ad Galla. iiij. dicitur. At vbi venit
plenitudo temporis miſit deus filium ſu
um factũ ex muliere ãte aduẽtũ chriſti ni
chil habebat cõmune hõ cũ deo pax eñ
aut nichil cõe habet nullũ cũ imẽſo Iſaie
xl. Oẽs gẽtes q̃ſi nõ ſint ſic ſunt corã eo. ⁊
quaſi nichilũ ⁊ inane reputate ſunt: ſed ĩ
tẽporis plenitudine voluit de⁹ pater vni
genitũ ſuũ naturã cõmunẽ nobiſcũ habe
re. ⁊ ꝑ hoc nos voluit in filios adoptare.
et i hereditate filij partẽ hr̃e. Romanoꝝ
viij. Ipe ſpũs teſtimoniũ reddit ſpũi nr̃o
ꝙ ſumus filij dei. Si autẽ filij ⁊ heredes
heredes quidam dei coheredes aũt xp̃i.

Testimoniū spūssancti in hac causa bene debet recipi. dei enī filius opatione spiritussancti ꝯceptꝰ fuit in vtero beate virginis Luce. i. Spiritussanctꝰ supueniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoqꝫ ꝛ qđ nascetur ex te sanctū vocabitur filius dei. Magna et euidenter apparet filij dei largitas ꝛ liberalitas. cuiꝰ bonitate nobis tanqꝫ fratribus cōmunicat eterna hereditas. Non sic consueuerunt alij fratres inter se facere: sed ꝯsueuerūt pro diuisione hereditatis adinuicē litigare ꝛ potētiores minꝰ potētes exheredi tare. Scđo descendit dñs ad eruditionē indoctoꝝ. Isaie. lxiiij. Utinā dirrūperes celos ꝛ descenderes a facie tua mōtes defluerent: vt nomē fieret notū tuū. Celos dirūpere nichil aliud est qꝫ seipsos filio dei iclinare. vnde propheta dauid dicit. Inclinauit celos et descendit. Montes a facie filij dei defluere nichil aliud est qꝫ in aduentu christi superbos deprimere ꝛ humiles exaltare Luce. i. Deposuit potētes de sede: ꝛ exaltauit humiles. sequit. vt notū fieret nomē suum. Noticia istius nominis est noticia cuiusdā magne lectionis ꝛ vtilis ps. Notꝰ in iudea deꝰ israel ante incarnationeꝫ. Sed in israel magnū fuit nomen eius post carnem assumptam istud nomen non solum est magnum: sed etiam sanctum et salutiferum. sanctū. vnde in ps. Sanctum et terribile est nomen eius: quia sanctuꝫ est nomen christi: ideo sibi debetur exhibitio reuerētie ꝛ honoris: sicut videmus ꝙ sanctos homines qꝫ nis puros homines solent homines reuereri istud nomen: vt dictum est non solum est sanctū: sed etiaꝫ salutiferꝝ. Actuū iiij. Nec enī aliud nomen est sub celo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri ad efficatiam ꝛ virtuteꝫ istiꝰ nominis. in isto enī nomine fit eiectio demonioꝝ habetur discretio linguarū. obtinetur etiā in ipso languorū curatio Marci vltimo. In nomine meo demonia eijciēt. linguis loquētur nouis: serpentes tollēt et si mortiferū quid biberint nō eis nocebit. sup egros manꝰ imponēt ꝛ bene habebūt. Tercio descēdit dñs ad curatiōeꝫ lāguoꝝ Johis. iiij. Dixit christo qdā regulus cuius filius ad mortem infirmabatur. Dñe descēde priusqꝫ moriatur filius meus. dicit ei Jesus. vade filiꝰ tuꝰ viuit. facile erat dño infirmuꝫ curare. mortuos suscitare cū eius dicere nichil aliud sit qꝫ facere ex immensa ꝛ diuina potestate Ecclesiastes. viij. Sermo illiꝰ potestate plenꝰ est. nec dicere ei quisqꝫ pōt quare ita facis. Bene excellentia sue potestatis apparebat quando solo verbo innumerabilia faciebat Mathei xi capitulo. Eūtes renunciate Johanni que audistis ꝛ vidistis. Ceci vident. Claudi ambulant. Leprosi mundantur. Surdi audiunt. Mortui resurgunt. Pauperes euāgelisantur Sed sciendum est ꝙ dominus non soluꝫ curauit corporales morbos et suscitauit corporaliter mortuos: sed quod tunc faciebat in corpore quotidie facere non desinit spiritualiter in mente. per peccatum enim anima infirmatur. Unde propheta dauid. Sana animam meam: quia peccaui tibi. Per peccatum etiam mors introducta fuit. ꝛ habent homines necessitatē moriendi ad Romanos. v. Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit. et per peccatum mors. sic ergo nos infirmamur per culpaꝫ. Non debemus peccatum relinquere: sed currere ad medelā Ecclesiastici. xxj. Fili peccasti nō adijcies iterum: sed de pristinis deprecare vt tibi dimittātur. Ubi tibi dicitur. si aliquis infirmus haberet tercianā simplicē nō libēter ꝓcuraret quomodo caderet in quotidianā febrē vel cōtinuā: sed magis cōuocaret medicum ꝛ accipet medicinam. Tn̄ miseri peccatores quotidie cōtrariū faciunt qn̄ peccata peccatis addunt. ꝛ nō currūt ad antidotum: sed venenuꝫ Ecclīast. xxj. Quasi a facie colubri fuge pctā. et si accesseris ad illa suscipient te. Nō est aliqs ita fatuꝰ si ipm coluber semel momordisset que ꝯm morsum libēter expectaret et tn̄ miseri peccatores totiēs morsus colubroꝝ infernaliū voluntarie expectant quotiens peccata mortalia iterāt. Quarto descēdit christꝰ ꝓpter liberationē captiuoꝝ Exodi. iij. Uidi afflictioneꝫ ppli mei in egypto ꝛ clamorē eiꝰ audiui ꝛ descēdi vt liberarē eū. Egyptꝰ interp̄tatur tenebre. Et signat statum peccati per qđ sunt homines in tenebris cōstituti Geñ. j. Tenebre erāt super facieꝫ abyssi id est sup faciē cordis humani: sed dixit deus: fiat lux: et facta est lux. sicut enī lux corporalis expellit caliginem tenebraꝝ: sic lux spiritualis q̄ est gratia dei expellit nigredinem peccatoꝝ Threnoꝝ. iiij. Denigrata est super carbones facies eoꝝ. dicit de peccatoribꝰ ꝓ statu culpe. de quibus illud dicitur. Candidiores nazarei eius niue: sꝫ hoc dicitur ꝓ statu gratie. vnde de

sanctis de statu culpe ad statum grẽ trans
latis dicitur Epheseos. v. Eratis aliquan
do tenebre nũc autẽ lux in domino sequitur
hic. ⁊ clamorem eius audiui. Nos positi i
tribulatione culpe debemus ad dominuz
clamare ipse enim paratus est nos exau-
dire ps. Ad dominum cum tribularer cla
maui et exaudiuit me. Paratus est etiam
nos a periculis liberare vnde. hic dicitur
descendi vt liberarem eum. q̃mdiu sum⁹
in statu peccati tamdiu sumus in periculo
mortis. sed liberamur per gratiam salua-
toris. Ecclesi. xxxiiij. Aliquotiens vsq₃ ad
mortem periclitatus sum horum causa et
liberatus sum per gratiaz dei. Gratia dei
est ille pius custos carceris qui alligatos
in pedibus et manicis ferreis cum omni
beniuolentia soluit. ⁊ de seruitute dyabo
li peccatorez in seruitutẽ dei transferens
ip̃m in regale ⁊ celeste pallatium. Roma-
norum sexto capitulo. Nunc autem libe-
rati a peccato serui autem facti deo habe
tis fructum sanctificationum finem vero
vitam eternam. Sic ergo primo notatur
humiliatio in descensu. cum dicitur. descẽ
dit. Scd̃o notatur exaltatio in ascensu. cũ
dicitur ipse est qui ascendit. Sciẽdum est
ergo ꝙ dominus ihesus christ⁹ in diebus
gloriose ascensionis ascendit quadruplici
ter Primo eñi ascendit euidenter. Secun
do sapiẽter. Tercio potẽter. Quarto ascẽ
dit letanter. Primo ergo dominus ascen-
dit euidenter. videntib⁹ eñi illis eleuat⁹
est. illis id est discipulis vnde Michee. 2.
Ascendet pandens iter ante eos diuidẽs
⁊ transibunt portum ⁊ egredietur per eaz
⁊ transibit rex eoꝝ coram. eis ⁊ dominus
in capite eorum. Dominũ ad celos ascen-
dit ꝓpria potestate qui de celis descendit
propria volũtate ps. A summo celo egres
sio eius. Nec est qui se abscondat a calo-
re eius. ⁊ occursus eius vsq₃ ad summum
eius. sed dominus sic voluit ascendere ꝙ
sibi placuit viam hominib⁹ ostendere. qñ
ordinauit ad patrem redire Johannis. xx
Ascendo ad patrem meum et patrem ve-
strum deum meum et deum vestrum. Ho-
mines bene solent scire viam ad domos
patrum suoꝝ. sic xp̃us bñ sciebat viaz ad
empireum celum. vbi precise apparet ma
gnificẽtia potestatis ⁊ bonitatis ⁊ trinita
tis personarum. ibi etiam inhabitatio an
gelorum et animarum sanctarum. Homi-
nes exeuntes in partibus extraneis solẽt
querere viam ab hominib⁹ indigenis. sic
et nos a domino ihesu christo viam regni
celestis queramus ⁊ eius vestigia sequa-
mur Job. xxiij. Vestigia eius secutus est
pes meus. viam eius custodiui et non de
clinaui ex ea. A christo ergo nõ solum via
tore sed etiam ꝯprehensore debemus viã
querere Hieremie. xiiij. Quare q̃si colon⁹
futurus es in terra ⁊ q̃si viator declinans
ad manendũ. Dñs colonus dr̃ fuisse i ter
ra id est i ecclesia sancta. ab ip̃o spinas et
tribulos vicioꝝ euellendo in eadẽ semen
verbi dei seminando. ipsam etiã quasi or
tum plantationum nõ quacunq₃ aqua sed
aqua sapientie salutaris ⁊ ꝓprijs lachri-
mis irrigando Hebreorum. v. Qui in die-
b⁹ carnis sue preces supplicationesq₃ ad
eum qui posset illum saluũ facere a morte
cum clamore valido ⁊ lachrimis offerens
exauditus est pro sua reuerentia. Sic er-
go dominus colonus dr̃ qui etiã ꝓ dieb⁹
carnis sue dicebatur viator. Sed hodie i
ista gloriosa ascensione declinauit ad ma
nendum tanq₃ verus comprehensor. Se-
cundo ascendit dominus sapiẽter Amos
nono capitulo. Qui edificat ascensionem
suam in celo ⁊ fasciculum suum super ter-
ram fundauit. Hec est sapiens ordinatio
vt primo super terrã fasciculus fundetur
et ideo in celo anscensio edificetur. Sz istã
viam sapienter processit dominus ihesus
christus. Ipse enim primo fasciculum su-
per terram fundauit quando pro nobis a
maritudinem blasphemiarum. sputorum
alaparum. clauorum ⁊ lancee ⁊ spinaruz ⁊
amaritudinem mortis aut crucis tolera-
uit vt habetur Luce vltimo capitulo. Nõ
ne hoc oportet christum pati ⁊ ita intrare
in gloriam suam. Primo ergo fasciculum
super terram fundauit et postmodum as
censionem suam in celo edificauit vt ha-
betur Prouerbioꝝ nono capitulo. Sapiẽ
tia edificauit sibi domum ⁊ excidit colum
nas septem. Iste septem columne possunt
dici septem dona spiritussc̃ti quib⁹ chri
stas repletus fuit et firmatus fuit Isaie.
vndecimo capitulo. Requiescet super euz
spiritus domini spiritus sapientie ⁊ intel
lectus. spiritus consilij ⁊ fortitudinis spi
ritus ⁊ scientie ⁊ pietatis. et replebit eum
spiritus timoris domini. Sm istum modũ
nos primo debemus fasciculum mirre in
hac vita fundare vt possimus in vita bea
ta ascensionez nostram edificare. Cantico
rum i. Fasciculus mirre dilectus meus
mihi inter vbera mea ꝯmorabitur. ex om
nibus amaritudinibus quas legimus do
minum nostrũ ihesum christum ꝓ nobis

sustinuisse debemus nobis quendam fas
ciculum mirre id est amaritudinis colli-
gere. ⁊ inter vbera nostra id est in medio
cordis collocare. vñ hic dicitur inter vbe
ra mea commorabitur. fasciculum mirre
inter vbera nostra commorari nichil ali-
ud est ꝙ amaritudinum multitudinem
quas pro nobis christ⁹ sustinuit iugiter
memorari. Trenoꝝ. 3. recordare pauper
tatis ⁊ trãsgressionis mee ⁊ absinti ⁊ fel
lis. et respondet anima sancta. memoria
memor ero ⁊ tabescet in me anima mea.
Sciendũ est ergo ꝙ ꝑ fundatõez hui⁹ fa
sciculi edificamus nobis ascensionẽ in ce
lis. Nos ğ illam supnam hierusalem que
edificatur vt ciuitas bonis operibus i ca
ritate factis edificem⁹ vt participes illi⁹
superni edificij inueniamur et sim⁹. i. ad
Chorinteos. viij. Sciẽtia inflat charitas
edificat. nos ergo apostema scientie inflã
tis expellamus. ⁊ in charitate que est op
timus artifex ascensionem nostrã in celo
edificemus. Nec ea que in vna die con-
struimus in die altera destruam⁹. ⁊ sic de
struamus peccata preterita. vt non edifi
cemus presentia vel futura Gallathes. 2.
Si em̃ que destruxit hec iteꝝ redifico ꝑ-
uaricatorem me esse cõstituto. Tercio as
cendit domin⁹ patenter Prouer. 21. ciui
tatẽ fortiũ ascẽdit sapiẽs destruxit robur
fidutie ei⁹. Due legunt̃ ciuitates solẽnes
scz babilon ⁊ hierusalẽ ꝑ babilonẽ signa
tur ꝯfusio inferni. Robur fidutie hui⁹ ci
uitatis scz babilonis dñs destruxit qñ in
infernũ descendit ⁊ electis suis spoliauit
Osee. xiij. Ero mors tua o mors morsus
tuus ero inferne. Sz hodie in ista sancta
ascensione ciuitatẽ fortiũ. i. supnã gloriã
ascẽdit cũ angelis ⁊ aĩabus sanctis Eph.
iiij. Ascẽdens xp̃s i altũ captiuã duxit ca
ptiuitatẽ ꝺz glosã sic põt exponi. captiui
tatem appellat homines quos dyabol⁹
a ꝑadiso captiuauerat ⁊ ꝑprios mũdi ⁊ i
ferni fecerat ⁊ appellat captiuitatẽ hoĩes
qui capti fuerunt. sicut vsu ꝯsueto militia
vocantur homines qui pugnare vel mili
tare ꝯsueuerunt. Istaz captiuitatem xp̃s
captiuã duxit qñ homines a iugo dyabo
li sub quo tenebantur captiui ad iugũ su
um suaue ⁊ ad onus suũ leue adduxit. et
de seruitute dyaboli ad seruitutẽ suã re-
duxit. qñ ipsos a peccato ꝑ suam grãz li-
berauit Romano. vi. Nunc aũt liberati
a peccato serui aũt facti deo habetis fru
ctũ vestrũ in sãctificatione. finẽ vero vitã
eternã. Dñs Ihs xp̃s per illuz angelum

potest intelligi quem Johãnes in apoca
lipsi i ortu solis ascẽdentẽ vidit vt habet
Apocalipsis septio capitulo. Uidi alterũ
angelum ascendentẽ ab ortu solis haben
tem signum dei viui. Christus ex assump
ta ifirmitate i se oñdit signũ hoĩs mortui
sed ex imensa potestate in se ostendit glo
riosa sua ascensione signũ dei viui. et hoc
tripliciter. Primo quia ascendit cũ insup
abili potestate. Scdo quia ascendit cũ ho
norabili societate. tercio quia ascẽdit cũ
mirabili maiestate. Primo enim ascendit
cum insupabi potestate iohis. i. Nemo
ascendit in celum nisi qui descendit de ce
lo. filius hominis qui est in celo. Nos le
gimus ꝙ tempore passionis christi mul-
ta corpora sanctoꝝ qui dormierũt resur-
rexerunt Mathei. xxvii. Et sicut credit̃ in
hac gloriosa ascensione cum christo ascen
derunt quare ergo dicit. Nemo ascẽdit i
celũ nisi qui descẽdit de celo. Sed respõ-
dendum est ꝙ solus ascendit in celũ pro-
pria patestate. qui solus descendit ꝓpria
voluntate. Scdo ascendit in celum cũ ho
norabili societate. Johannis. xx. Ascẽdo
ad patrem meũ et patrem vestrum. deuz
meum ⁊ deum vestꝝ. hic notatur ascensi-
onis sublimitas sed in ista ascensione cũ
xp̃o fuit honorabilis societas Ge. xxxii.
In baculo meo transiui iordanẽ istum. et
nunc cum duabus turmis egredior. chri
stus i baculo crucis iordanẽ istũ id est in
mundũ trãsiuit. Jordanis em̃ interpreta
tur humilis descensus. sed cũ duab⁹ tur
mis hodie in celum est reuers⁹. Iste due
turme fuerunt hominũ sanctoꝝ ⁊ angelo
rum. Tercio ascendit xp̃s cum admirabi
li maiestate Actuũ. i. Hic ille qui assump
tus ẽ a vobis in celũ sic veniet quẽadmo
dũ vidistis eũ euntẽ in celũ. ip̃e em̃ ascen
dit cum maiestate mirabili. ⁊ cum eadem
maiestate venit ad iudicium cum qua in
die anscensionis ascendit Luce. 21. Tũc
videbũt filiũ hominis venientẽ in nube
cum potestate magna ⁊ maiestate. Quar
to ascendit letanter. ascendit de⁹ in iubi
latione ⁊ dominus in voce tube. Domin⁹
em̃ ascendit cum leticia. ⁊ ideo dicitur as
cendisse in iubilatione. Ascendit etiaz cũ
victoria. Et ideo ascẽdisse dicitur in voce
tube. i. Machabeoꝝ. v. Ascẽderũt in mõ
tem syon cum leticia ⁊ gaudio. Syõ iter-
pretatur specula per quã beata virgo si-
gnatur. in qua deuz facie ad faciẽ lete cõ
templabitur Isaie quinqᷓgesimoꝑmo Ue
nient i syõ laudãtes ⁊ leticia sempiterna

super caput eorum. gaudiũ ⁊ leticiam ob
tinebunt et fugiet dolor ⁊ gemitus. Ad
istam vitam beataz nos perducere digne
tur qui viuit et regnat in secula Amen.

De ascensione domi-ni. Sermo secundus.

Uiri galilei quid
statis. aspicientes in celum.
hoc Jhesus qui assumptus est a vobis in
celum sic veniet quemadmodum vidistis
eum euntem in celuz Actuum primo ca-
pitulo. In verbo proposito notantur tria
Primo enim notatur attentio congrega
tionis discipulorum. cum dicitur Uiri ga
lilei quid statis aspicientes in celum. Se
cundo notatur eleuatio saluatoris ad al
ta polorum cum dicitur. Hic ihesus qui
assumptus est a vobis in celum. Tercio
notatur promissio reuersionis eiusdem
ad iudicium electorum. cum dicitur. Sic
veniet quemadmodum eum vidistis eun
tem in celum. Quantum ad primum scien
dum est q discipuli ascendentez dominũ
aspiciebãt diligenter ⁊ nos similiter si di
scipulorum imitatores sumus diligẽter
in christum respicere debemus. ⁊ hoc tri
plici ratione. Ipse etiam est fulcimentũ
et viaticuz nostre peregrinationis. Ipse
etiam est premium nostre glorificationis
Primo ergo diligenter ad Christum Je-
sum respicere debemus quia ipse est pre
cium nostre redemptionis vt etiam habe
tur ad Hebreos Duodecimo Capitulo.
Aspiciẽtes in auctorẽ fidei ⁊ ꝯsumatorez
ihz. q ꝓposito sibi gaudio sustinuit crucẽ
sicut scriptor volens veracem libꝝ scribe
re debet sibi de vero exẽplari prouidere
⁊ sicut ille qui vult rectam lineam produ
cere debet rectã ratiõez habere. Sic nos
si velimus in via morum vere et recte in-
cedere debemus nos ad exemplar opera
tionum christi regulare. sicut enĩz sine ve
ro exemplari liber non scribitur. ⁊ sicut si
ne recta regula recta linea non produci-
tur. sic nos nisi exẽplo christi regulemur
ad illam supernam hierusalẽ minime ꝑ
uenimꝰ Exo. xxiiij. capitulo. Inspice ⁊ fac
ſm exemplar quod tibi in monte mõstra
tum est. Exemplar in monte est christꝰ in
eminentia vite qui nobis per modum ex
emplaris proponitur vt eiꝰ vestigia imi
temur. Iste dominus ihesus ſm apostolũ
est auctor fidei et etiam consumator Au-
ctor fidei fuit diuinam naturam et huma
nam in vnitate persone coniungendo fi-
dem suam iudeis ⁊ gentibus predicãdo
auctor etiaz fidei est fidelibus suis habi
tum fidei quotidie infundendo sed con-
sumator fidei erit per enigmaticam in eã
que est facie ad faciẽ cõmutando prima
ad Chorinteos deciotercio capitulo Nũc
videmus per speculum in enigmate. tuz
autem facie ad faciez. Isti domino ihesũ
fuit propositum gaudiũ quando iudei vo
luerunt ipsum rapere vt facerent ipsũ re
gem terrenum vt habetur Johannis sex
to capitulo. Sed regnum terrenum mini
me appetebat. qui celestẽ ⁊ eternuz possi
debat vt habetur Johãnis decimo octa
no capitulo. Regnum meum non est de
hoc mundo. neq enim Jhesus ad hoc in
hunc mundum venerat vt terrenum re-
gnũ sibi acquireret. sz vt terrena celestibꝰ
pacificando sociaret. vt habetur ad collo
senses primo capitulo. Pacificans ꝑ san
guinẽ crucis eius siue que in celis siue q
in terris sunt. ⁊ per istam pacem tanq ve
rus et nouus mediator dedit electis suis
eterne hereditatis repromissionez vt ha
betur ad Hebreos nono capitulo. Ideo
noui testamenti mediator est vt morte in
tercedente in redemptionem earũ preua
ricationum que erant sub priori testamẽ
to repromissionem accipiant. Qui vocati
sunt eterne hereditatis. Secundo aspice
re debemꝰ in dominũ Jhesum christum
tanq fulcimentum et viaticum nostre ꝑ-
egrinationis vt habetur ad Hebreos vn
decimo capitulo. Non accepistis repro-
missionibus a longe eas aspicientes et
salutantes et conficientes quia peregri-
ni ⁊ hospites sunt super terram. quando
dominus ascendit ad alta celorum apo-
stoli nondum acceperant repromissiones
eternorum bonorum quia nondum susti
nuerãt angustias ⁊ tribulationes tormẽ
torum. Unde dominus in die iudicij di-
cturꝰ est apostolis ⁊ martiribꝰ suis. Uos
estis qui permansistis mecum in tribula-
tionibꝰ meis. ⁊ ego dispono vobis sicut
disposuit michi pater regnuz. Unde quia
apostoli nõduz ludibria ⁊ verbera ex per
ti fuerant. vincula ⁊ carceres adhuc igno
rabant. nec lapidati. nec secti. nec i occisi
one gladij mortui extiterant. ideo repro
missionem vite eterne ad quam per ista ꝑ
uenitur non acceperant. propter quod di
cit Non acceptis repromissionibus. Se-
quitur a longe aspicientes. discipuli chri

stum dominum ascendentem in celum a
longe aspiciendo sequebãtur aspectibus
oculorum q̄ sequi non poterant passibus
corporum. Unde sicut anna sedebat in su
percilio montis vt de longinquo videret
filium reuertentem. Sic discipuli domini
de longinquo aspiciebant dominum ascẽ
dentem vt habetur Thobie vndecimo ca
pitulo. Anna sedebat secus viã quotidie
in supercilio montis vnde respicere pote-
rat de lõginquo Sequitur hic. Et salutã
tes. Homines solent salutare hominez re
cedentem vel abientem. Sicut ⁊ isti domi
num salutabant vel salutem mandabant
Unde habetur in psalmo. Qui mãdas sa
lutem iacob. Jacob interp̃tatur luctator.
Et vere christus optim⁹ luctator fuit. ipse
enim mortem occidit. Dyabolum deiecit
Infernum spoliauit. Captiuam secum du
cens captiuitatem in celum ascendit. Se
quitur hic. Et confitentes. Quia peregri
ni et hospites sunt super terram. Uere di
scipuli xp̄i erãt hospites et p̄egrini. ⁊ simi
liter om̄s electi i hac valle miserie ꝯstituti
Prima petri secundo capitulo. Obsecro
vos tanq̃ aduenas et peregrinos absti-
nere vos a carnalibus desideriis que mi
litant aduersus animã et q̄uis electi sint
in hac vita hospites et peregrini tamen
a deo sunt dilecti Deutronomii. x. capitu.
Dominus amat peregrinum et dat ei vi-
ctum atq̃ vestitum. Dominus dat victum
ad sustinentiam necessitatis. dat etiaz ve
stitum ad ꝓtectionem nuditatis. Prima
ad Thimoteum. vi. Habẽtes alimẽta et
quibus tegamur his contenti sumus. ali
menta dicit ad sustentatõem necessitatis
et nõ ad sup̄fluitatem. Quibus tegamur
dicit ad ꝓtectionem nuditatis. et non ad
curiositatẽ q᷑ in hac vita in alimentis dꝫ
queri necessitas nõ sup̄fluitas. i vestimẽ
tis nõ dꝫ haberi nisi honestas ⁊ non curio
sitas. Tercio debemus aspicere ad domi
num tanq̃ ad premium nr̃e glorificatio-
nis Michee. viii. Ego ad dominũ aspiciã
expectabo saluatorem deum meũ. Ad do
minum debemus aspicere oculos cordiũ
nostroꝝ ad ip̄m erigere. et hoc ꝓ miseriis
ammouendis ⁊ ꝓ pericusis euadendis. ⁊
pro dubiis declarandis. ii. Paralippome.
xx. Cum ignoramus quid agere debeam⁹
hoc solũ habemus residue vt oculos nr̃os
dirigam⁹. Hõ in dubiis solet sapientes cõ
sulere qui debẽt ei dubia declarare. ⁊ de
bent eum de inceris certificare. ꝓpter hoc
Thobie. iiii. dꝫ. Consiliũ semꝑ a sapiente
perquire. nichil sapientius sapientia in-
creata. ⁊ ideo ab ipsa debemus cõsiliũ ꝑ
quirere. q᷑ facile est sibi nobis spiritũ cõ
silii ⁊ intelligentie inspirare Job. 32. spi-
ritus est in hominibus ⁊ inspiratio omni
potentis dat intelligentiam. Sequitur i
ꝓmissa auctoritate. Et sic ex peccato deũ
saluatorẽ meum. Uulgariter dicitur qui
deum expectat nõ sup̄flue expectat. Nos
ergo cum patientia et lõganimitate dñm
expectamus. non em̄ ipsum sup̄flue sꝫ cuꝫ
maxima vtilitate expectamus vt habet᷑.
ad Philipenses tercio capitulo. Salua-
torem expectamus dominum Jhesũ chri
stum qui reformabit corpus humilitatis
nostre cõfiguratum corpori claritatis ei⁹
Ecce magna vtilitas expectationis scꝫ re
formatio corporis nostre humilitatis. vł
configuratio corporis domini quod iam
recepit dotẽ gloriose claritatis Sic ergo
notatur primo attentio ꝯgregationis dis
cipulorum. cum dicitur. Uiri galilei quid
statis aspicientes in celum. Secundo no
tatur eleuatio saluatoris ad alta poloruꝫ
cum dicitur. Hic ihesus qui assumpt⁹ est
a vobis in celum. Sciendum est ergo q̄
ihesus assumptus fuit tripliciter. Primo
enim assumptus fuit ad voluntariam sus
tinentiam dyabolice tentationis. Scd̄o
assũptus fuit ad mediationem reconcilia
tionis. Tercio assumptus fuit ad excellẽ
tiam eterne glorificationis. Primo ergo
Christus assũpt⁹ fuit ad voluntariã susti
nentiam dyabolice tentationis vt hbet᷑
Mathei quarto capitulo. Assumpsit eum
diabolus in montem excelsum valde. et
ostendit ei omnia regna mundi et gloriaꝫ
eorum et dixit ei. Hec omnia tibi dabo si
cadens adoraueris me. Nec est mirum si
cut dicit beatus Gregorius. Si dominus
Jhesus a dyabolo fuit tẽtatus qui post
modum fuit a membris dyaboli crucifi-
xus. Sed ideo voluit dominus tentari.
quia per hoc voluit ostendere nos tẽtati
ones dyaboli nõ plus iusto debere time
re. sed per ipsas probatos ad coronam vi
te eterne posse peruenire vt habet᷑ Jaco
bi primo capitulo. Beatus vir qui suffert
tentationem. Quoniam cum probat⁹ fu-
erit accipiet coronã vite. Homo qui emit
gladium solet probare vtrum possit lori-
cam ferream scindere vel penetrare. Ho-
mo qui emit equum solet probare vtrum
sciat bene ambulare. Homo qui emit iu-
ga boum solet probare vtrum boues sub
iugo domiti sciãt arare vt habetur Luce

decimoquarto capitulo. Juga bouꝫ emi
quinqꝫ et eo probare illa. Sic dñs vult
suos commilitones in bello spirituali tē-
tationum et tribulationum probare. vt si
eos fortes ⁊ victores inueniat digne eos
valeat coronare. Secundo fuit christus
assumptus ad mediationem nostre recon
ciliationis: vt etiā habetur ad hebreos
quinto capitulo. Omnis pontifex ex ho-
minibus assumptus pro hominibus con
stituitur. In his que sunt ad deum vt of-
ferat dona ⁊ sacrificia ꝓ peccatis. Chri
stus hominem id est humanam naturam
assumpsit in incarnatione. vñ ps. Beatus
quem elegisti et assumpsisti. Sed assum-
ptus fuit ex omnibꝰ in ista gloriosa ascē-
sione dñs Jesus xp̄s ab angelo pontifex
appellatꝰ. ipse em̄ est pōtifex summꝰ ⁊ sa
cerdos eternꝰ hebreoꝝ. vij. Jesus eo qđ
maneat ineternū sempiternum habet sa
cerdotium. Iste pontifex summus assum
ptus est a societate hoim vt offerat dona
et sacrificia deuotaꝝ orationū ꝓ iterpel-
latiōe ⁊ recōciliatiōe pctōꝝ hebreoꝝ. vij
Saluare imperpetuū pōt accedens ꝑ se-
metipsuꝫ ad deū semꝑ viuēs ad interpel
landū pro nobis. Tria dicit. Primo dicit
ꝙ saluare pōt ⁊ istud intelligendū est ꝙ
istud est de ratione eterne ⁊ incōmutabi
lis diuinitatis. Scđo dicit ꝙ accessum hꝫ
ad deum ⁊ hoc intelligitur rōne innocen
tissime ⁊ ex tēpore assumpte humanitatꝭ.
Tercio dicit qꝛ semꝑ viuit ad interpellā
dū ꝓ nobis. et hoc intelligitur rōne vita
lis et pulsiue bonitatis. Tercio fuit xp̄s
assumptus ad excellentiaꝫ eterne glorifi
cationis. i. ad Thimoteū. iij. Quod mani
festū est in carne. iustificatū est in spiritu.
apparuit angelis. predicatum est genti-
bus. creditum est in mūdo. assumptuꝫ est
in gloria. Exponamꝰ vere christꝰ manife
stus est in carne per assumptioneꝫ carnis
ex vtero beate virginis iustificatꝰ est in
spiritu per plenitudinem gratie ⁊ verita
tis. christus etiam apparuit angelis sibi
tanqꝫ ꝓprio dño ministrātibꝰ Math. iiij.
Ecce angeli accesserunt ⁊ ministrabāt ei.
predicatus est gentibus discipulis se ad
gratiā cōuertētibus. ⁊ christi incarnatio
nem mortem resurrectioneꝫ ⁊ ascensionē
predicantibus Creditus est in mūdo iu-
deis experte ⁊ gentibus in maiori pleni-
tudine fidem christi recipientibus assum
ptus est in gloria angelis ⁊ hoibꝰ letanti
bus Marci vltimo. Dñs qđeꝫ ih̄s postqꝫ
locutus est assumptus est in celū ⁊ sedet
ad dexterā dei. sic ergo notatur eleuatio
saluatoris ad alta poloꝝ. cuꝫ dicitur. hic
Jhesus qui assumptꝰ est a vobis in celū.
Tercio notatur ꝓmissio reuersionis eius
dem ad iudicium electoꝝ et etiam repro
boꝝ. ⁊ hoc notatur cum dicitur sic veniet
quēadmodum vidistis eum euntē in celū
Sciendum est ergo ꝙ christus veniet tri
plici de causa. Primo em̄ veniet ad mani
festationem animorum. Secundo veniet
ad damnationeꝫ reproborum. Tercio ve
niet ad glorificationē electoꝝ. Primo er
go veniet ad manifestationem animoruꝫ
prima ad Chorinteos. iiij. Nolite ante tē
pus iudicare quo adusqꝫ veniat dominꝰ
qui illuminabit abscondita tenebrarum
et manifestabit consilia cordium. Fatuū
est ante tempꝰ de alio iudicare. maxime
iudicio male ⁊ peruerse diffinitiōis: quia
hoc est seipsum iudicare iudicio condem
nationis: sed tūc poterimus sane iudica
re quando veniet dñs et illuminabit ab
scondita tenebraꝝ. hoc dicitur quantum
ad malos ⁊ reprobos. modo em̄ peccata
que in tenebris ⁊ latebris conscientiarū.
abscondita sunt apertis verbis conscien
tiarum tam bonis quam malis appare-
būt Apocalipsis vicesimo capitl'o. Libri
aperti sunt ⁊ iudicati sunt mortui ex hijs
que scripta erāt in libris ꝺm opera eorū.
Si tu deferas in conscientia tua scriptu-
ram culpe amoto sigillo aperto libello in
uenietur ibi littere vrie qui secū detulit
litteras mortis sue. vnde sicut aliqs quā
do pegerat in curia officialis: cum in sca
la ponitur cedula ad collum eius suspen
ditur. in qua ratio sue confusionis conti
netur. sic in die iudicij miseri peccatores
confundent ⁊ sine alia attestatione dāna
buntur ex malis que in libro conscientia
rum legentur. sic ergo dominus illumi-
nabit abscondita tenebrarum. hoc dicit
sicut superius expressum est quantum ad
malos. sequitur. Et manifestabit cōsilia
cordium. hoc dicit quantum ad bonos.
Unde imediate sequitur. ⁊ tunc laus erit
vnicuiqꝫ a deo. ꝓpter quod. ij. ad Chori n
teos quarto capitulo dicitur. Deus qui
dixit de tenebris luceꝫ splendescere ipse
illuxit in cordibus nostris ad illumiatio
nem sciētie claritatis dei in facie Christi
Jhesu. Euidēter apparet ꝙ corda electo
rum magna claritate radiabunt quando
in faciem dñi nostri Jhesu christi fulge-
bunt. Secūdo veniet dominus ad dāna
tionē reproboꝝ vt habetur Apocalip. i.

Ecce venit cū nubibus ⁊ videbit eū omnis oculus. ⁊ qui eū pupugerunt ⁊ plangent se super eum omnes tribus terre Dominus in nube ascendit ⁊ nubes suscepit eum ab oculis eorum. ⁊ sicut in nube ascendit ita ī nube reueniet. Unde hic dicit Ecce venit cum nubibus ⁊ videbit eū omnis oculus. terribilis erit videre veniētē iudicaturū cum potestate magna ⁊ maiestate q̄ hic iudicatus fuit ab impijs ī sua paupertate ⁊ hūilitate Apocalip. vii. Reges terre ⁊ principes ⁊ tribuni ⁊ diuites ⁊ fortes et omnis seruus et liber absconderunt se in speluncis ⁊ petris montium ⁊ dicant montibus ⁊ petris. Cadite sup nos ⁊ abscōdite nos a facie sedētis sup thronum. ꝓpter qđ et hic dr̄ ꝗ tunc plangent se super euz omēs tribus terre. Dominus dedit nobis consilium vt plangeremus et fleremus sup nos in presenti vita. vt nō oporteret nos flere in vita futura Luce. 23. Filie hierusalem nolite flere super me sed sup vosipsas flete ⁊ sup filios vestros. Tercio venit dn̄s ad glorificationē electoꝝ Johis. x. Ego veni vt vitā habeant ⁊ abūdanti⁹ habeāt. Dn̄s vult electos suos vitam habere in mādatorū suoꝝ obseruatiōe Mathei. xix. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Nam per obseruantiaz mandatoꝝ ꝑuenitur ad vitam electoꝝ. sz vult dn̄s electos suos nō solū vitam sed abundantiorem vitam habere in christi veri dei ⁊ veri domini aperta visione. Johānis. xvij. Hec ē vita eterna vt ꝯnoscant te solum deum verum et quem misisti Jhesum christum Ad quam vitam eternam nos perducat

In die Pentecostes Sermo primus.

Repleti sunt omnes spiritusancto et ceperunt loqui varijs linguis prout spiritussanctus dabat eloqui illis Actuum. 2. In verbo proposito (i quo apostoli dicuntur fuisse repleti spiritusācto) tria notantur. Primo enim notatur replete cognitionis generalitas. cuz dicitur. repleti sunt omnes. Secundo notatur replentis doni dignitas. cum dicitur. spiritusācto. Tercio notatur effectus consequentis vtilitas. cum dicitur. et ceperunt loq̄ varijs linguis. Quantuz ad primam sciēdum est ꝙ apostoli fuerunt repleti triplici de causa. Primo enim fuerunt repleti ad discretionez agendoꝝ. Scd̄o fuerunt repleti ad reprehensionē peccatoꝝ. Tercio fuerunt repleti ad aggressionez arduoꝝ. Prio ergo fuerūt apostoli repleti ad discretōnem agēdoꝝ. Ecclesiastici. xxxix. Si enim dominus magnus voluerit spiritu intelligentie replebit illum. ⁊ ip̄e tāq̄ imbres mittet eloquia sapientie sue. Dominus magnus est dominus Jhesus christus. quis enim deus magnus sicut deus noster. nullus vtiq̄ magnus enim dominus ⁊ laudabilis nimis. et magnitudinis eius non est finis. iste dn̄s magnus hz intelligentiā penes se Job. xij. Apud ipsum est sapientia ⁊ fortitudo ip̄e habet intelligentiam ⁊ consilium. ⁊ quia intelligētiā hz penes se ideo potest illā cui vult ⁊ qn̄ vult inspirare Job. xxxij. c. Spūs ē in hominib⁹ ⁊ inspiratio omnipotētis dat intelligentiam. isto spiritu ītelligētie hodie apostoli repleti fuerunt. et ideo tāq̄ imbres eloquia sapie sue miserunt. Hoc spiritu intelligentie nō soluz repleuit dominus apostolos sz quotidie replet suos predicatores vt tanq̄ imbres effundant super auditores exhortationes salubres Ecclesiastes. xi. Si repleti fuerit nubes ībrem sup terram effundent. Nam predicatores repleti spiritu veritatis super auditores effundunt imbrez exhortationis salutaris. Sed sciendum est ꝙ spiritussāctus nō solum repleuit apostolos. ⁊ nō solum replet predicatores sanctos sz etiam replet auditores deuotos Actuuz. x. Adhuc loquēte petro verba hec cecidit spiritussanctus sup omnes qui audiebant verbum. Secūdo fuerūt repleti apostoli ad reprehensionē peccatoꝝ. Michee. 3. Repletus sum fortitudine spirit⁹ domini iudicio ⁊ virtute vt annunciem iacob scel⁹ suum. Spiritus domini est spiritus fortitudinis Sicut eī homo sine spiritu vitali nichil potest in operatione naturali. Sic homo sine spiritusancto nichil meritoriū pōt facere in opatōe mortali Luce vltio. Sedete ī ciuitate quoadusq̄ induamini ꝟtute ex alto Uñ beat⁹ petr⁹ ante missionē spūssancti ad vocē vni⁹ āncille christuz negauit. post missū spūmsanctū minas flagella tormēta tirānoꝝ minime formidauit. nec mirū q2 fortitudo ⁊ decor indumētū ip̄ius ⁊ alioꝝ apostoloꝝ fuit. Prouerbioꝝ vltio. Fortitudo ⁊ decor indumētū ei⁹ Fortitudo dicit q̄ ad tollerātiā aduersoꝝ ⁊ aggressionem arduorū. Decor dicit quo ad pulchrā varietatem ⁊ variā pulchritudinē virtutum. propter qđ ꝓpheta

vicit. Repletus suz fortitudine spiritus
domini sequitur iudicio ⁊ virtute. Bene
coniungit ista duo iudicium ⁊ virtutē. q̄ꝛ
iudicium sine virtute non habet proposi
ti executionez. virtus aūt sine iudicio de
generat in precipitationē ⁊ deuiationē.
Prouerbioꝝ.xx. Rex qui sedet i solio iu
ditiȷ̄ dissipat omne malū intuitu suo. Hic
notantur duo scꝫ discretio agēdoꝝ ex iu-
ditiȷ̄ deliberatione. cum dicitur. Rex qui
sedet in solio iuditiȷ̄. Scđo notatur exclu
sio maloꝝ ex virtutis executione. cum di
citur dissipat omne malū intuitu suo. Ad
hoc aūt debet predicator iuditio ⁊ virtu
te repletus esse. vt sciat ⁊ audiat peccato
rib⁹ scelera anunciare. vnde hic dicitur.
vt annunciem iacob scelus suū ⁊ israhel
peccatum suum. Jacob interpretat̄ lucta
tor in quo signatur status secularium. is
rahel interpretatur vidēs deum. in quo
signatur stat⁹ clericoꝝ ⁊ religiosoꝝ. vtris
ꝙ debent annūciari peccata ⁊ scelera eo
rū. sed multi sunt q̄ peccatoribus peccata
scelera sua non annunciant. imo peccato
res in desiderijs animarum suarum quā
doꝙ laudāt ⁊ laudando ipsos beatificāt
ideo viam gressauz suoꝝ in via moꝝ dis
sipant. Jsaie.3. Popule meus q̄ beatuz te
dicūt ipi te decipiūt ⁊ viaz gressuum tuo
rū dissipant. Sed sciēdum est ꝙ sicut val
de reprehensibile est condemnare iustuz
sic rephēsibile est impiū iustificare. Pro.
xvij. Et qui iustificat impiū ⁊ qui ꝯdēnat
iustum abhominabilis ē vterꝙ apud de
um. Et sciēdū ꝙ multi sunt predicatores
qui audacter annūciāt scelera sua iacob
id est secularibus et maxime popularib⁹
qui non audent annunciare peccata sua
israhel. id ē clericis p sacrā scripturā deū
videntib⁹ nec p̄latis siue pastorib⁹. tales
gladiuz verbi dei contra oues simplices
elimāt ⁊ exacuunt. ꝓ contra malos pasto
res lupi rapaces oues dn̄icas deuorātes
gladium verbi dei nō extrahūt. ꝓ potius
in vaginā mittunt. Scđo fuerunt repleti
apostoli ad aggressionē arduoꝝ. Nūeri.
iij. Sacerdotes vncti sunt quoꝝ replete
et cōsecrate sunt man⁹ vt sacerdotio fun
gerent. sacerdotes sunt christi fideles se
ipsos hostiam viuentem ⁊ sanctā deo offe
rētes. Ro.xij. Obsecro vos per misericor
diā dei vt exhibeatis corpora vestra ho-
stiam viuentē sanctā deo placentez. Isti
sacerdotes id est xp̄i fideles vncti vnctio
ne spūssancti q̄ sunt de oībus docti ⁊ etiā
eruditi. i. Jo.ij. Unctio eius docet vos de
oībus. nā sine spiritussancto qui est dul-
cis vnctio interioris cordis nō possumus
interius erudiri. Joh.xvi. Cū venerit il-
le spūs veritatis q̄ a p̄re ꝓcedit docebit
vos oēz v̄itatē. q̄ꝛ ergo vnctiōe hui⁹ spūs
isaias ꝓpheta se vnctum sentiebat ideo
cum omni securitate auditoribus p̄dica
bat. Jsa.lxi. Spūs dn̄i sup me ad annun
ciandū mansuetis misit me. Primo dicit
fuisse se vnctuz. ⁊ post modū missū ad pre
dicādū. p̄dicator em̄ si spiritusancto vn-
ctus fuerit facilius dura corda ad pn̄iam
emollit sicut enim sotulares duri ⁊ aridi
pedes ledūt. vncti vero custodiunt ⁊ de-
fendūt. sic p̄dicator vnct⁹ spiritusācto q̄n
pctōri loq̄t pctōr de facili ad deuotionem
et miam emollit. istoꝝ sacerdotū q̄ vncti
sūt dn̄t eē man⁹ replete ⁊ ꝯsecrate. Bene
cōiungit ista duo repletionē manuū ⁊ cō
secrationē. Nā repletio bonoꝝ opeꝝ re
quirit sanctitatē. Sanctitas vero exigit
bonoꝝ opeꝝ multiplicationē ⁊ pluralita
tē Apocalipsis vltimo capitulo. Qui iu-
stus est iustificet adhuc. Debēt ergo xp̄i
fideles tāq̄ dominici sacerdotes esse re-
pleti fructibus bonoꝝ opeꝝ. vt postmo-
dū impleātur fructib⁹ premioꝝ. Prouer
bioꝝ duodecimo. De fructu oris sui vn⁹
quisꝙ replebitur bonis ⁊ iuxta opa ma-
nuum suaꝝ retribuetur ei. Duo notātur
hic que in bono predicatore debent esse.
Primum est eruditio studiosa. qđ notat̄
cum dr̄. De fructu oris sui vnusquisꝙ re-
plebitur bonis. Scđm est opatio fructuo
sa. qđ notatur cū dr̄. iuxta opera manuuꝫ
suaꝝ retribuetur ei. Sciendū est ergo ꝙ
studiosa eruditione auditoꝝ debetur do
ctoribus et predicatorib⁹ corona eterno
rū gaudioꝝ. i. ad. Thessa.ij. Que est em̄
nostra spes aut gaudium aut corona glo
rie nōne vos ante dn̄m nr̄m ihm̄ xp̄m. Sꝫ
quidam sunt predicatores qui docent stu
diosa ⁊ operātur peruersa. Genesis.xxvij.
Uox quidē vox iacob est manus aūt esau
sunt. Frequenti em̄ exhortatione sermo-
num nō concordat executio operationū.
ideo hic dicitur iuxta opera manuū suaꝝ
q̄ꝛ ꝫm opa bona vel mala reddetur retri
butio cōdigna. Unde de forti muliere. ꝓ
uerbioꝝ vltio dr̄. Date illi de fructu ma
nuū suaꝝ. ⁊ laudent eam in portis opera
eius. sic ergo p̄mo notatur replete ꝯgre-
gationis apostoloꝝ generalitas cum dr̄.
Repleti sūt oēs. Scđo notatur replētis
doni dignitatis cū dicitur spūsancto. Sci
endū est ergo ꝙ hodierna die spiritussāc

tus datus est apostolus triplici de causa
Primo em̄ datus est ad emendationem.
peccatorum. Scd̄o datus est ad cognitio
nem occultoꝝ. Tercio dat⁹ est ad dulco-
rationem animoꝝ. Primo ergo datus est
spiritus ad emendatōnē peccatoꝝ. Titū
.3. Per lauacrū regeneratōis ⁊ renouati
onis spiritussancti quē effudit ī nos abū
de ꝑ ihesum xp̄m saluatorē nostruz sicut
paruuli in aqua loti a suis lotricib⁹. mū-
dantur a sordibus corꝑalibus sic homi-
nes loti aqua baptismatis mundantur a
sordibus spiritualibus tam originalib⁹
q̄ȝ actualibus cuiusmodi effectum emun
datiōis oꝑatur spūs Actuū. i. Quia iohā
nes baptisauit aqua vos aūt baptisabi-
mini spūsancto non post multos hos di-
es. Dn̄s voluit apostolos suos baptisari
baptismate fluminis sed etiaz baptismo
flaminis ⁊ vltimo baptismo sanguinis. is
tud lauacrū regeneratiōis ⁊ renouatōis
scȝ sācti spiritus in nos effundit abunde
qꝛ ꝑ spiritū sanctuz in baptismo susceptū
loti sumus a peccatoꝝ feditate. ⁊ accepi
mus virtutes ⁊ si nō in vsu tn̄ in munere
Isaie. iiij. Si abluerit dn̄s sordē filiorūz
syon ⁊ sanguinem hierusalem lauerit de
medio ei⁹ in spiritu iudicij ⁊ spū ardoris
Bn̄ coniūgit ista duo spiritū iudicij ⁊ spi
rituz ardoris vt spiritus iudicij luceat in
tellectū. spiritus ardoris ferueat in affe-
ctu. istū spiritū ardoris hodie xp̄s aposto
lis suis donauit quando ipsis ꝑ spiritum
sanctum charitatem infudit. ⁊ ipsos cha
ritatis feruore inflammauit. Romanorū
.v. Charitas dei diffusa est in cordib⁹ no
stris ꝑ spiritum sanctuz qui datus est no
bis. Excellentissimū est charitatis donū
ꝑ qd̄ deletur ⁊ oꝑitur ml'titudo peccato
ruz. i. Petri. iiij. Ante om̄ia mutuā in no
bis metip̄is charitatē ꝯtinuam habētes
qꝛ charitas dei oꝑit multitudinē pecca-
toꝝ. optimū est charitatis oꝑimentū vel
cooperimentū. Alia em̄ cooꝑimenta reci
piūt pulueres pediculos ⁊ pulices. cooꝑ-
toriū vero charitatis nō recipit sȝ expel
lit spūales sordes. Scd̄o dat⁹ est spiritus
sanctus apostolis ad cognitionem occul-
toꝝ Sapientie. ix. Sēsum aūt tuum quis
sciet nisi tu dederis sapientiam ⁊ miseris
spiritum sanctū tuum de altissimis. sicut
diues homo quando vult habere pecuni
am solet ad thesaurū suū vbi resposita ē
pecunia recurrere. sic ad deum per sensū
vel sapientiam debemus recurrere si veli
mus sapientiā impetrare Jacobi primo

Si quis vestrum indiget sapientia postu
let a deo qui dat omnib⁹ affluenter ⁊ nō
improperat et dabitur ei. Ex receptione
ḡ diuine sapientie possum⁹ sensuz vel sci
entiā domini cognoscere quod precise fit
ex spiritussancti grato munere. Unde hic
sequitur Et miseris spiritūsanctum tuū
de alto. Spiritus em̄ sanct⁹ quasi acumē
penetrans. ⁊ nos vsqȝ ad ꝓfundum dei i
troducens. i. ad Chorinte. 2. Nobis autē
reuelauit deus per spiritūsanctū. Spiri-
tus em̄ omnia scrutatur etiā ꝓfunda dei
istum spiritum sanctuz apostoli hodie re
ceperunt. Actuum. i. Recipietis virtutez
suꝑuenientis spiritussācti in vos. ⁊ eritis
mihi testes in iherusalē ⁊ in omni iudea
⁊ samaria. ⁊ vsqȝ ad vltimū terre. Isti te-
stes fuerūt omni exceptione maiores. Cū
enim in ipsis loqueretur spirit⁹ veritatis
oportuit ip̄os esse veraces. 2. Petri. i. spi
ritusancto inspirati locuti sunt sancti dei
hoies. sicut em̄ ex flato humano repleta
resonet tuba. sic spiritusācto repleta reso
nabāt ora apostolorū. Tercio hodie fuit
datus spiritussanctus apostolis ad dele
tationem animoꝝ Sapien. xij. q̄ȝ bonus
⁊ q̄ȝ suauis est domine spūs tu⁹ in nobis
Spiritussāctus est bonus in effectu sȝ su
auis in affectu Bon⁹ est in effectu vnde
in ps̄. Spiritus bonus tu⁹ deducet me i
terram rectā. Nam sine directiōe spirit⁹
sancti non pōt via recta que ducit ad vi-
tam eternā teneri. hanc effusionem spiri
tussācti que hodie facta est super aposto
los dn̄i. dn̄s ꝑ zachariā ꝓphetā lōge an̄
ꝓmisit. zacha. xii. Effundā suꝑ domū da
uid ⁊ suꝑ habitatores hierusalez spiritū
gratie ⁊ precum ⁊ aspicient ad me quem
confixerunt. Bene coniungit ista duo spi
rituz gratie ⁊ spiritū precum. Spūs eniz
gratie ꝑtinet ad iustificatōnez peccatoꝝ
spūs vero precū ꝑtinet ad desiderate rei
ip̄etratiōes. ⁊ hoc ordine congruo. nisi ei
precedat peccatoris iustificatio nō de fa
cili ip̄etratur desiderate rei possessio. vn̄
ps̄. lxv. Iniquitatez si aspexi i corde meo
nō exaudiet dn̄s. Et sciēdum est q' i fine
auctoritatis hortatur nos ad memoriam
dn̄ice passionis cū dicit ⁊ aspicient ad me
quem ꝯfixerūt. Nos em̄ oculo diligentis
ꝯsideratiōis debem⁹ inspicere plagas et
fixuras dn̄ice passionis per quaz redēpti
sumus a peccatis ⁊ vanitate praue ꝯuer-
satōis. i. Petri. i. Non corruptibilib⁹ au-
ro vel argento redēpti estis de vestra va
na conuersatione paterne traditionis. s

precioso sanguine quasi agni incōtamina
ti ⁊ imaculati christi ihesu. sic ergo secun
do notatur replentis doni dignitas cū dr̄
sancto spiritu. Tercio notatur effect⁹ cō
uenientis vtilitas. cum dr̄ ⁊ ceperunt loq̄
varijs linguis. Sciēdū est ergo ꝙ aposto
li spūsancto repleti tripliciter sūt locuti.
Primo em̄ locuti sunt magnalia ad dei cō
mendationē. Scd̄o locuti sunt spūalia ad
populi dn̄ici informationē. Tercio locu-
ti sunt verba vitalia ad vite eterne asse-
cutionez. Primo ergo locuti sūt apostoli
magnalia ad dei ꝯmēdationē. Actuū. ij.
Audiuim⁹ eos loquētes nostris linguis
magnalia dei quid apostoli de christo ni
si magnalia loq̄bantur qui ipīs cernenti
bus fuerat sup̱ celos magnifice eleuatus
Eleuata est em̄ magnificentia tua sup̱ ce
los deus. propter hoc. Ecclesiastici. xliij.
Glorificantes dn̄m quātumcunq̄ potue-
ritis supualebit adhuc ⁊ admirabilis ma
gnificētia ei⁹. Immensitas em̄ diuine bo
nitatis nō potest sufficienter magnificari
ab illo qui ad mensuram spm̄sanctū acce
pit q̄ntūcūq̄ fuerit sanctitatis Exodi. xv.
Quis similis tui in fortibus dn̄e quis si-
milis tui magnificus in sanctitate terri-
bilis atq̄ laudabilis ⁊ faciens mirabilia.
Scd̄o locuti sunt apostoli spiritualia ad
populi dn̄ici informationē. i. ad Chorin-
teos. 2. Loquimur non indoctis humane
sapiētie verbis sed in doctrina spūs ꝯpa
rātes spiritualia spiritualibus. humana
sapiētia a dn̄o reputatur indocta. sed po
tius insipiētia ⁊ recte illaz sapientiam in
sipientiam iudicam⁹ que a sūmo sapiēte
insipientia iudicatur. ii. Ad Chorinteos.
iij. Sapientes huius mundi cōsueuerūt
spirituales viros vocare simplices vel po
tius isipiētes. qd̄ est magna derisione di
gnum. sicut esset si rane ꝓpter paruuz sal
tum quo se eleuant in altum deriderent
aues volantes ad celum. istam sapientiā
mundanā ꝑ insipientiam predicatoꝝ sim
plicium voluit dominus ꝑdere ⁊ reproba
re. i. ad Coriptheos. i. Perdam sapientiā
sapientiū ⁊ prudentiā prudentium repro
babo. In istis indoctis hūane sapie ver-
bis nō loq̄batur apostolus sed in doctri-
na spiritussancti ad informationez popu
li dominici. Unde dicit spiritualibus spi
ritualia ꝯparātes. Nā sermo doctoꝝ de-
bet formari scd̄m capacitatem auditorū.
contra multos predicatores qui abducto
supercilio grandia verba trucidantes in
ter mulierculas de sacris litteris fantur

Est etiam contra illos qui viros spūales
de fugiēdis vitijs carnalib⁹ exhortātur.
vnde apostolus in predicationibus suis
verba formabat ſm quod audiēs popul⁹
capiebat. vn̄ ipē qui lacte simplicioris do
ctrine alebat paulos pane solidioris do
ctrine cōfirmabat ꝑfectos. i. ad. Chorin-
teos. 2. Sapientiaz loq̄mur inter. Tercio
loquebantur apostoli verba vitalia ad vi
te eterne executionez. Deutro. v. Uocem
eius audiuim⁹ in medio ignis. ⁊ ꝓbaui-
mus hodie ꝙ colloquente cum hoie vixe
rit hō. Certe bene hodie apostoli audie-
rūt vocem domini interi⁹ in cordib⁹ suis
per ispiratonē loquētis. ⁊ hoc de medio
ignis qn̄ dn̄s spiritūsanctū sup̱ apostolos
in liguis igneis misit. Actuū. 2. Apparue
rūt apostolis disperdite ligue tāq̄ ignis
Spiritussanctus apparuit apostolis ho-
dierna die in liguis igneis. in linguis vt
faceret ad vtilitatem loquentes in igne
apparuit vt ipsos redderet ꝑ charitatez
feruentes. hodie loquentes deo cū hoie
vixit. quia verba eius sunt verba vite ce
lestis Johānis. vi. Spiritus est qui viui
ficat. caro nō ꝓdest quicq̄ verba que ego
locutus sum vobis spūs et vita sunt. id ē
spūaliter viuificātia vel vitam gratie in-
ducentia. ps. Gram et gloriā dabit dn̄s.
Ad quā gloriā nos perducere dignetur.

In die penthecostes. Sermo secundus.

De excelso misit
ignē in ossib⁹ meis ⁊ erudiuit
Trenoꝝ. i. Istud verbum est
hieremie de exordio nascētis ecclesie cō
gratulantis. ⁊ de missione spūssācti ꝓphe
tātis. Et notātur duo in ꝓposito verbo.
Prio em̄ notatur missio ꝑacliti siue spiri-
tus ꝯsolationis. cum dixit. de excelso mi-
sit ignē in ossibus meis. Secundo notat̄
vtilitas missionis cū dicitur. et erudiuit
me. Quantū ad primū notādum est ꝙ spi
ritussanctus missus est quadruplici ratio
ne. Primo ad directionem viatoꝝ. Scd̄o
ad inflāmationem frigidoruz. Tercio ad
purgationem mundanoꝝ purgandorum
Quarto ad solidationē infirmoꝝ. Primo
missus est spiritussanctus ad directionez
viatorum Exodi. iz. Domin⁹ precedebat
filios israel ad ostendendum viam ꝑ diē
in columna nubis ꝑ noctem in columna
ignis. sicut per diem in sacra scriptura si
gnat̄ ꝓsperitas. ita ꝑ noctez designatur
aduersitas. Unde colūna nubis in die est
temperantia in prosperitate. Columna

ignis i nocte est patiētia in aduersitate.
Hec est duplex via regia ꝑ quaȝ deꝰ vult
electos suos ducere vt possint ad regna
celestia ꝑuenire Numeri.xx. Via publi-
ca gradiemur neqꝫ ad dexteram neqꝫ ad
sinistrā declinātes. sicut ꝑ istam viam pu
blicam incedunt electi domino ducente.
sic ab ea exorbitāt reprobi dn̄o ꝑmittēte
Facit eni̅ frequenter dominus sicut sapi
ens pater familias qui permittit in pas
cuis liberꝫ vitulū quē itendit occidere vl'
mactare. illū affligit et domat quē itēdit
ad triturā reseruare. facit etiam sicut me
dicus sapiens q̇ sub arta dieta restringit
infirmū de cuius conualescētia sperat. il-
li autem exponit omnia de cuius conua
lescentia desperat. Unde reprobi frequē
ter quasi per prata amenissima currūt ad
infernale suppliciuȝ. Electi vero quasi ꝑ
loca scopulosa ⁊ magnis difficultatibus
plena tēdunt ad gaudia celoꝝ. Sic ergo
dominus on̄dit viam celoꝝ suis fidelibꝰ
Sed sciendum est ꝙ qꝛ iudei erant sensi
biles atqꝫ rudes ideo dedit eis dn̄s i via
sua sensibile directiuum columnaȝ scȝ ig
nis vel nubis. Sȝ qꝛ apostoli futuri erāt
spūales ⁊ intelligētes dedit illis deꝰ ad
on̄dendam viam suam signum rei intelle
ctualis instructiuū. Unde suꝑ apostolos
apparuit igneis Actuuȝ.2. In linguis vt
eos redderet eloquētes. in linguis igne
is vt eos redderet feruētes. Scd̄o missꝰ
est spiritussanctus ad inflāmationem fri
gidoꝝ. Zach.12. Ponā ducem iuda sicut
caminū ignis in lignis. ⁊ sicut facē ignis
in feno ⁊ deuorabūt ad dexterā ⁊ sinistrā
in circuitu om̄s populi. Isti pricipes fue
rūt apostoli suꝑ omeȝ terrā. pricipes isti
erūt boni duces non sectātes auaritiā sȝ
solū querentes animaꝝ salutem Isaie.13
Suscitabo suꝑ eos medos qui aurū non
querent nec argentum velint. sȝ sagittꝭ ꝑ
uulos interficient. Iste sagitte sūt aucto
ritates sacre scripture ps̄. Sagitte potē
tis acute cū carbonibus desolatoriis iste
sagitte potētis sūt acute ꝑ soliditatē ve-
ritatis. sed cū carbonibus desolatoriis ꝑ
inflāmatōeȝ charitatꝭ. tales duces nō sūt
prelati nostri tempis. qui et si in tractati
bus suis incipiant a reformatione morū.
finaliter cōcludunt euacuationem bursa
rū. ⁊ qui in aliis iuste vsurariam prauita
teȝ reprobāt in seipsis iniuste rapinā vio
lentiā approbant ⁊ demōstrant Isaie .1.
Pricipes tui infideles socii furꝝ om̄s di-
ligunt munera. sequitur retributōnes. ⁊
eēt tolerabile si ipi sibi oblata reciperēt
sed ipsi violenter ablata recipiūt. ⁊ sicut
aues predales subiectos suos morsu suo
amarissimo lacerāt ⁊ deuorant. sȝ dn̄s pri
cipes suos id ē apostolos posuit sicut ca
minū ignis i lignis vt quodāmodo ipos
quantū ad statū ifidelitatis deuorarēt ⁊
in naturaȝ corpis mistici qd̄ ē ecclesia xpi
charitate feruētꝭ trāsformarēt. Ecce do
verba mea in ore tuo in ignē et populum
istum in ligna ⁊ deuorabit eos. sequit̄ et
sicut facem ignis in feno. ad idē pertinēt
ligna et fenum scȝ ad statum peccatorum
sed in hoc differunt ꝙ per ligna signant̄
maiores. ꝑ fenum vero minores. ad Cho
rinteos.3. Suꝑedificant suꝑ fundamētū
fidei lignum fenum stipulam Glo. Lignū
id est maiora peccata fenum id est mino-
ra stipulaȝ id est minima. sic ergo dn̄s po
suit apostolos tanqꝫ faciē ignis. Unde de
ipsis cantatur. Portantes pacē et illumi
nantes patriā. sed hanc facem ignitā po
suit in feno id est peccatoribus oppressis
corruptionibus carnalibꝰ Isaie. xl. Om-
nis caro fenū. sic ergo dn̄s apostolos suos
sicut caminū ignis in ligno et sicut facem
ignis in feno posuit. qn̄ apostolos suos
igne spiritus sancti inflāmatos fideȝ suā
peccatoribus maioribus ⁊ minoribus ꝑ-
dicari voluit ⁊ ipsos ad fidē suam et dile
ctionem inflāmauit vt possēt dicere illud
Roma.v. Charitas dei diffusa ē in cordi-
bus nostris ꝑ spiritūsanctum qui datus
est nobis. Et sic apostoli dn̄i igne spiritꝰ
sancti inflāmati ad amorē dei populos in
fidelium succenderunt. ⁊ in corpus chri-
sti qd̄ est ecclesia cōuerterūt. Trenoꝝ.2.
Succendit in iacob quasi igneȝ flāme de
uorantis in giro. Tercio missus est spūs
sanctus ad mundatōnem purgandorum
Malach.3. Ipse quasi ignis cōflans ⁊ qsi
herba fullonū. ⁊ sedebit conflans ⁊ emū-
dabit argentuȝ ⁊ purgabit filios leui. do
minus dꝛ quasi ignis cōflās. qꝛ sicut iste
sol corpalis radios igneos sēsibilē emit
tit. sic verus sol iusticie xp̄s deꝰ noster ra
dios igneos ad inflāmatōnē cordiū apo-
stoloꝝ spūaliter imisit. Ecclesiastici xliii.
triplicit̄ sol exurēs mōtes radios igneos
exsufflans ⁊ splendens radiis suis obce-
cat oculos Dn̄s fuit triplicit̄ exurēs mon
tes id est apostolos vita ⁊ scientia eminē
tes ⁊ subdit modum cū dicit primo radi
os igneos exsufflans ipsos inflāmādo ca
ritate incalescentis affectionis incēdio.
Scd̄o dicit refulgēs ipsos illustrādo veri

tate altioris intellectꝰ faſtigio. Tercio ra
dijs ſuos oclos excecauit. honeſtãdo eos
iudiciaria poteſtate iudicis libra ſiue di-
ſtributo iudicio. Tũc eñ dñs occulto ſuo
iudicio oculos iudeoꝝ ſuperborum obce
cauit quando doctores legis non cogno
ſcentes lumẽ exhibite veritatis ex aduẽ-
tu ſaluatoris ĩ ſua cecitate dimiſit ꝛ ĩ ſim
plicibus ꝛ indoctis piſcatoribꝰ ſecreta ce
leſtis reuelauit Mathei. xi. Cõfitebor ti-
bi dñe pater celi ꝛ terre qꝛ abſcõdit hec a
ſapientibus ꝛ prudentibus ꝛ reuelaſti eas
paruulis. ſic ergo dñs eſt quaſi ignis con
flans. ſequitur. Et quaſi herba fullonum
in ſe habet aſperitatem ꝛ reddit pannum
planiorem ꝛ leniorem et dicitur cardo id
eſt tribulus. ſic ergo dñs aſperitate tribu
lationum apoſtolos affligi voluit ꝛ ꝑ hoc
eos planiores ꝛ leniores reddidit Actuũ.
xi. de paulo. Uas electiõis michi eſt iſte vt
portet nomen meũ corã gentibꝰ et regibꝰ
et filijs iſrael. Ecce vas electum. vas ple
num. vas politum. et hoc ꝑ herbam fullo
num id eſt aſperitatem tribulationũ. Un
de de ipſo ego oſtendaꝫ quanta oporteat
eum pati pro nomine meo. ſequit. Sede-
bit conflans et mundans argẽtum. Argẽ
tum fuerunt corda apoſtoloꝝ. pſ. Argen
tum igne examinatum purgatum terre ꝓ
batum ſeptuplum. Apoſtoli enim fuerũt
argentũ igne examinatũ tribulationũ im
miſſione. purgatũ terre. id eſt oim pecca-
toꝝ terrenitate remiſſione ꝓbatũ ſeptu-
plũ ſeptiformi ſpiritusſancti miſſiõe. Tũc
ergo dñs hoc argentum conflauit ꝛ emun
dauit qñ eis ſpm̃ſanctũ inſufflauit ꝛ ĩ eis
omnẽ rubiginẽ peccatoꝝ cõſumpſit. cum
dixit. Accipite ſpiritũſanctũ quoꝝ remiſe
ritis peccata remittũtur eis Johis. xx. bñ
ſeqtur qꝫ pugnabit filios leui. id eſt apo-
ſtolos qui ſucceſſerũt ſacerdotibꝰ legis q̃
erãt leuitici generis. i. Pe. ij. Uos eſtis ge
nus electũ. regale ſacerdotiũ. gẽs ſancta.
populus acquiſitiõis. Quarto miſſus eſt
ſpiritusſanctus ad conſolidationem infir
moꝝ Sacharie. ij. Ego ero hieruſalẽ mu
rus ignis in circuitu. Ignis eſt eccleſia.
hec eſt hieruſalem que edificatur vt ciui-
tas: cuius participatio eius in idipſuꝫ id
eſt in ipſa vita beata. dum hieruſalem id
eſt eccleſiaꝫ poſuit tanq̃ murum ignis. in
muro firmitas. in igne claritas deſigna-
tur. Tunc ergo dominus hieruſalem tã-
q̃ murum ignis poſuit quando ipſaꝫ vir
tute ſpiritusſancti ſolidauit ꝛ veritate il-
luſtrauit. Hic eſt murus de quo Iſaie
xxvi. Urbs fortitudinis noſtre ſaluator
ponetur in ea murus ꝛ antemurale. Dñs
fuit antemurale in veteri teſtamẽto ꝑ pro
phetarũ ꝓnũciationẽ: ſed fuit murꝰ in no
uo teſtamẽto ꝑ veritatis exhibitionẽ Cã
ticoꝝ. viij. Si murꝰ eſt edificemꝰ ſuꝑ pro
pugnacula argẽtea. id eſt vincibiles ſen-
tẽcias diuino eloquio lucidas. ſi hoſtiũ ꝛ
cõpingamꝰ tabulis cedrinis. Glo. id eſt vi
ris ꝑfectis. planis et politis. id eſt apoſto
lis ꝛ apoſtolicis viris. Cedrꝰ hꝫ virtutem
fugãdi ſerpẽtes. ſic apoſtoli habebãt vir
tutẽ tollẽdi ſerpẽtes ſpirituales id eſt de
mones Marci vlti. In noie meo demonia
eijciẽt/linguis loquent̃ nouis/ſerpentes
tollẽt. Tũc ergo dñs eccleſiã ſuã tabulis
cedrinis ꝯpixit quãdo apoſtolos planos
et politos miſſo ſpiritusſctõ ornauit. Iob.
xxvi. Spiritꝰ eius ornauit celos. quos ce
los. Niſi illos de quibꝰ ſcriptum eſt. Celi
enarrãt gloriã dei: qñ eñ totaꝫ domũ vbi
erãt ſedẽtes apoſtoli repleuit ꝛ oẽs ſpiri
tuſancto ſunt repleti. tũc: ſicut dicit beatꝰ
Gregorius in moralibus Apoſtoli acce-
perũt ornamẽta virtutis qð diu ante poſ
ſiderat imenſa feditas timoris. Certe ille
apoſtoloꝝ id eſt celoꝝ primus quotiens
mori timuit totiens vitam negauit et qui
ante receptionem ſpiritusſancti chriſtum
negauit vniꝰ ancille hoſtiarie perſcruta
tus. accepta ſpiritusſancti virtute minas
tirannoꝝ ꝛ principũ nõ timuit ſpiritusſan
cto roboratus. ꝛ qui primo facili leuitate
chriſtũ negauit accepta ſpũſſancti virtu-
te loquitur linguis. choruſcat miraculis.
increpat infidelitatem ſacerdotũ. ad pre
dicãdũ Iheſum ſeipſum ꝓbet ceteris au
ctoritatibus exemplũ. Et qð tũc fecit dñs
apoſtolis quotidie exhibet fidelibꝰ ſuis.
dum occulta quadã diſpenſatione diuer
ſa dona diuerſis diſtribuit. i. ad Chorin.
xij. Alij ꝑ ſpiritũſanctũ datur ſermo ſapi
entie. alij aũt ſermo ſciẽtie ſm eundẽ ſpi
rituꝫ. alij fides. alij gratia ſanitatum. alij
operatio virtutũ. alij ꝓphetia alij diſcre
tio ſpirituuꝫ. Alij genera linguaruꝫ. Alij
interpretatio ſermonũ. que mox ſub qua
dam generali diuiſione concludit: dicẽs.
hec omnia operatur vnus atq̃ idem ſpiri
tus diuidens ſingulis prout vult. ſic ergo
primo notatur miſſio ſpiritus conſolatio
nis. cũ dicit̃ de excelſo miſit ignem Scðo
notatur vtilitas miſſionis cũ dr̃ erudiuit
me. Sciendũ eſt ergo qꝫ dñs miſſione ſpi-
ritusſancti nos ad quattuor erudiuit. pri
mo ad declinationem iniquitatis. Scðo

ad cognitionē veritatis. Tercio ad distri
butionē doctrine. Quarto ad acqsitionē
vite eterne Prio ergo erudiuit ad decli-
nationem iniquitatis ad Tituȝ.2. Appa
ruit gratia dei ⁊ saluatorꝫ nostri omnibꝰ
hominibus erudiens nos vt abnegātes
impietateȝ ⁊ secularia desideria sobrie ⁊
fuit sed abundantius his omnibus labo
raui.Isti duo gloriosi apostoli in ecclesia

dei tanq̄ in agro domini videlicet labora
uerunt et ideo fructus vberes fructus du
plices collegerunt. Prim⁹ fructus fuit se
curitas cōſcientie que eſt refectio magna
anime ſancte. Prouerbiorum decimo quin
to. Secura mens quaſi iuge conuiuium.
Secundus fructus eſt eternitas vite eter
ne que colligitur ex fructu operationis bo
ne. Sapientie tercio capitulo. Bonorum
laborum glorioſus eſt fructus. Iſti ſācti
apoſtoli fructuoſe in agro domini labora
uerunt et ideo glorioſos fructus iam rece
perunt in quibus refectionē fructus glo-
rioſi ꝑceperunt anima em̄ ſancta que glo
rioſe fruitur ex fructibus operum bonoꝝ
reficitur. Prouerbiorum vltimo. Date ei
de fructibus manuum ſuarum et laudent
eam in portis opera eius ſicut labor ſan-
ctorum notatur in operando cum dictum
eſt qui laboratis ſic onus eorum notatur
in ſuſtinendo cum dicitur: et onerati eſtis
Sciēdū ē ğ ꝙ triplex ē on⁹. Eſt em̄ on⁹ cul
pe. eſt on⁹ aſſūpte obediētie. Tercio ē on⁹
charitatis fraterne. Primo ergo eſt onus
culpe. De quo in ps̄ dicitur. Iniquitates
mee ſuper greſſe ſunt caput meum et ſicut
onus graue grauate ſunt ſuper me. Iniq̄
tates caput peccatorum ſupergrediuntur
quando mentes eorum peccatis et ſceleri
bus opprimuntur tunc autem ſicut onus
graue grauantur miſeri peccatores pecca
torum pondere ininteritum demerguntur
Onus graue ſuperbie fuit quod peccatum
angelum de celo proiecit et in puteū abiſ
ſi deiecit. Luc. x. Uidebam ſathanā tanq̄
fulgur cadētē de celo. On⁹ ğue fuit i obedi
entia i datā ꝛ obieō quos viros viuos ter
ra abſorbuit ꝛ in īfernū deglutiuit Nume
16. Iſta pctōꝝ onera nō ſūt portāda ſ; ab
humeris nr̄is excutienda vn̄ dr̄ Hiere. 17
vt null⁹ ꝑ diez ſabbati infert on⁹. i die ſab
bati deſignatur trāquillitas mētꝫ i q̄ etiā
ꝛ per quam non debet inferri onus pecca
ti ſed potius excuti ꝛ deponi. Secūdo eſt
onus aſſumpte obedientie Math. 23. Al
ligant onera grauia et importabilia et po
nunt in humerus hoim̄ digito autem ſuo
nolunt ea mouere. Loquitur ibi dominus
de ſcribis ꝛ pariſeis onera grauia homi-
nibus imponentibus ipſis liberis et ocio
ſis remanentibus ꝑ quos ſignantur prela
ti noſtri temporis qui onera grauia ſubdi
tis imponunt ipſi autem ad obſeruationē
digitum non apponunt Math. 23. Dicunt
em̄ ꝛ non faciunt prelatus in precepto qđ
mandauit debet aſſurgere ſm̄ illđ ps̄. Ex-
urge in precepto qđ mādaſti. vel ſaltē on⁹
religionis qđ videtur ſubditis graue de-
bet vel ꝑ affectum cōpaſſionis alleuiare.
Job. 33. Flebā quondā ſuper eo qui affli-
ctus erat: et anima mea cōpatiebat paupi
nam ſcđm veritatē cōpaſſio ꝑlatoꝝ eſt al-
leuatio oneris ſubditoꝝ. Tercio eſt onus
charitatis fraterne Gallates. 6. Alter al-
terius onera portate. et ſic adiplebitis le
gē chriſti. Frater debet fratris onera por
tare ꝛ ipſū in ſuis īfirmitatib⁹ et neceſſita
tibus ſupportare. Sicut em̄ ocl's nō videt
ſibi ſoli ſed ſibi et pedi. et ſicut pes nō ſu-
ſtētat ſed ſolū ſed ſeipſū et totū corpus. ſic
bonus frater debet portare ſeipſū ꝛ fratrē
ſuū ſcđm charitatis debitū ꝛ ipenſum ob-
ſequiū. Ephe. 4. Supportantes inuicē in
charitate affectū charitatis vel dilectiōis
procedere debet effectus ſupportionis. et
in hoc adipletur lex chriſti que in plenitu-
dine dilectionis conſiſtit. Romanoꝝ. xiij.
Plenitudo legis dilectio. Iſtam plenitu-
dinem legis in dilectione conſiſtentis iſti
glorioſi apoſtoli bene impleuerunt qui in
charitate dei et ꝓximi finaliter ꝑſtiterunt
Sacharie. 4. Iſti ſunt duo filij olei ſplen-
doris qui aſſiſtunt dn̄atori vniuerſe terre.
iſti glorioſi apoſtoli dicūtur duo ꝓpter af
fectum gemme charitatis. dicuntur etiaꝫ
filij olei id eſt chriſti ꝓpter imitatōnē ſal-
uatoris. nomen em̄ ſaluatoris per oleum
poteſt deſignari Canticoꝝ. I. Oleum effu
ſum nomen tuum. Dicuntur et filij ſplen
doris ꝓpter honeſtatem conuerſationis.
Mathei. 5. Si luceat lux veſtra coram ho-
minibus vt vident opera veſtra bona et
glorificent patrem veſtrum qui in celis eſt
Ex honeſtate em̄ iſtorum glorioꝛum aplo
rum in ipſis et per ipſos glorificabatur. ꝛ
ideo modo cum ipſo imperpetuum gloriā
tur. et hoc eſt quod ſubditur. qui aſſiſtunt
dominatori vniuerſe terre tanq̄ ſtrenui
milites. tanq̄ electi principes: ſed in die
iudicij aſſiſtent dn̄atori vniuerſe terre tan
q̄ excelſi iudices. Unde iſti ſpēaliter com-
petit qđ dicitur Sapientie. 3. Iudicabunt
nationes et dominabuntur populis et re
gnabit rex illoꝝ imperpetuum. Sic ergo
ſecundo notatur conditio vocatoꝝ cum dr̄
qui laboratis ꝛ onerati iſtis. Tercio no
tatur retributio premiorum/ cum dicitur.
Ego reficiam vos Deutrono. 17. Reficiet
corā dn̄o deo tuo. Modo eſt refectio ani
me beate in viſiōe eſſentie diuine ſed poſt
diem iudicij in reſponſione corꝑm glorio
ſoꝝ iſta refectio duplicabitur. quia homo

interior in diuinitate creatoris. homo exterior in humanitate saluatoris reficietur in hac vita ꝙdiu viuimus est fames valida. sꝫ i via beata inuenietur societas plena. ps. Saciabor cum apparuerit gloria tua. Ad quam perducere nos dignetur.

¶ In commemoratione sancti Pauli. Sermo primus.

Ille gloriosā mortem magis eligens ꝙ odibilem vitā ꝯplectēs. 2. Machabeoꝝ. 6. Ad litteraꝫ verbū istud exponitur de eleazaro sene sancto qui maluit gloriosaꝫ mortem suscipere ꝙ leges patrias ꝓphanare et carnibus quibus ſm legem vesci non licebat vt eis vesceretur et sic mortem euaderet. Specialiter verba ista beato paulo apostolo doctori egregio competenter conueniunt. ⁊ a trib9 in verbo proposito commendatur. Primo enim commendatur ab audaci aggressione aduersorum cum dicit iste gloriosam mortē magis eligens. Scdo commendatur a sagaci declinatione impedimentoꝝ. cum dr. magis ꝙ odibilem vitam cōplectens. Tercio ꝯmendatur a libēti susceptione tormentorum cum dicitur. voluntarie preibat ad supplicium. Primo commendatur ab audaci aduersorum aggressione. cum dicitur. ille gloriosam mortem magis eligens. Sciendum est ergo ꝙ mors sanctorum. primo est virtuosa certātibus secundo est preciosa descedentibus tercio est gloriosa triumphātibus. Primo ergo mors sanctoꝝ virtuosa est certantibus. Ecclesiastici. 4. Pro iusticia agonizare ꝓ anima tua. et vsqꝫ ad mortem certa ꝓ iusticia. Homines vsqꝫ ad mortem solent certare pro conseruatione sue possessionis et pro conseruatione proprij corporis. multo magis certare debent vsqꝫ ad mortem pro defensione anime que vtiqꝫ facta ē ad imaginem et similitudinē cōditoris Mat. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere. sed timete eum q̄ potest animaꝫ et corpus perdere in gehēnaꝫ. Propter quod apostolus vitam corporis exposuit pro vita mentis dicebat. Actuum. 21. Non facio animam meam preciosiorem ꝙ me. Distinguit apostolus inter se et animam suam quasi alius ab anima sua possit dici. et hoc competēt. Nam ibi animam motum vitalem siue vitam animalem voluit appellare. seipsum autem mentem appellauit que facta est ad imaginem et similitudinem creatoris. Primum ꝑtinet ad illum qui deforis est hominem qui secundum desideria carnis corrūpitur. Secundum pertinet ad illum interiorem hominem qui de die in diem in cognitionem dei renouatur donec de die fidei ad diem spei perueniatur. Sic ergo agonizandum est vsqꝫ ad mortem ꝓ anima sua. ꝓ illa scilicet portione que dei capax erit in patria Certandum est etiaꝫ vsqꝫ ad mortem pro iusticia. Hec est iusticia fidei. de qua. Abacuch. 2. Justus ex fide sua viuit et est intelligendum de fide per dilectōnem operantem que non solum veritate lucet sed charitate feruet. et operatione pollet alioquin non multum domino placet sꝫ sicut inane iacet. Jacobi. 2. Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo et nō ex fide tantum. Similiter et raab meretrix nonne ex operibus iustificata est suscipiēs nuncios et alia via eijciens. Sicut corpus sine spiritu mortuum est ita fides sine operibus mortua est. Et idcirco sacrificiuꝫ Caym domino nō placuit quoniam illud i fide non formata obtulit. Quia fidē animā sua que est charitas per fraternū odium ꝓuauit. Et ideo prius fideicidium ꝙ homicidium commisit Sic beat9 paulus vsqꝫ ad mortem pro fide laborauit. Actuum vicesimo. Ego non solum alligari sed et mori paratus sum pro nomine Jhesu christi Scdo mors sanctorum est ꝑciosa decedentibus ps. Preciosa est in conceptu domini mors sactorū eius In conspectu tirannorum et persecutorum mors sanctorum christi non fuit visa preciosa se fructuosa despicabilis et abiecta ita ꝙ corpora sanctorum indigna ab ipsis iudicata sunt sepultura. ps. Effuderunt sanguinem ipsorum tanꝙ incircumitu hierusalem et non erat qui sepeliret sꝫ reuera illud preciosam dicitur quod a iusto et sapientie estimatore preciosum iudicatur Et quia christus mortem sanctorum preciosam iudicauit ideo beatus paulus mori pro christo lucrum maximum reputauit ad Philipenses. i. Mihi enim viuere christus est et mori lucrum. Christus fuit motum exemplum viuendo fuit captiuorum precium redimendo fuit electorum ꝓmium resurgendo et ideo in omni statu lucrandi materia fuit i ipso. Et ideo beatus Paulus benevolebat esse participes ignominiose passionis vt esset ꝑticipes gloriose resurrectionis vt habetr ad Roma. sexto si complātati facti sumus similitudini mortis eius simul et resurrectionis erim9 hoc

scientes qr vetus homo noster simul cruci
fixus est. Bene diximus complantati. eccle
sis enim ortus est voluptatis. ortus conclu
sus preceptis ei consilijs z ecclesiasticis in
stitutis. In hoc ortu viri sancti plantantur
sicut arbores fructuose vt fructum reddāt
in tempore suo an non. Plātatus tanq̄ ar
bor fructiffera videtur ille de quo in psal-
mo dicitur. Et erit tanq̄ lignum quod plā
tatum est secus decursus aquarum quod
fructum suum dabit in tempore suo. San
cti dei tanq̄ arbores fructuose in orto ei⁹
plantate fronduerūt doctrinis. floruerūt
exemplis fructum fecerunt bonis operib⁹
excusse sunt iste arbores a persecutionib⁹
in autumno passionis sed reseruatur eis
fructus eorum in tempore retributionis.
Prouerbiorum vltimo. Date ei de fructu
manuum suarum. z laudent eam in portis
opera eius. Tercio mors sanctorū est glo
riosa triumphantibus et ad vitam eternā
peruenientibus. Prouerbiorum. decimo-
quarto. Sperat in morte sua. Nec mirum
si iustus in morte sua sperat. quia per ipsā
ad diuitias eternas et gloriam que in chri
sto est et cum eis qui cum xp̄o sunt peruen
turū sperat. Prouerbiorum octauo. Mecū
sunt diuitie et gloria opes superbe et iusti
cia. sed omnia in xp̄o reperiunt qui pro fi-
de ipsius libenter mortem suscipiunt. Iob
tercio. Qui expectant mortē et non venit
quasi effodientes thesaurum gaudent qui
vehementer cum inuenerit sepulchrū mor
tem expectant qui carnem suam cum vicijs
et concupiscentijs pugnando crucifigēdo
macerant: sed mors ab istis expectata non
venit. Quia ex petitione ipsorum deside-
rium extendit dominus. Sequitur. quasi
effodientes thesaurum. Effodientes the
saurum quanto profundius tanto effossio
ni ardentius insistunt. sic et nos quāto am
plius scd̄m decursum magis procedimus
secundum hoc et in bonis operibus seruiē
tius ardere debemus. contra multos qui
incipiunt cum magno feruore z finiunt in
corpore. De quibus dicitur. q̄ acres in pri
cipio in fine franguntur. Sunt multi qui in
principio sue conuersionis inueniūtur fer
uentes in progressu torpentes in finali cō
summatione carnales. Gallathas tercio.
Sic stulti estis vt cum spiritu ceperitis.
nunc carne consummamini. Sed hoc facit
ventus aquilo id est suggestio diaboli que
feruorē caritatis reprimit. Eccesiasti. qua-
dragesimotercio. Uentus aquilo flauit et
congelauit cristallus ex aqua. Canticorum
quarto. Surge aquilo et veni auster per-
fla ortum meum et fluant aromata illius.
Aquilo ventus est perniciosus et infestus
terre nascentibus per quem vt diximus tē
tatio designatur que fructibus bonorum
operum aduersatur. Auster est vētus mul
cebris et delectabilis. per quem signatur
spiritussancti inspiratio. que est causa et
principium totius consolationis ipso istā
te et inspirante in anima fluent illius aro-
mata. Sed quid est quod dicitur. q̄ fluent
aromata cum sicca videantur esse non li-
quida. Respondeo aromata abundātie be
neficiorum dei reposita in mortariolo cor-
dis trita pistillo frequentis discussionis z
recordationis. perfusa oleo interne deuo-
tionis tacta radio charitatis feruentis li-
quescunt et defluunt in odorem suauita-
tis. Istorum aromatuz species non modo
crescunt in ortis nostris sed ip̄as habem⁹
ex dono dei qui nobis ex ipsis vnctiones
conficit sanitatis. Ecclesiasti. 38. Unguen
tarius faciet pigmenta suauitatis et vn-
ctiones conficiet sanitatis. istarum specie
rum odore beatus paulus sic repletus fu
it q̄ ipso odore totam ecclesiam respersit.
2. Chorinteo. secundo. Christi bon⁹ odor.
sumus deo in omni loco. sic ergo qui the-
saurum effodiunt quanto inferius descen
dunt tanto effossioni ardentius insistūt sic
et nos facere debemus quia quanto āpli
us in tempore nostro procedimus tāto fer
uentiores esse debemus. sic ergo debet es
se de effodientibus thesaurum. sequitur.
¶ Gaudent que vehementer. cum inue-
niunt sepulchrum in quo signatur eterni
gaudij refrigerij secretum sicut em̄ electo
rum corpora occultantur i sepulchro ab hu
manis stratibus sic illorum anime abscon
duntur in facie visionis diuine a malignis
perturbationibus ps̄. Abscondes eos in
abscondito faciei tue a conturbatione ho
minum. Secundo commendatur beatus
paulus a sagaci declinatione impedimen
torum cum dicitur. magis q̄ odibilem vi-
tam amplectens. Sciendu est ergo q̄ pre
sens vita triplici ratione dicitur odibilis
in sacra scriptura. Primo quia debet esse
tediosa peccantibus. Secundo quia de-
bet esse luctuosa penitentibus. Tercio qr
periculoso decedentibus. Primo ergo pre
sens vita est tediosa peccantibus vt habe
tur. Sapientie secundo capitulo. Exiguū
et cum tedio est tempus vite nostre z non
est refrigerium in fine hominis. Tria di-
cit que presentem vitam solent concomit

xi. primum est breuitas temporis. quod notatur cum dicitur. Exiguum est tempus vite nostre. Secundum est afflictio cordis quod notatur cum dicitur cum tedio. Tertium est carentia consolationis. quod notatur cum dicitur. et non est refrigerium in fine hominis. Quantum ergo ad primum dicit ꝙ exiguum est tempus vite nostre. Jacobi quarto. Que est vita vestra vapor ad modicum parens et deinceps exterminabitur. Competenter vapori vita nostra comparatur. quia sicut vapor ex sua eleuatione atenuatur et ex attenuatione soluitur. sic tota vita nostra nihil aliud est ꝙ continuatio cuiusdam resolutionis particularis donec perueniatur ad vltimum defectum qui est mors in qua est resolutio generalis. Sapientie quinto. Et nos nati continuo desinimus esse. ¶ Secundo presentem vitam concomitatur afflictio cordis quod notatur cum dicitur. cum tedio qui continuo in vita presenti recipitur sensus egens cura pungens. culpa mordens conscientia remordens semper enim seua presumit perturbata conscientia. Sapientie decimoseptimo. Ista sunt fercula peccatorum que sibi apponuntur. in mensis ipsorum. psalmista. Fiat mensa eorum in laqueum et in retributiones et in scandalum. Ista fercula nimis sunt falsa. scitꝫ ꝙ quando homo ferculis nimis falsis cibatur multum affligitur si non potatur istis falsis ferculis cibatus erat ille diues epulo. qui epulabatur quotidie splendide Luce decimosexto. Et ideo vt sibi daretur ad bibendum voluit impetrare nec petijt vinum nec pigmentum. sed aque modicuꝫ scilicet guttam aque. attamen illam non potuit obtinere ⁊ hoc est quod dicit ꝙ nõ est refrigerium in fine hominis. Certe timenda et tremenda sunt ista verba ei ipsa frequenter lectitamus frequenter predicamꝰ attamen in multis modicam correctioneꝫ videmus. Nam si quandoqꝫ ad tempus compunguntur tamen nimis cito post consueta facinora reuertuntur. Et quia beatus paulus in presenti vita portatus fuit aqua sapientie saluatoris ideo in beata vita ad modum diuitis epulonis in inferno non sitit sed haurit aquaꝫ in gaudio de fõtibus saluatoris. Secundo vita presẽs debet esse luctuosa penitentibus. Job decimo capitulo. Tedet animaꝫ meã vite mee dimittam aduersum me eloquium meum loquar ĩ amaritudine anime mee ¶ Tria dicit que vitam penitentis debent concomitari. Primum est declaratio peccatorũ quod notatur cum dicitur. Tedet animam meam vite mee. Secundum est confessio ipsorum: quod notatur cum dicitur: dimittam aduersum me eloquium meum. Tercium est lachrimosa oratio pro euasiõe tormentorum: quod notatur cum dicitur: loquar in amaritudine anime mee. Unde et subditur: dicam deo noli me condemnare. Primo ergo debet esse in penitente detestatio peccatorum: propter quod dicit. tedet animam meam vite mee. Certe aiam peccatoris nõ solum debet tedere vite sue sed etiam pudere. imo debet faciẽ eius cõfusione operire debet eñ cõsiderare penitens ꝙ animam suam factam ad imaginẽ et similitudinem creatoris multis turpitudinibus deturpauit qꝺ diuinã pulchritudinem in immunditiam porcinam commutauit quod ipsa de celo que est in seno non timuit voluptari. ꝙ ipsa que mittebatur in croceis stercora non erubuit amplexari. multum deberet erubescere nobilitas animi ex consideratione limi sui Nam corpus humanum de limo factum lineamenta sue rectitudinis seruauit anima autem ad peccata se miserabiliter curauit psalmista. Miser factus sum et curuatus sum vsqꝫ in finem vnde indigne humanum corpus brutus et bestialis spiritus possidet. Secundo debet esse in penitente confessio peccatorum. quod notatur cum dicitur: dimittã aduersum me eloquium meum. ille aduersum se eloquium suum dimittit. qui peccata sua se accusando se per veram confessionem ostendit et confessa penitus derelinquit vt habet prouerbio. vicesimo octauo Qui abscondit scelera sua non dirigetur. Qui autem confessus fuerit et reliquerit ea misericordiam cõsequetur. Bene ⁊ non ad insipientiam suam homo eloquium per confessionem aduersũ se dimittit: peccant enim qui occultant. contra peccatorem clamat et confessum et dimissum silet: in hoc enim peccatum assimilatur cani qui latrat inclusus silet exclusus O quot et quanti in cordibus suis audiunt clamorem peccatorum suorum ad modum latratus canum ⁊ est in ipsis iste latratus canum sue damnationis vox significatiua naturaliter et non ad placitum. Tercio debet esse in penitente lachrimosa oratio ꝑ euasione tormentorum quod notatur cum dicitur. loquar in amaritudine anime me: propter quod in

psalmo dicit. Venite adoremus et proci-
damus ante deum ploremus coram dño
qui fecit nos. Debemus plorare coram do
mino qui fecit nos: nec cum impijs perdat
nos. huius exemplum beata peccatrix ma
ria magdalena nobis tradidit que stans
retro secus pedes domini lachrimis suis
rigauit. et ideo peccatorum suorum veniã
impetrauit. vt habetur Luce septimo capi
tulo. Ibi ethiopissa pellem suam mutauit
et in stragulatam vestem bissinã et purpu
reã cõmutauit o vere beata o vere beatus
vir cui dñs peccatũ suũ nõ imputauit: non
dixit qui nõ habuit sed cui non iputauit.
nemo enim est qui nõ habuit. oẽs eñ pec-
cauerunt et egent gloria dei. sed si de⁹ pec
catori peccatũ suum nõ imputare decreuit
idẽ est acsi nõ habuerit. et si electi peccasse
videãtur in tpe peccata tamen eorũ nõ ap
parent in eternitate. Nã charitas patris
ipsorũ operit multitudinẽ peccatorũ Unde
q̃uis beatus paul⁹ peccator extiterit pec
cata tamen eius sibi dominus minime im
putauit sed nunc condonauit primo ad
Thimoteum primo. qui prius blasphem⁹
fui et psecutor et contumeliosus: sed mise
ricordiam consecutus sum quia ignorans
feci in incredulitate. Tertio vita presens
est periculosa decedentibus Sapiẽtie ter
cio. Ab iniquo thoro semen exterminabi-
tur et siquidem longe vite erunt in nihilũ
computabuntur. Thorus iniquus est ani-
ma carnalis. Iste thorus est delicatus et
mollis. In isto consumatur matrimonium
inique copulationis ex suggestione diabo
li et concupiscentia carnis quasi ex com-
mixtione viri et mulieris ex ista copula cõ
cipit carnalis concupiscentia malum con-
sensum: perit opus peruersum et isti proli
dat pro hereditate eternum supplitiũ. Ja
cobi. i. Unusquisq̧ tentatur a concupiscen
tia sua abstractus et illectus: deinde con-
cupiscentia cum conceperit. Ecce consen-
sus. parit peccatum ecce peruersum opus
Peccatum vero cum consummatum fuerit
generat mortem: ecce mors eterna que ta
li proli debetur pro hereditate. Ad isto
thoro iniquo sicut dicit sapiens semen ex-
terminabitur id est extra terminos electo
rum ponetur. Nec mirum si extra termi-
num electorum erunt qui a recto itinere
in exterminum abierũt. sic ergo ab iniquo
thoro semen exterminabitur. sequitur q̧
si longe vite fuerint in nichilum computa
buntur. Nam quantũcunq̧ longa vita pec
catoris nichil est respectu durationis eter
ne damnationis vł dicit: q̧ in nichilũ com
putabuntur. quia quantumcunq̧ in hac vi
ta peccatores floruerunt prosperitate tan
q̃ in nichilum et in aure reputabuntur.
quia tanq̃ viles et abiecti erunt in damna
tione Malachie quarto capitulo. Calcabi
tis impios cum fuerint cinis sub plãta pe
dum vestrorum. Propter quod videntes
impij q̧ mors peccatorum pessima et mors
sanctorum dei preciosa desiderant mor-
tem sanctorum dei obtinere quorũ vitam
dedignantur tenere vt habetur Numeri
vicesimo tercio. Dixit balam ad balac ille
man⁹ propheta. moriatur anima mea mor
te iustorum et fiant nouissima mea horũ
similia. illorum finem desiderabat assequi
sed non sic impij non sic. quia non nisi per
discrimina viarum peruenitur ad finẽ op
tatum. et ideo quia beatus paulus patien
ter pro christo sustinuit inundationes tri
bulationum ideo meruit coronam perma-
nentium gaudiorum. 2. ad Thimotheum.
quarto capitulo. Bonum certamen certaui
cursum consummaui fidem seruaui. et seq
tur. in reliquo reposita est michi corona iu
sticie. Tercio commendatur a libenti su-
sceptione tormentorum. cum dicitur liben
ter preibat ad supplicium Et notantur ibi
tria secundum tria vocabula que ibi ponũ
tur a quibus cõmendantur. Primo eñ con
mendatur in ipso. affectio grata. cum dici
tur voluntarie. Secundo acceleratio festi
nata. cum dicitur. preibat. tercio affectio
acerba. cum dicitur ad supplitium. primo
eñ in ipso cõmendatur affectio grata cũ di
voluntarie sacrificabo tibi. Beatus pau-
lus obtulit deo corpus suum in hostiam.
animam in holocaustum. laudem in sacrifi
cium. Obtulit corpus in hostiam. Roma.
12. Obsecro vos per misericordiam dei vt
exhibeatis corpora vestra hostiam viuen
tem sanctam deo placentem. sed sunt qui
dam qui corpora sua offerunt deo hostiam
mortuam non viuentem. quia in sua sene-
ctute cũ sibi et alijs sunt volunt deo seruire
et religionẽ intrare. de puro vino doliũ sui
seruierunt mundo et diabolo. et de fecibus
voluerunt seruire christo. Sed dominus
qui plebem suã nõ repellit omni tempore
peccatores ad misericordiã recipit. vt nul
li relinquat locus desperationis. Aliũ sunt
qui offerunt deo corpora sua hostiam pro-
prophanam et nõ sanctã sicut clirici qui ad
sacros ordines promoti sunt. et de bonis
crucifixi ditati sunt attamen in domo do-

mini scelerate viuunt. Hieremie. xi. Quid est ꝙ dilect⁹ meus in domo mea facit sce; lera multa ille qui deberet dignitate esse dilectus ordinis in domo dei facit scelera multa operis peruersitate alij autem offe runt domino corpora sua hostiam displi centem non placentem; et hoc per ꝑuersaz operationem. sed beatus paulus corpus suum hostiam deo placentem obtulit qñ ſm placitum eius vitam suam deduxit et ꝓ fide finiuit. Sapientie. 4. placens deo dilectus factus et viuens inter peccatores translatus est. Secundo obtulit animam in holocaustum psalmista. Holocausta me dullata offeram tibi. Holocaustum dicit̄ totum incensum. Unde paulus animam su am in holocaustuz offerebat qui in feruo re charitatis in corde interi⁹ perardebat psalmista. Concaluit cor meum intra me. et in meditatione mea exardescet ignis Isto modo holocaustum fuit medullatum quod sicut fuit ex adipe et pinguedine om nium virtutum et gratiarū repletū Eccle siastici. xxxv. Oblatio iusti ipinguat alta re tercio obtulit laudem in sacrificium ps̄ Sacrificium laudis honorificabit me. qđ bene paulus in vita sua fecit. qui laudem diuini nominis in plenitudine gentium p̄ dicauit. De ipso etiam legitur ꝙ postq̄ ca put ei⁹ a corpore p̄cisum fuit nomen domi ni nostri Jhesu christi hebraice persona uit. Secundo fuit in ipso acceleratio festi nata⁹ quod notatur cum dicitur. preibat Ecclesiastici. xxxij. Ante grandinem prei bit chorusca tio et ante verecundiam prei bit gratia et ꝓ reuerentia accedet tibi bo na gratia in beato paulo ante grandinem tormentorum preiuit choruscatio miracu lorum. Signa enim apostolatus fuerunt in signis et prodigijs et miraculis multis et vt ex multis vnum dicamus Actuum vi cesimo legitur ꝙ cum quidam iuuenis di sputante paulo sonno opprimeretur de fe nestra cadens expirauit quem paulus in uocato nomine dominici a mortuis susci tauit. sic ergo in ipso ante grandinem tor mentorum preiuit choruscatio miracula rum. et ante verecundiam preiuit gratia; quia ante verecundiam sue condemnatio nis et decollationis preiuit gratia perfe cte sanctificationis. i. Chorinteoꝝ. 15. Gra tia dei sum id quod sum et gratia eius in me vacua non fuit. sequitur. Et pro reue rentia accedet tibi bona gratia. Nam pro reuerentia perfecte obedientie accessit ei bona gratia retributionis eterne. Eterna gloria in scriptura sacra bona gratia appel latur. vt totū gratie dei detur et quod me remur et quo meretur. vt sic nō nobis dn̄e non nobis sed nomini tuo gloriam tribua mus. Tercio cōmendatur in beato paulo afflictio acerba. quod notatur cum dicitur ad supplicium Job. 33. Consumpta est caro eius a supplicijs reuertatur ad dies adolescentie sue. deprecabitur deum ⁊ pla cabilis erit ei et videbit faciem eius in iu bilo. Caro beati pauli bene fuit a suppli tijs consumpta quia fuit crebris persecu tionibus exposita. mortis supplicijs afflu cta⁹ ꝯsumptioni vel resolutioni exposita. sz sequitur. ꝙ placabilis erit ei deus. Deus sanctis suis videtur offensus quando ip sos exponit ꝑsecutionibus. sed tunc vide tur eis placabilis et blandus quando co ronat eos i misericordia et miserationib⁹ Unde sequitur hic. videbit faciem eius in iubilo. sicut dicit beat⁹. Gregorius. Jubi lum dicimus, cum tantam exultationē men te concipimus quantam sermone explica re non valemus. ⁊ qđ lingua sermone non explicat vox in cantu personat. iste iubil⁹ est in iocunditate illius superne ciuitatis. De qua Isaie. 51. Gaudium et leticia inue nietur in ea gratiarum actio et vox laudis Ad quam nos perducere dignetur.

¶In cōmemoratione sancti pauli. sermo. ii.

Cursum cōsum= maui fidez seruaui. in reliquo michi reposita ē corona iusti cie. ⁊. Thi. iiij. In verbo proposito commē datur beat⁹ paul⁹ a tribus. Primo ab ope ratione ⁊ ꝑfectione virili. cum dicitur. cur sum consumaui. Scđo a seruitute fidei cuz dicitur fidem seruaui. Tercio a retributio ne felici. cum dicitur, in reliquo michi re posita est corona iusticie. Quantum ad pri mum sciendū est ꝙ sunt tria gña hominū currentium in via morum. Quidam eñ cur runt et deficiunt. Alij currūt et ꝓficiunt. Alij currūt et ꝑueniunt. Primi currūt ⁊ de ficiūt ad Gallath. 5. Quid vos impediuit veritati non obedire. Illi bene currunt in via moꝝ qui de virtute in virtutez gradiē do proficiūt. ⁊ isti seruitio summi regis ac cepti sunt ipse enim non vult seruiētes ad modum cancri cū debeāt procedere retro cedant. nec vult ministros somnolentos et ad modum porcorum dormitantes sed

cum velocitate gradiētes et alacritate mi
nistrantes. prouerbiorꝝ. xxii. Uidisti virum
velocem in opere suo corā regibus stabit
nec erit ante ignobiles. sequitur. quid vos
impediuit non obedire veritati. Triplici
retinaculo tenetur homo ne obediat veri-
tati. Errore hereticorum. Amore tempora
lium bonorum. Timore tribulationū siue
tormentorꝝ: sed amor sapientie salutaris
ista tria cum turbis viciorum se concomi-
tantium efficaciter expellit. Est em̄ amor
sapientie salutaris quasi seruiēs gradiēs
ante faciem principis qui baculo suo tur-
bas hinc et inde diuidit et principi viam
liberam facit. prouerbiorꝝ. iiii. Uiam sa-
pientie monstrabo tibi. ducam te per semi
tas equitatis quas cum ingressus fueris
non artabuntur gressus tui et currens nō
habebis offendiculum. Scdi currūt et pro
ficiunt Judicium. 5. Stelle manētes in or-
dine et cursu suo pugnauerunt aduersus
tysaram. Stelle sunt fideles christi. ad mo
dum stellarum per castitatem mundi ꝑ cō
templationem eleuati in firmamento eccle
sie dei positi ad modum stellarum pulchra
varietate distincti. sicut enim stellarꝝ pul
cra varietas firmamentum ornat ita distri
butio gratiarꝝ et donorum in ecclesijs dei
ecclesiam decorat. i. Chorinteorum. xii. Di
uisiones gratiarum vero sunt idem autem
spiritus. et diuisiones ministrationum sūt
idem autem deus dans singulis ꝓut vult
iste stelle debent in ordine et cursu mane-
re. Et primo in ordine. nam sicut in ordine
et dispositiōe membrorꝝ consistit hois pul
chritudo corporalis. ita in ordine bone vo
luntatis ad meritum meriti ad premium
cōsistit pulchritudo spiritualis. i. Chorin
teorꝝ. 4. Omnia honeste et secundum ordi
nem fiant in vobis. honeste dicit quantū
ad aliorꝝ edificationem. scdm ordinem di-
cit secundum debitam voluntatis ad me
ritum. meriti ad premium ordinationem.
Tantum enim placet deo ordinatio morū
et meritorum ꝙ si fuerit aliqua deinordi-
natio ex sua ꝓuidentia nō vult relinquere
inordinatum. Unde animam sese deordi-
natam a debito ordine premiorum ex sua
iusticia ordinat in afflictione tormentorū.
Iste stelle nō solum debent in suo ordine
sed etiā in suo cursu manere. Sciendum er
go ꝙ sicut homo oneratus pōdere corpo-
rali non potest currere ita oneratus pecca
tis nō potest in via morum velociter ambu
lare. et ideo istud onus graue peccatorum
ab humeris per penitentiam et confessio-
nem veram debemus excutere. et sic pote
rimus ire in via morum Psalmista. Sine
iniquitate cucurri et direxi. Iste stelle sic
manentes in ordine et cursu suo aduersus
tysaram pugnauerunt. per cysaram intel
ligitur dyabolus contra quem castitate or
dinati. peccatorum onere liberati armis iu
sticie muniti pugnare debemus. sic pugna
bat paulus armis iusticie munit⁹ vt acies
ordiata vt cursor leuis in spirituali prelio
expeditus. 2. Chor. x. Arma militie nostre
nō sunt carnalia sed potētia deo ad destru
ctionē munitionum ꝯsilia destruētes ⁊ om
nem altitudinem extollentem se aduersus
sciam dei. Tercij currunt et perueniunt. i.
Chorin. 9. Sic curro nō quasi in incertū. sic
pugno non quasi aerē verberans sed casti
go corpus meū et in seruitutē redigo ne
forte cū alijs ꝑdicarim ipse reprobus effi
ciar. Ille in incertum currit qui opera de
genere bonorꝝ in debitum finem non diri
git. Cursus enim celerrimus extra viam ē
mltiplicatio operꝝ de genere bonorꝝ extra
intentionem rectam. Nam sicut intentio
operibus imponit finem. ita in oculis dei
apponit ꝯplacentiam et decorem. vñ sicut
pulchritudo corporis iudicatur ex facie. sic
pulchritudo boni operis iudicatur ex iten
tiōe Cañ. i. Pulchre sunt gene tue sicut tur
turis. sicut gene decorant faciē sic duo sunt
que decorāt intētionē rectā scꝫ res et cau
sa hoc est qđ agitur. Uerbi gratia si hō stu
dium suum impēdit cogitationi veritatis
propter amorem veritatis quasi duabus
genis decorat faciem intentionis. Est em̄
pulchra res forma egregia veritatis. est
pulcer finis q̄ impenditur ꝓpter amorem
veritatis. Un̄ si aliq̄s studeat cognitiōi ve
ritatis ꝓpter vanā gloriā vel ꝓpter como
dum temꝑale. et si vnam genam pulchram
habeat aliā pulchram non potest habere
que obfuscatur ex intentionis obliquitate
et si sit aliquis qui studiū suū totaliter im
pendat delitijs et immundicijs ex iste sit fi
nis sue occupationis vtramqꝫ genam de-
formē hꝫ qꝛ tam res q̄ꝫ causa est deformis
nec tali ꝑt dici pulchre sunt gene tue sicut
turturis. Istas genas beatus paulus in fa
cie sue intentionis pulchras habebat. qui
intētionē suā studio veritatis ꝓpter amo
rem impendebat. vnde nō quasi in incertū
sed recto tramite ad brauium superne voca
tionis ꝓperabat. sequitur. sic pugno non
quasi aerē verberans. Duo sunt gñā hoim
qui perdunt operā suam. qui litus arant ⁊
qui aerem verberāt. illa oꝑa de gñe bono-

rum hoīes amittunt qui tanq̄ sup spinas semināte s opera bona in mortalibus peccatis faciunt tales em̄ ex suo semine nullū fructū recolligūt hiere. 4. Nouate vobis nouale ⁊ nolite serere sup spinas illi autē aerē verberant ⁊ ꝑdūt operum qui bona que agunt ad suam gloriam et ꝯmendationem retorquēt tales mirabiliter fatui sūt qui rē ꝓciosam doctrine vel operatiōis bone impartiūt vt recipiāt ventū de ore adulatorum Nos ergo aerē nō verberam⁹ qn̄ non nobis sed diuino nomini gloriam damus sic apostolus paulus nō quasi aerem verberans pugnabat sed corpus suum in seruitutez redigebat et spiritū totaliter in gloriam christi exponebat. Et ideo non de numero reproborum se electoꝝ existebat ⁊ hoc est qd̄ dicit. Ne forte cum alijs ꝑdicauerim ipse reprobus efficiar. contra illos qui eleganter predicant et alios ad bene operandum animant ipsi aūt non faciunt illud qd̄ predicāt similes histrionibus vel hyraldis qui in torneamentis milites ad strenue pugnandum incitant ipsi autez ictum vnū nec ꝑcutiunt nec sustinent. Ro. 15. Nihil hoꝝ audeo loqui que per me nō efficit christus. Secūdo cōmendatur beatus paulus a seruitute fideli cum dr̄. fidez seruaui. Sciendum ꝙ fides triplici ratione debet seruari. Primo quia in ip̄a spirituale edificium stabilitur. Scd̄o qr ꝑ ipsā crescit et erigit̃. Tercio qr per ipsaz ꝑficitur ⁊ consummatur. Primo ergo fides debet seruari quia in ipsa spirituale edificiū stabilitur. i. Chorinteorū. 3. Fundamētum illud nemo potest ponere preter illd̄ qd̄ positū est qd̄ est xp̄s ihesus Gal. i. fides ihesu xp̄i. Fides est substātia. i. fundamētū reꝝ sperandaꝝ argumentū non apparentium Hebreoꝝ. xi. In hoc spirituali edificio tanq̄ lapis firmus xp̄us est positus. i. Chorin. x. petra aūt erat christus. Super istud fūdamentum fundatum spirituale edificium nec pluuijs affluentie temporalium expellitur nec ventis tentationum subuertitur nec fluminibus irruentium tribulationez submergitur In isto fundamento quasi lapides quadrati positi sunt apostoli et martires christi in quibus dominus ecclesiam suam fundare quos non indoctis humane sapiētie verbis sed in doctrina spiritus solidauit ip̄os em̄ nō de studijs philosophoruz nō de eloquentijs rethoruz sed de simplicitate piscatorum voluit eligere ꝑ quos operatus est salutem in medio terre. cum quibus apostolus nō contempsit euangelium conferre et ideo non in vacuū cucurrit sz fructuose ad Philipen. 2. Scd̄o fides debet seruari qr per ipsam edificium crescit ⁊ erigitur. 2. ad Thessa. p̄mo. Gratias agere debem⁹ deo semp ꝓ vobis fratres ita vt dignū est qm̄ supercrescit fides nostra et abundat charitas vniuscuiusq̄ nostruz inuicem. fides dr̄ crescere nō mole sed virtute sed ꝯpetēter fides virtute crescere dicitur que ad tm̄ cremētum ꝑuenit ꝙ eius virtute arbor siccomorus eradicatur et mōtes etiā transferuntur Sed isti fidei tante virtutis charitatem coniungit cū dicit abūdat charitas nostra: qr sine charitate non sufficit fides quantūcūq̄ magna. i. Cho. 13 Si habuero prophetiam et nouerim ministeria oīa et oēm sciam habuero et oēm fidem ita vt mōtes transferam charitatem aūt non habuero nihil sum. nam charitas est colligatura et quasi cementum omnium virtutū qua virtutū lapides preciosi in fūdamento spirituali firmiter colligātur ne abinuicē dissoluātur Collos. 3. Super oīa autem hec charitatem habete. quod est vinculum perfectiōis. Tercio debet fides seruari quia in ipso sp̄uale edificium perficitur et ꝯsūmatur. i. Petri. i. Reportantes finem fidei vr̄e salutem animaꝝ vestrarum Ecce q̄ bonum est cū omni integritate seruare fidem ꝑ quaz obtinemus animarum nostraꝝ salutem. ⁊ est talis natura fidei ꝙ ipsa custodit. i. petri. i. In virtute dei custodimini ꝑ fidem in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo. Ego video ꝙ homo diligenter custodit gladiū suum tergēdo et poliendo ⁊ penes se iuxta suum lectulum suspendendo. gladius autē hominem custodit in prelio ip̄m defendendo. ⁊ sicut video ꝙ oculus brachium custodit ipsum in operibus regendo brachium oculum custodit se pro oculo exponendo. sic si fidem custodimus per ipsam in salutem eternam custodiemur. Tercio cōmendatur Beatus paulus a retributiōe felici. cū dr̄. i reliquo michi reposita ē corona iusticie ista corona recte iusticie dr̄ ꝓbatis ⁊ exercitatis ex diuina iusticia redditur Jaco. i. Beatus vir qui suffert tentationem qm̄ cū ꝓbat⁹ fuerit accipiet coronam vite. Quia ergo beatus paulus tanq̄ miles strenuissimus in bello spirituali exercitat⁹. et probat⁹ fuit ideo a christo coronam vite suscepit. Quā nobis prestare digneẗ qui viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

De sancta margareta. Sermo primus.

De sancta Margareta sermo primus.

Diffusa ē gratia
in labĳs tuis. ps. 44. In v̄
bo ꝓposito commendat bea
ta margareta a duobus. Primo ab interio
ri gratificatione et decore bonorum morū
cum dicitur. Diffusa est gratia. Secūdo ab
exteriori eruditione primoꝝ. cum dicitur
in labĳs tuis. Quantum ad primum scien
dum est ꝙ diuina gratia quattuor facit in
anima. Primo decorat in affectione. Se
cundo liberat a confusione. Tercio regu
lat in opatione. Quarto roborat in aduer
sitate vel tribulatione. Primo gratia deco
rat in affectione Ecclesiastici. 26. Gratia
super gratiam mulier sancta et pudorata.
Sicut em̄ sanctitas animam decorat inte
rius sic pudor virginalis ipsam ornat exte
rius quia ornamentum sanctitatis est pu
dor virginalis vnde. Luce primo de beata
virgine dicitur. ꝙ cum angelus eam salu
tauit et conceptionem filĳ dei futuram in
se predixit ex pudore virginali in se turba
ta. Unde ibi legitur. Ingressus angelꝰ ad
eam dixit. Aue gratia plena dn̄s tecum et
sequitur. Que cum audisset turbata est in
sermone eiꝰ. Et q̄ btā margareta hac gra
tia fuit ornata ideo mō est in gloria coro
nata. Eccle. 32. Accipies ornamentum grē
coronā. ipsa em̄ xp̄o spōso suo vsq̧ ad mor
tē fuit fidel' et ideo ipsam dn̄s gloria et ho
nore coronauit Apocali. 2. Esto fidelis vsq̧
ad mortē et dabo tibi coronā vite. Scd̄o
liberat a confusione Prouer. 25. Gratia et
amicitia liberant quas tibi serua ne expro
brabilis fias. Gratia dei ꝛ eius amicitia a
confusione culpe liberauit. Peccatum em̄
quod de guerra peccatorē capit et ip̄m in
carcerat ꝛ vinculis ꝯstrigit. Prouer. 5. Ini
quitates sue capiunt impium et funibus
et peccatorum suorum cōstringetur. Dya
bolus em̄ quando peccatorem de peccato
in peccatum precipitat quasi chatenis fer
reis ipsum ligat. Frequenter enim accidit
ꝙ dyabolus peccatorem de peccato gule
precipitat in peccatum luxurie. de peccato
luxurie in peccatum furti. qn̄q̧ in peccatū
desperationis. et sic de peccato peccatum
copulat cathena qua miserum peccatorem
ad infernū trahit innouat sed ab ista pec
catorum cathena gratia liberat. et expul
sis immundicĳs peccatorum ipsum sancti
ficat et ad vitam eternam ordinat Roma
noꝝ. 7. Nunc autem soluti sumus a lege
mortis serui antē facti deo habetis fructū
vestrum in sanctificationem finem vero vi
tam eternam huiusmodi ergo gratiam dei
cum ipsam habemus cum omni diligentia
debemus seruare ne contingat nos in ob
probrium et derisum venire. Trenoꝝ. 3.
Factus sum in derisum omni populo. ma
gnū obprobrium et magna derisio est quā
do hō qui diues fuit ꝛ preclarus et honora
tus propter peccata sua pauper et miser ef
ficitur et delectus Boetius. Infelicissimū
infortunĳ genꝰ ē fuisse felicē. nec inter ve
ras diuitias reputamus diuitias corpora
les q̄ inuitis dn̄is ammittuntur. sed spiri
tuales que a veris diuitibus in eternam
gloriam deferuntur. vnde Apocalip. 3. Tu
dicis q̄ diues sum et locupletatus et nul
lius egeo. ꝛ nescis q̄ miser es miserabilis
et pauper et nudus et cecus. Quantūcūq̧
em̄ homo diuitĳs temporalibꝰ floreat nō
est reputandus diues si spiritualibus diui
tĳs careat. frequenter em̄ magis congre
gantur in domini malum q̄ bonum. Eccle
siastes quito. Diuitie congregate in malū
domini sui pereunt in afflictione maxima.
ipse enim cum labore acquiruntur. et cum
timore possidentur. et cum dolore ammit
tuntur. sed ille vere diuitie que sunt eter
ne salutis introductiue Isaie. 33. Diuitie
sapientia et scientia. hĳs diuitĳs beata
Margareta pollebat. Unde de ipsa legit.
Margareta tam prudenter de fide nr̄a et
infidelitate paganoꝝ presidi respondit vt
preses eius disputationibus superaretur.
Tercio grā regulat in operatiōe. i. Chori.
15. Gratia dei sum id quod sum et gratia
eius in me vacua non fuit sed abundantiꝰ
illis omnibus laboraui. totum et quod su
mus et quod habemꝰ gratie dei tribuere
debemus. per ipsum enim et in ipso vi
uemus et sumus. ¶ Unde fatuus est qui
est qui de bonis sibi a deo collatis ianiter
gloriatur. omnia em̄ ad gloriam dei refer
re debemꝰ. i. Ad chorinteos quarto. Quid
habes quod non accepisti quod si accepisti
quid gloriaris quasi non acceperis. Istam
gloriam apostolus non sibi tribuebat sed
in dei gratiam referebat cū dicebat. Gra
tia dei sū id quod sum. sequit. ꝛ gratia eiꝰ
in me vacua non fuit. in illo gratia dei va
cua reperitur q̄ scd̄m gratiam sibi datam
a deo minime operatur. i. Chorinteorum
duodecimo. Diuisiones gratiarū sunt. nā
aliquibus datur gratia bene docēdi in sco
lis et in erudiendis populis. aliquibus ve
ro in temporalibus dispensandis. aliqui
bus vero datur gratia bene cantandi et le

gendi in ecclesiis et quilibet debz vti grã
tia quam accepit primo Petri quarto Un⁹
quisqꝫ sicut acceperit gratiam in alterutrũ
illam amministrantes sicut boni dispensa
tores multiformis gratie dei sed nos vide
mus ꝙ multi de magnis gratiis sibi colla
tis cum laboribus magnis domino serui-
unt. Quidam sunt qui modicam gratiam
a deo acceptam abscondunt. inueniuntur
enim aliqui regulares solum legere et can
tare scientes. nec legere nec cantare volũt
sed pro modica causa vel nulla se ipsos ex
communicant et suspendunt sed ab istis ta
lentum commissum tolletur ꝛ in tenebras
exteriores mittẽtur Math. 25. Tollite ab
eo talentum et date ei qui habet decem ꝛ
inutilẽ fuũ eiicite in tenebras exteriores
illic erit fletus ꝛ stridor dentium propť qđ
apostol⁹ grãz dei in se vacuã non fuisse di
cit. 2. Chor. 6. Hortamur vos ne inuacuum
grãz dei recipiatz ille inuacuũ grãz dei reci
pe dr̃ q̃ ſm sibi dãdũ grãz sicut dicim⁹ mi
nime opatur ꝑpter qđ dicit apostol⁹ sz abũ
dãti⁹ oib⁹ illis laboraui nec inutiliter. Nã
ſm magnitudinẽ laborũ erit retributio p̄
mioꝝ. Mathei. xx. Uoca operarios ꝛ redde
illis mercedẽ suã Non esset iustũ vt equa
lis merces redderetur illi qui iacz ociosos
et ille q̃ se exercet laboriosos propter qđ
dicit voca operarios non ociosos et no sõ
nolẽtos. Quarto gratia roborat in aduer
sitate et tribulatione. Hebreorũz. 13. Opti
mum est gratia stabilire cor Cor enim de
facili euagatur nisi diuina gratia stabilia
tur. Unde cor nisi habeat stabilientez gra
tiam est sicut cadens super glaciem. Tre-
norum. 4. Lubricauerunt vestigia nostra
in itinere platearum nostraꝝ. Homo eniz
de facili patitur lubricum. qui non habet
graue stabilimentum et effundit cadendo
preciosissimum liquorem gratiarum et vir
tutum Ecclesiastici. xx. Gratie fatuorũz ef
fundentur. Ratio autem quare gratie fa-
tuorum effunduntur est qr ſm dictamen
gratie minime reguntur. Nam ratio qua
re carpentariĳ et lathomi errant in mensu
ris est quia nesciunt geometricam discipli
nam. ratio aũt quare scriptor facit distor
tam lineam est quia non sequitur regulam
rectam. sic gratie fatuorum effunduntur.
quia non sequuntur gratiam regulantem
Gallath. 6. Et quicunqꝫ hanc regulam se
cuti fuerint pax super illos et misericordia
Sic ergo primo commẽdatur beata. Mar
gareta ab interiori gratificatione et infor
matione bonorum morum. cum dicitur.

Diffusa est gratia. Scđo cõmendatur a cõ
petenti eruditione proximoꝝ. cum dicitur
in labiĳs tuis. Sciendum est ergo ꝙ labia
beate margarete fuerunt gratiosa in dilec
tione Scđo fuerũt fructuosa in eruditiõe
tercio fuerũt dulcia in ꝯsolatione. Quarto
fuerunt fortia in fidei libera confessione.
Primo ergo labia beate margarete fuerũt
gratiosa in dilectione. Prouerbioꝝ vicesi
mo secundo. Qui diligit cordis munditiã
propter grãm labioꝝ suorũ habebit ami-
cũ regẽ ꝯpetenter ordinat sapiens qr ante
labiorũ gratiã ponit cordis mũditiã. Ne
qꝫ enĩ mũdissimo dño verba exteriora q̃n-
tũcunqꝫ gr̃osa placere pñt qñ de corde im-
mũdo ꝓcedũt p̄s. Peccatori aũt dixit de⁹
q̃re tu enarras iusticias meas assummis
testamentũ meũ p os tuũz pollutum dicit
glosa. Sicut enĩ vinũ quãtumcũqꝫ bonum
si effundatur de vase sordido displicet hu
mano gustui: sic verbum quantumcunqꝫ
gratiosũ si ꝓcedat de corde inmũdo displĩ
cet diuino auditui. vñ sermo gratiosus in
ore peccatoris et sicut circul⁹ aureus i na
ribus suis. Prouerbioꝝ. xi. Circl's in na-
ribus suis mulier pulchra ꝛ fatua. Sus ꝑ
pter circulũ aureũ qui in naribus est non
dimittit quin in luto demergat rostꝝ. Sic
malus predicator propter verbũ gratiosũ
non dimittit peccatũ. Secũdo labia beate
margarete fuerũt fructuosa in eruditione
pro. viĳ. Audite qm̃ de rebus magnis lo-
cutura sum et aperientur labia mea vt re-
cta predicẽt. Ille audacter põt magna pre
dicare q̃ consueuit magna facere. Nã ille
qui operatur nulla vel modica confundi-
debet cum aliĳs predicat magna facienda
tales erant scribe ꝛ pharisei qui onera gra
uia et importabilia in humeros hominum
imponebant et ipsi nec vno digito moue-
re volebant Math. 23. Sic adhuc sunt mul
ti tales predicatores qui habẽtes magnã
et breuem manum. dicant magna faciunt
modica vel nulla Apostolus paulus predi
care non audebat nisi ea que per eum do-
minus efficiebat. Romanorum. xv.
Non audeo aliquod loqui eorum que per
me nõ efficit xp̄s magna ergo loquatur q̃
magna operatur ꝑpter quod dicit audite
quia de rebus magnis locutura sum et se-
quitur. Aperientur labia mea vt recte pre
dicent in apitione labiorum signatur pre-
dicatio magnoꝝ. Ista gloriosa beata vir-
go magareta bene potuit magna dicere
quam dominus vas preciosum voluit effi
cere et liquore infuse sapientie adimplere

Prouer.xx. Est aurũ et multitudo gemma
rum ⁊ vas p̄ciosum labia sciẽtie. Ubi di-
cunt labia huius gloriose virgis labia sci
entie ⁊ describũtur triplici distictiõe Prio
em̄ notatur p̄ciositas i valore cum dr auꝝ
Auꝝ em̄ int oia metalla ē p̄ciosissimũ. Se-
cundo describitur multiformitas i decore
cum dr multitudo gẽmaꝝ. Tertio descri-
bitur idoneitas in capacitate cũ dr et vas
preciosũ. Hoc ē vas de quo dr̄ Eccle.l. Qua
si vas auri solidũ ornatũ oi lapide p̄cioso.
Huiusmõi vas fuit cor beate margarete vir
ginis qd vas btã virgo dilatauit castitate
et ideo illd dñs impleuit aq̄ salutarꝫ sapie
ps. Dilata os tuũ ⁊ iplebo illud Tercio be
ata margaretha abuit labia dulcia in con
solatione Canticoꝝ. 4. Fauus distillãs la
bia tua sponsa mel ⁊ lac sub lingua tua et
odor vestimentoꝝ tuoꝝ sicut odor thurris
Tria dicit que beata virgo margareta ha
buit Primum fuit continentia dulcedinis
interius in corde. Scdm fuit redundantia
sermonis dulcis exterius in ore Tercium
fuit fragrantia boni odoris in conuersati
one. Quantum ad primũ dicit fauus distil
lans labia tua sponsa. quia dedignatio in
terne suauitatis deuotionis Prouerbioꝝ
24. Concede fili mi mel qr bonũ est. et fa-
uum dulcissimũ gutturi tuo. Istud guttur
nõ pertinet ad gustũ hois exterioris sꝫ so
lum ad gustum interioris simile dr Pro.
8: Ueritatem meditabitur guttur meum.
Meditatio non ꝑtinet ad gustum exterio-
rem sed interiorem sicut dictũ est. Redun-
dantia dulcis sermonis in ore dicitur mel
et lac sub lingua tua qr de dulcedine cor-
dis ꝓcedit homo ad dulcedinẽ sermonis
Ecclesiastici. 6. Uerbum dulce multiplicat
amicos et mittigat inimicos cõtra multos
quoꝝ verba sunt iacula et affligunt proxi
morum viscera. ps. Cuius maledictiõe os
plenum ⁊ amaritudine et dolor et sub lin-
gua eius. Labor ⁊ dolor quantum ad fra-
grantiam boni odoris in opere et conuer
satione. dicitur et odor vestimentoꝝ tuoꝝ
sicut odor thurris Nam thus est qd q̄uis
redoleat sue nature relictum tñ longe am-
plius redolet igne succensum ⁊ concrema
tum. Sic virtutes q̄ sunt vestimenta ani-
me q̄uis redoleant in se considerare odo
re sue gratie suauitatis/ tñ longe amplius
redolent succense igne delectabilis chari
tatis. Unde i laude symeonis sũmi sacer-
dotis dicitur Ecclesiasti. l. Quasi ignis em̄
fulgens ⁊ thus ardens in igne. Quarto la
bia istius gloriose virginis fuerunt solida
in virili fidei confessione. Sophonie ter-
cio. Reddã populis meis labiũ electum vt
inuocent oẽs nomẽ dñi ⁊ seruiẽt ei hũero
vno labium electũ dr̄ qd in veritate firma
tur. Prouer. 12. Labiũ veritatꝫ firmũ erit i
perpetuũ Nã sicut claritas solis obscuri-
tatẽ tenebrarũ expellit: sic luciditas veri
tis noctẽ falsitatis excludit ꝓpter qd dicit
reddã populis meis labiũ electũ. i. labiũ
in soliditate fidei firmatũ: sequitur vt inuo
cẽt oẽs nomẽ dñi. illius auxiliũ libẽter so
lemus inuocare q̄ nos ꝯsueuit audire ⁊ etiã
liberare. Joelis. 2. Omnis qui inuocaue-
rit nomẽ dñi saluus erit: qr in monte syon
et in hierusalẽ In syon id est in ecclesia mi
litãte fit saluatio ꝑ grãm iustificantẽ: sed
in hierusalẽ que interpretatur visio pacis
fit saluatio ꝑ gloriã iustificantem. Bonum
est ergo nomẽ dñi inuocare. bonũ est illi vno
humero seruire. tũc dño humero seruim⁹
qñ eius iugũ suaue et on⁹ eius leue in tri-
bulatione pñtis miserie in vinculo chari-
tatis portamus Collo. 3. Suꝑ oia hec cha
ritatem in vobis hñtes qd est vinculũ ꝑfe
ctionis qñ em̄ pñs tribulatio in momento
pñtis tp̄is in vinculo charitatis portatur
ipsa in nobis eterne glorie põdus operatur.
2. Chori. 4. Id qd in pñti est momẽtaneũ
et leue tribulationis nr̄e suꝑ modũ i subli
mitate eternũ glorie pondus operatur in
nobis. Ad quã gloriã nos ꝑducere digne
tur.

¶ De sancta Margareta Sermo secũdus

ORa pro nobis qm̄ mulier sancta es. Judich octauo
In verbo proposito notant duo
Primo enim hortatur nos ab ista gloriosa
virgine petere suffragium orationis: cũ di
cit. ora pro nobis. Scdo ponit motiuũ sue
exhortationis. cũ dicit qm̄ mulier sancta
es. Quantum ad primum ergo sciendũ est
q̄ oratio efficax debet habere quatuor cõ
ditiones. Primo enim oratio debet esse de
pressa ꝑ humilitatem. Scdo debet esse ele
uata per intentionem. Tercio debet esse
odorifera per deuotionem Quarto debet
esse assidua per continuationem. Primo
ergo oratio debet esse depressa per humili
tatem Apocalip. 5. Uiginti quattuor seni-
ores ceciderunt in facies suas et adoraue
runt viuentem in secula seculorũ. Rectus
ordo est vt primo homo se deiiciat in hu-
miliatione q̄ꝫ in seipm eleuet in oratione:
quãto em̄ oratio est humilior tanto in oem

tis dei ē eleuatior ꝛ penetrabilior. Eccle. 35. Oratio humiliantis se nubes penetrabit. et donec propinquet non consolabitur nec discedit donec altissim⁹ aspiciet. sicut em̄ video ꝙ auis super terrā existens quāto submissius hab3 alas tanto efficacius se in altum erigit. sic in nobis quanto amplius est per humilitatem depssa affectio tanto amplius ad vtilitatē est eleuata oratio. De tribus magis dicitur Mat. 2 ꝙ primo ꝓciderunt ꝛ postmodum adorauerunt ipsi enim tanꝙ immemores regie dignitatis in puero nato adorauerunt excellentiā diuine maiestatis Mat. 2. Et intrantes domum inuenerunt pueꝝ cum maria matre eius. Scd̄o deb3 esse oratio eleuata per intentionem. ps̄. Dirigatur domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. sicut incensum sursum ascendit et purū aerem petit sic debet sursum ascendere purus affectus animi deum orantis. Trenorum. 3. Leuemus corda nostra cum manibus ad dominum in celo. Bene coniungit ista duo corda et manus siue opera. vt corda nō deprimātur immundis affectionibus nec manus sordidentur iniquis actionibus. sicut em̄ anchora ꝯprimit nauem. et sicut corp⁹ ꝙ corrumpitur aggrauat et sicut terrena inhabitatio depremit sensum multa cogitantem. sic cogitationes immunde tanꝙ onus graue opprimunt animam. ps̄. Iniquitates mee super gresse sunt caput meū. Istud onus peccatorum non solum est graue s3 vile et damnabile Abacuth. 2. c. Vsꝙ quo aggrauat contra se densum lutum. contra se aggrauat densum lutum qui peccata peccatis que animam grauant et inquinant successiue accumulat multum est deiecta anima que est vehiculum peccatorum. sicut abiecte sunt quadrigie et tumberelli que sunt vehicula funerum et stercorum. Peccatores ergo deberent stabulū cordium suorum curare et huiusmodi stercora spiritualia vehiculo confessionis extra eijcere. Debem⁹ ergo corda nostra nō sordida sed munda ad deum leuare. et nō solum vt diximus corda sed et manus vel opera. i. Thi. 2. Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus sine ira et disceptatione. Man⁹ em̄ immunde ad deum leuate non flectunt sed offendunt Isaie. i. Cū extenderitis manus vestras auertam oculos meos a vobis et cum multiplicaueritis orationes non exaudiam. manus enī vestre sanguine plene sunt. Tercio debet oratio eē odorifera per deuotionem. Apocalipsis. 5. Viginti quattuor seniores ceciderunt coram agno habētes singuli cytharas et fialas aureas plenas odoramentorū que sunt orationes sanctoꝝ. Orationes sanctorum competenter comparantur odoramentis specieꝝ aromaticarum. Nam sicut hominibus placent odoramenta aromatica. sic coram deo redolet oratio deuota. De ipsa em̄ exponi potest illud quod dr̄ Canticoꝝ. 3. Que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatib⁹ mirre et thuris ꝛ vniuersi pulueris pigmētarij. sicut em̄ puluis pigmentarius ex diuersis speciebus aromaticis cōficitur. ita oratio deuota ex diuersis beneficijs christi tanꝙ speciebus aromaticis perficitur. Deuotio enim a beneficio nature nostre qua creati sum⁹ ad silitudinē dei inchoat ꝛ per bn̄ficiū fortūe ꝛ grē discurrēdo ꝑambulat ꝛ i bn̄ficijs glīe cursū suū ꝯsūmat vt ibi vere viuēdo eternaliter ꝑsistat. ista aromata id est istas orationes sancti angeli qui sunt in ministerium nostrum missi in sublime deferunt et domino offerunt Apocali. 8. Ascendit fumus incensorum de oratiōibus sanctorum de manu angeli coram deo. Quarto debet esse oratio assidua per continuationem Ecclesiastici. 51. Laudabo nomen tuum assidue et collaudabo id in confessione et exaudita est confessio mea. Dominus diligit assiduitatē orationis. sicut ostendit Luce. xi. In illo qui ꝓpter improbitatem petens impetrabat quotquot habebat necessarios. Actuū. i. dicitur de apostolis. hi omnes erant ꝑseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus et maria matre ihesu. Duo coniungit. mulieruꝫ societatem et mariam in quo notat duo q̄ deb3 hr̄e oratio bene orans debet habere deuotionem in affectu. quod notatur in mulieribus mulieres enim solent esse deuotiores ꝙ viri. vnde in ecclesia cantatur intercede ꝓ deuoto femineo sexu. Bene orans d3 etiā hr̄e illuīationem in intellectu. ꝛ hoc notatur in maria. q̄ interpretatur bene illuminata. Efficax em̄ oratio d3 hr̄e illuīationē fidei. nō obscuritatē hesitationis vel dubitationis Jacobi primo. Postulet aūt i fide nichil hesitās. sic ergo hortat̄ nos eccl̄ia vt petam⁹ ab ista ꝟgie glīosa suffragiū orōis qd̄ notat̄ cū dr̄. ora ꝓ nobis. Ip̄a em̄ est q̄ pro amicis ꝛ inimicis orauit. ipsa em̄ vt de ea legitur orauit pro ꝑsecutoribus et fidelibus et precipue mulieribus parturientibus vt queꝗ in partu no.

men eius inuocaret statim edita prole periculum partus euaderet Secundo subdit in verbo proposito motiuum ecclesiastice exhortationis. cū dr. q̄s mulier sancta es. Sciendu₃ est ergo ꝙ ista virgo gloriosa dr mulier sancta quadruplici ratione. Ipsa eṁ in sancto et spirituali matrimonio fuit primo consentanee voluntatis. Secundo fuit fructuose societatis. Tercio fuit luminose veritatis et fidelitatis. Quarto fuit solide stabilitatis. Primo ergo fuit in matrimonio spirituali consentanee voluntatis Ecclesiastici vicesimo quinto. In trib⁹ placitum est spiritui meo. que sunt probata coram deo et hominibus. concordia fratrum et amor proximorum. et vir et mulier bene sibi consentientes. Concordia fratrum dicitur quātum ad regulares. Amor proximorum dicitur quantum ad seculares. Vir et mulier bene sibi ꝯsentientes. hoc dicit quantum ad cōiugatos matrimonij culpam subeuntes. Sed sciendum est ꝙ duplex distinguitur matrimonium corporale et spirituale. et sicut in corporali requiritur coniunctio corporum ad generationem filiorum ad dei cultum. sic in matrimonio spirituali requiritur coniunctio animorum christi et sanctarum virginum ad procreationem castorum et sanctorum operum secunda ad Chorinteos decimo. Despondi enim vos vni viro virginem castā exhibere christo. sic ista gloriosa virgo beata margaretha matrimoniu₃ corporale hominis mortalis ꝗnis diuinitus cōtempsit et se christo domino tanq̄ sponsa indissolubili vinculo coaptauit. Secūdo fuit beata Margaretha mulier fructuose societatis. Ecclesiastici vicesimo quinto. Beatus vir qui habitat cū muliere sensata. habitās cum muliere sensata beatus dicitur quia frequenter homo malus per cohabitationem cu₃ muliere bona sanctificatur primo Chorintioru₃ septimo sanctificatur vir infidelis per mulierem fidelem talis mulier fidelis et sensata fuit beata margaretha. vnde de ipsa potest dici id. Iudic vndecimo. Non est talis mulier super terram in aspectu in pulchritudine et in sensu verborum. Tercio fuit beata margaretha mulier luminose veritatis et fidelitatis. Ecclesiastici vicesimo sexto. Sicut sol oriens mūdo in altissimis dei sic mulieris bone species in ornamentum domus eius. sol oriēs in mundo illuminat mundum sic istius bone mulieris species fuit christo in ornamētum. quia omnibus transitorijs contemptis solum dilexi dn̄m Jhesum christum Prouerbiorum. 12. Mulier diligens corona est viro suo. Coronam ibi posuit pro ornamento. ista virgo gloriosa non fuit solum ornamentum christi sed totius domus ecclesie dei. Unde hic dicitur ꝙ mulieris bone species in ornamentum domus eius est vnde sicut lucerna splendens illuminat in domo habitātes sic ista gloriosa virgo meritis et exemplis illustrat christi fideles vnde ipsa fuit illa lucerna de qua Ecclesiastici. 26. Lucerna splendens super candelabrum sanctum. sicut eṁ lucerna ponitur super candelabrum vt homines illuminentur sic ista nobis ꝓponitur in exēplū vt ipsius factis et meritis informemur. Quarto ista gloriosa virgo fuit mulier solide stabilitatis. Ecclesiastici. 26. Fūdamēta eterna sup petram solidam. sic mandata dei in corde mulieris sancte. Fundamenta eterna dicuntur christi testimonia verba ⁊ mādata in eternu₃ stabilis. ps. Cognoui in testimonijs tuis qr in eternum fundasti ea. Nec mir̄ si ista fundamenta sunt eterna q̄ sūt super illā petrā de qua. i. Chorinteorum 10. Petra aūt erat xp̄s Math. 24. Celū et terra transibūt verba aūt mea p̄teribunt Talia aūt fuerunt mandata dei in corde istius mulieris et gloriose virginis et matris. ipsa eṁ mādatum de dilectione dei ⁊ proximi spretis idolorum cultib⁹ custodiuit. vni deo ⁊ dn̄o nr̄o ihesu xp̄o inseparabiliter adhesit Luce. 4. Dn̄m deum tuu₃ adorabis ⁊ illi soli seruies. ista istud mandatū seruans domino Jhesu christo seruire voluit et illum solum vnum et deum verum adorauit. Cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

De sancto Victore

Sermo primus.

Sup excelsa. mea deducet me victor. Abacuth. 3. Beatus victor cuius festum hodie celebratur in sancta ecclesia in verbo proposito a tribus describitur in quo verbo vt patron⁹ certaminis. vt pedagogus itineris. vt philomena amoris nobis proponitur. ⁊ secundum hoc in verbo ꝓposito tria notantur a quibus cōmendatur. Primo a cōstantia virtutis in passiōe. cum dicitur victor. et sic ꝓponitur nobis vt patronus certaminis. Secundo ab ostensione boni exempli in opere. cum dicit deducet me. ⁊ sic proponitur nobis vt pedago-

gus intineris. Tertio ꝯmendatur ab emi
nentia mentis in cognitione. cum dicitur
excelsa mea. et sic ꝓponitur nobis vt philo
men amoris. Primo ergo nobis proponi-
tur vt patronus certaminis. cuȝ dicitur vi
ctor. Sunt autem quattuor que principali
ter vicit. Primo vicit malitiam cognitiõe
veritatis. Scđo negligentiam excussione
corporis. Tercio tentationes solertia con
temptꝰ circumspectione. Quarto vicit tor
tores ꝑseuerantia confessionis vtilis ⁊ vi
rilis. Primo ergo vicit malitiam sapien-
tia vel cognitione veritatis. Sapientie. 8
Sapientia enim doctrine scđm nomẽ suũ
est vt dicitur Ecclesiastici. 9. Sapiẽtia eñ
sapida scientia. Primo enim debet in ani-
ma sapientis dulcescere. Secundo in ser
mone clarescere vt tertio possit in opere
omnem malitiam efficaciter superare Ja-
cobi. 1. Abicientes omnem immunditiam
et abundantiam malitie in mãsuetudine
suscipite insitum verbum quod saluare po
test animas vestras. Secundo potest sal-
uare animas insitum verbum excludendo
immunditie morbum. ⁊ expellendo mali-
tie venenum Unde Sapientie. 1. In mali-
uolam animã non introibit sapientia neqꝫ
in corpore subdito peccatis. Nec mirum si
non intrat sapientia in animam maliuolã
quia inuenit hostium clausum ⁊ ianitorem
incurialẽ et durꝫ. malitia eñ in anima est
illa ancilla hostiaria ad cuius vocem pe-
trus confidens de viribus suis in errorẽ
dedicit et christũ negauit. petrus iterpre-
tatur cognoscens: in quo signantur sapien
tes huius seculi qui presumentes de viri-
bus suis malitia propria tanꝗ ianitore
claudente sibi hostiuȝ humilitatis per qđ
xp̄s suos introducit ⁊ erudit abeũt iter ex
termini erũpentes in inuio et non in via.
qꝛ nõ ambulãt ꝑ viã veritatis vnde aug.
in epistola ad macedoniũ Quidã excellen
tissima ingenia tanto maiores ceciderunt
q̃nto ꝓsidentius tanꝗ suis viribꝰ cucurre
rũt. nec xp̄m vt sibi viã ostẽdere petierũt
Similiter nec habitabit in corpe subdito
peccatis. Corpus ꝓpter peccatũ iobedien
tie diabolo est subiectũ. Et ideo manente
peccato nõ põt id inhabitare dñs. cum sit
habens obedientie mancipatum. Que eñ
conuentio xp̄i ad belial. 2. Chor. 6. Uñ ad
hoc ꝙ xp̄s inhabitet oportet ꝙ mutet ha
bitũ ⁊ trãsferet votum. sicut faciũt religio
si quibus videtur ꝙ non pñt bene saluari
in religione in qua existunt Epheseos. 4
Deponite scđm pristinã conuersationem
veterem hominẽ quin corrũpitur scđm de
sideria carnis et induite nouum hominẽ
qui scđm deum creatus est in sanctitate vir
tutis. Ecce mutatio habitꝰ: sequitur. reno
uamini spiritu mentis vestre. Ecce muta-
tio loci vel effectus. Sic ergo debemꝰ vin
cere malitiam cognitione veritatis. sic bñ
vicit beatus victor. Unde de ipso legitur.
Beatus victor terrente se robustior impe
ratorem et eius principes mira prudentia
confutauit. idoloꝝ cultus euacuans et fi-
dem christi certa ratione confirmans. Se-
cundo vicit negligentiam excussione cor-
porum Exodi. 17. Cum leuabat manꝰ moy
ses vincebat israel: sin autẽ paululũ remi
sisset superabat amelech moises interpre-
tatur assumptus ex aquis in quo signatur
ecclesiasticus prelatus qui debet esse sepa
ratus a fluxu vlouptatis secularis: iste ma
nus leuat vel erigit cũ aliquid excellenter
operatur vel agit. sic faciebat ille Josue 8
Porro iosue non contraxit manum quam
in sublime porrexerat. in quo reprehendũ
tur multi prelati qui q̃nqꝫ in principio sue
promotionis sunt dietate compatiẽtes hu
militate sociales: oratione instantes dile-
ctione flagrantes: sed postmodum manum
retrahentes mutant compassionem in du
ritiam humilitatem in superbiam: oratio
nem in euagationem. caritatem in discor-
diam ⁊ dissensionẽ hec est mutatio dextre
excelsi sed sinistre inferni Sic mutate erãt
galate ad Gallathas tercio Sic stulti estis
vt cum spiritu ceperitis nunc carne con-
sũmamini: non debet ergo prelatus ma-
num contrahere per negligentiaȝ sed sem
per erigere per arduorum aggressionem.
negligentia eñ prelati victoria est sui ad-
uersarij: sicut eius casus dispersio est gre-
gis primo. Machabeorum nono. Cecidit
iudas ⁊ ceteri fugerũt. Debet ergo homo
bonus excutere negligentiam: Quia sicut
dicit Gregorius in moralibus. Qui quo-
rumdam mentes dum damna considera-
re negligunt integritatem quasi nesciẽtes
perdunt: amittunt enim a corde innocen-
tiam: ab ore veritatem / a carne continen-
tiam et per accessum temporis ab etate vi-
tam. hanc negligentiam bene vicit beatus
victor. Unde de ipso legitur / ꝙ cum maxi
mianus imperator decreuisset ꝙ omnes
aut dijs sacrificarent aut diuersis mortibꝰ
interirent ⁊ hoc decreto multorũ christia-
norum turbarentur animi Beatꝰ victor im-
medium se ingerens statim comprehendi-
tur et propositorum tribulationibus ꝓsen-

tatur. Tertio vicit beatus victor tentationes solertia circumspectionis. Unde ipsi cõpetit quod de helya dicitur Ecclesiastici quadragesimo octavo. In diebus suis non pertimuit principem. et potentia nemo vicit illum nec superavit illum verbũ aliquod. Tria ponit per que solet diabolus hominem tentare et quandoque superare. quandoque intendit diabolus per ambitionem erigere. quandoque per timorem deprimere: quandoque per fallatiam decipere in diebus ergo suis non pertimuit principē ut esset per ambitionem elatus. Et potentia nemo vicit illum ut esset per terrorem deiectus. Nec superavit illum verbum aliquod ut esset per fallatiam deceptus. quãdoque ergo intendit diabolus per ambitionem hominem erigere. imo suspendere ut possit dicere illud Job septimo. Suspendium eligit anima. Suspendium solet esse hominum sceleratorum et flagitiosorum et tales sunt ambitiosi Quidam enim sunt proditiosi cum iuda qui laqueo se suspendunt. Quidã malitiosi cum achitophel qui disposita domo sua suspendio interiit: quidam superbi cum aman qui suspensus est patibulo qui a mardocheo voluit adorari non debet esse tale suspendium prelatorũ sed suspendium contemplationis eternorum Gregorius in pastorali. Sic pastor singulis compassione proximus pre cunctis contemplatiõe suspensus ut per pietatis viscera. in se infirmitatem ceterorum transferat ut per contemplationis altitudinem semetipsum quoque in via appetendo transcendat: sic suspendium beati victoris non fuit pena criminis/ sed certamen martyris. Unde de ipso legitur beatus victor iussus afferri patibulo affigitur et torquetur. sed ibidē orans apparente sibi domino recreatur. Solet diabolus quosdam per timorem deiicere contra quod dicitur et potentia nemo vicit illũ. Non decet ergo prelatos propter timorem male humiliantem ab opibus strenuis desistere. imo nisi fortiter pro se et pro grege sibi commisso certaverint multũ debent timere in conspectu iudicis summi comparere: Unde beatus bernadus. Venient ante tribunal Christi. audietur populorum querela gravis. accusatio dura. quorum vixere stipendiis nec diluere peccata. Quibus fuerunt duces ceci mediatores fraudulenti. Solet etiam diabolus decipere per fallatiam sermonis. contra quod dicitur. Nec superavit eum verbũ aliquod. Quilibet contra tentationes et deceptiões dyaboli debet habere solertiam et sollicitudinem circumspectionis Unde Gregorius in dyalogo. Si acri circumspectionis sollicitudine cor destituitur vulneribus aperitur. Quia hostis antiquus tanto liberius petrus percutit quanto nudum alachritate providentie deprehendit. Hanc solertiam cognitionis veritatis bene habuit etiam. Beatus victor. Unde de ipso legitur. quod cum omnes obiectiones eorum sapiẽter dissolvisset cũctos oppressit ponderationum. Quarto vicit tortores perseverantia cõfessionis. Ps. ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas cũ iudicaris. ille in sermonibus suis iustificatur qui corde credit ore cõfitetur. Roma. x. Corde creditur ad iusticiam ore autem fit confessio ad salutem. tũc aũt cum iudicatur vincit quando pondere tormentorũ nec a fide decidit. nec cõfessione torpescit. Unde gregorius in moralibus vir sanctus quo maiore persecutione premitur eo ad predicandum veritatem artius instigatus et compatienter persecutores tolerat: ardenter ad se auditores trahere festinat sic beatus victor cum iudicaretur vicit. Unde de ipso legitur. Cum ab insensus unum iuberetur eligere aut deos placare aut infeliciter perire. Respondit Si sic inquit proponis qđ verbis docuimus exemplo videbitis deos sperno. christumque confiteor quecunque potestis dare supplicia cumulate tormenta. Sic ergo proponitur nobis beatus victor ipse enim generaliter omnia vincenda vicit et ideo celitus audire meruit. victor vicisti Deducet me. ibi cõmendatur ab obstensione boni exempli in ope: sed sciendum quod quadruplex est deductio Sophistica ad decipiendum. Demonstrativa ad erudiendum. Protectiva ad custodiendum Fructuosa ad remunerandum. primo est deductio sophistica ad decipiendum. Proverbiorũ. xiiii. Est via que videtur homini iusta novissima autem eius deducunt ad mortem. Ad hoc quod homo sophiste decipiatur duo requiruntur. apparentia et defectus. Apparentia veritatis in disciplinabilibus et defectus bonitatis in moralibus Est ergo via que videtur homini iusta per apparentiam novissima autem eius deducunt ad mortem. propter defectum latentem apparentie aut veritatis et bonitatis Duo sunt principia curiositas respectu veritatis Ecclesiastici. 3. In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter et in pluribus eius operibus nõ eris curiosus. Aut proponitur

voluptuosus Sapientie scdo. Venite frua
mur bonis q̄ sūt et vtamur creatura tanq̄
in iuuentute celeriter vino precioso et vn
guentis nos impleamus. ⁊ non pretereat
nos flos temporis. Coronemus nos rosis
antequā marcescant nullum sit pratum qd
non transeat luxuria nostra. Defectus au
tem latens sub hac duplici apparētia pro
ponitur. Sapiētie quinto. Erramus a via
veritatis et lumen iusticie non luxit no
bis ⁊ sol intelligentie non est ortus nobis
Ecce defectus latens sub apparentia ve
ritatis. sequitur Lassati sumus in via ini
quitatis ⁊ perditionis. Vias difficiles am
bulamus: ecce defectus latens sub appa
rentia bonitatis. vnde sequitur. Quid no
bis profuit superbia. et diuitiarum iactan
tia quid contulit nobis. Secunda dedu
ctio est demōstratiua ad erudiendum. ps̄.
Deduxisti sicut oues populum tuū in ma
nu moisi et aaron. Moises et aaron in sa
cerdotibus vt dicitur in. ps̄. in quo nota
tur q̄ ad sacerdotes ꝑtinet doctrina ⁊ eru
ditio Malach. ⁊. Labia sacerdotis custo
diunt scientiam ⁊ legem de ore eius requi
rent et dicit glosa. Sacerdos legem inter
rogatus non taceat: sed resistentes conui
cat alioquin frustra iactat dignitatem cu
ius nō exhibet operationem. sed notabile
est quod dicit in manu Pastor em̄ debet re
gere gregem tam sermone q̄ opere Bern̄.
Monstruosa res est gradus summus. ani
mus infimus. sedes prima. vita ima ligua
magniloqua manus ociosa: et sciendum
q̄ in oibus notatur subditorum obedien
tia. Quis em̄ mansueta est ⁊ tacita. hoc est
contra malos subditos qui cum deberent
esse mansueti contra superiores suos re
calcitrant: cum deberent esse taciti contra
murmurant. sed sicut equi recalcitrantes
solent calcaribus vrgeri ⁊ frenis in maxil
lis constringi. sic isti debent magnis incre
pationibus ⁊ duris verberibus arceri. Et
sicut equi p̄cipites freno sic ipsi debent ar
to silentio choerceri. sed quidā sunt sicut
asina balaam que cum argueretur a dn̄o
suo dixit Numeri. ⁊⁊. quid feci tibi cur me
percutis esse iam tercio. Nōne animal tu
um sum cui sedere consueuisti. vsq̄ in pre
sentem diem qui nunq̄ simile feceram tibi
Ista possunt esse verba subditi incorrigi
bilis quid accusationez prelati ꝓponit ad
excusationem sui dicit. Quid feci. quasi di
ceret. Neq̄ iniquitas mea neq̄ peccatum
meū q̄ sic deberem restringi vel affligi ⁊ si
conuincit qd immo bn̄ meruit. subdit. Dic
quid nunquam simile fecerim tibi. q̄si di
ceret ⁊ si ita mihi modo ↄtingit alias simi
lia non feci et subeunt humilitatem peni
tentie sed declinant cor suum in verba ma
litie ad excusandas excusationes in pecca
tis. Ad accusationem prelati sui duo pro
ponunt. In gratitudinem cū dicit. Nonne
sum animal tuū cui sedere consueuisti vsq̄
in presentem diem. quasi diceret. Ego sem
per fui sibi obediens ego ꝓcuraui eius ꝓ
curationem ego semper opposui me aliis
ꝓpter eius defensionem ⁊ ip̄e sic retribuit
mala ꝓ bonis que omnia cedunt ad meā
afflictionem. Proponit et contra prelatuz
crudelitatē cum dicit. Cur percutis me iā
tercio quasi diceret crudelis es quasi stru
tio in deserto et sicut leo in domo sua sub
uertens domesticos tuos ⁊ opp̄mens sub
ditos tibi. Eccle. 4. Tercio est deductio ꝓ
tectiua ad defendendum. Sap̄. 9 deducet
me in operationibus meis sobrie. et custo
diet me in sua potentia. Sapiētia ⁊ est pu
ra et solida quia pura ideo sobrie hominē
in opibus deducit. Qr solida ideo ip̄m in
sua potentia custodit Sap̄. 8. Sobrietatē
docet ⁊ prudentiam et iusticiam ⁊ virtutē
quibus nichil vtilius in vita hoib⁹ et ido
quia sapia per sobrietatē est pura qui non
sunt sobrij non possunt esse puri. Prouer.
xx. Luxuriosa res vinum Item qui nō sūt
sobrij nō possunt habere sapientiam dei. j
Chorinteor. 2. Animalis hō non percipit
ea que dei sūt sapia em̄ est solida ideo cu
stodit hoiem in sua potentia sicut em̄ falsi
tas inualida est ꝓpter vacuitatē vanitatꝫ
ita sapientia robusta ꝓpter soliditatez ve
ritatis. Unde sicut thurris fortis paleis ⁊
athomis potest concuti sed nō deici sic ve
ritas a falsitate ⁊ professoribus eius infe
stari potest sed non superari tercio Esdre.
4. Magna est veritas et fortior pre oibus
omnis terra veritatem inuocat celuz eiā
ipsam benedicit. et omnia opa mouentur
tremunt eam bn̄dictus dr̄ veritatis. Quar
to est deductio fructuosa ad remuneran
dum Sapien. x. Reddet deus iustis merce
dem laborū suorum et deducet eos in via
mirabili. Deus reddit sanctoꝝ suoꝝ mer
cedem sed non ad mensuram rasam sed cu
mulentam ⁊ super affluentem. Luce sexto
Mensuram bonam et confertam et coagi
tatam et sup effluentem dabunt in sinum
vestrum deducit et eos in via mirabili nec
mirum ipse est mirabilis in effectu ps̄. mi
rabilis deus in sanctis suis. Mirabilis in
conductu ps̄. Deducet te mirabiliter dex

tera tua. Mirabilis in aspectu hester. i5.
Valde em̄ mirabilis es dn̄e et facies tua
plena est gratiarum: Est etiam mirabilis
in fructu Ecclesiastici. xi. Mirabilia opera
altissimi solius ⁊ gloriosa et absconsa ⁊ in
uisa. Opa illius vere tam inuisa ꝙ ocul⁹
non vidit nec auris audiuit nec in cor ho
minis ascedit. i. Chor. 2. sequitur. Super
excelsa mea In quo commendatur beatus
victor ab eminentia mentis in cognitione
Et sciendum ꝙ quadruplex est excelsū Est
enim excelsum elationis qđ est ruinosum
Prelationis qđ est periculosum. Est excel
sū gr̄e vel cōtemplationis qđ est fructuosū
Est excelsum glorie vel beatitudinis. qđ
est gloriosum. Primo est excelsum elatio-
nis quod est ruinosum Isaie. 2. Dies do-
mini exercitum super omnez excelsū ⁊ sup
bum super omnem arrogantem et humi-
liabitur Tria dicit que sunt in supbia. Cō
temptum minorum et ppter hoc dicit sup
bum. Appetitus honoꝝ ⁊ ppter hoc dicit
excelsum. Iactantia pprioꝝ verborum et
quantum ad hoc dicit arrogantē ⁊ ꝙ dicit
humiliabitur non intelligitur de humilia
tione virtutis sed de humiliatione deiecti
onis. Prouerbio. vicesimo nono Supbum
sequitur humilitas id est deiectio. Secun
do est excelsum prelationis quod est peri
culosum. Isaie. 10. Excelsi statura succin-
dentur excelsi sunt prelati qui succidētur
si inueniantur mali. Isti signati sunt p ar
borem quam vidit nabuchodonosor cui⁹
proceritas contigebat celum et descendit
sanctus ⁊ vigil ⁊ clamauit fortiter succidi
te arborem ⁊ prescindite ramos eius. In
arbore mala voluntas designatur. In ra
mis operationes que in prelatis in diuer
sis generibus maloꝝ ramificantur Unde
beatus. Benardus. Non est hoc tempo-
re ornare sponsam spoliare non est custo-
dire sed perdere non est defendere sed ex
ponere. non est instruere sed prosternere.
non est pascere gregem sed mactare deuo
rare. Dicente domino. Qui deuorant ple
bem meā vt cibum panis. Tercio est excel
sum gratie vel contemplationis. Prouer-
biorum. 8. Sapientia clamitat et pruden-
tia dat vocem suam in excelsis summisqꝫ ver
ticibus. Et vertex hic idē est quod eminē
tia. mentis summitas vel celsitudo. est ex
cellētia contemplationis vel donū gratie
salutare quo habet homo cognitionem ve
ritatis non ex auribus suis Augustin⁹ ad
macedonium. Si quid habeo a deo sum-
psi nō a me presumpsi atqꝫ ab illo in me p-
fici fideliter spero a quo inchoatū esse hu
militer gaudeo. nec deo quod nō dum do
nauit incredulus nec de eo quod iam do
nauit ingratus. Non em̄ meo vel ingenio
vel merito sed eius dono sum si quid lau
dabiliter sum. Quarto est excelsum beati
tudinis quod est gloriosum Isaie. 6. Vidi
dominum sedentem super solum excelsum
et eleuatum et plena erat domus maiesta
te eius. seraphin clamabant sanctus san
ctus sanct⁹ dominus exercituum plena est
omnis terra gloria eius et commota sunt
superliminaria cardinum a voce clamātiū
Hic clamor. hic cātus hic iubil⁹ est de quo
dicitur in. ps̄. Cantantem in cantu psal-
morum excitatur deuotio inflāmatur dile
ctio illuminatur ratio: iocundatur affectio
ps̄. laudate dominum qm̄ bonus est psal
mus deo nostro sit iocunda decoraqꝫ lau
datio. Hec laudatio sit iocunda sic decora
erit in felicitate superna De qua Augusti
nus in libro de ciuitate dei. Quāta erit il
la felicitas in qua nullū malum nullūqꝫ late
bit bonū. Ibi vocabitur dei laudibus qui
erit oia in omnibus. nec vlla desidia cessa
bitur. nec vlla indigentiū penuria labora
tur Ad quā felicitatē nos pducere dignet

De sancto Victore Sermo secundus

Confidite ego vi-
ci mundū Iohannis. 16. Quan
uis istud verbum sit verbuz sal
uatoris ad beati tamen victoris commen
dationem potest adaptari. Unde in verbo
proposito duo notantur ex quibus beatus
victor commendabilis nobis proponitur.
primo vt stabilimentū constantie cum dici
tur. Confidite. Scd̄o nobis proponitur in
exemplum victorie. cum subditur ego vi
ci mundum. Qui em̄ stabiliuntur constan
tia laudantur in victoria. Ista autem con-
fidentia non est in homine qui in necessi-
tate deficit. sed est in deo qui in aduersita
te defendit. Sciendum est ꝙ quattuor bo
na facit nobis cōfidentia diuina. Primum
est remissio peccatorum. Scd̄m bonum est
stabilitatio animoꝝ. Terciū ē cognitio ve
rorum. Quartum est deiectio aduersario
rum. Primum ergo bonum quod facit con
fidētia diuina est remissio peccatoꝝ Mat.
9. Cōfide fili remittuntur tibi peccata tua
Confidentia fidei est causa et ratio remis
sionis peccati. Fides enim est purgatorium
in quo fit purgatio animarū id est remissio

peccatoꝝ. Actuum. 15. Fide purificās cor
da eorum. nec sine fidei aminiculo fit pec-
catorum remissio et ad deum reconciliatio
Hebreoꝝ. 15. Sine fide impossibile est pla
cere deo. Confidentia autem diuina non
solū liberat ab iniquitate sed ab omni pe
riculo et aduersitate. Danielis. 13. legitur
de susanna que a periculo mortis liberata
fuit duobus sacerdotibus plenis iniqui-
tate a recto iudicio condemnatis. Fiduciā
aūt quā habebat in dn̄o fuit ratio istius li
berationis Danielis. 13. Erat eñ cor eius
fiduciam habens in domino. Sic iste mar
tir gloriosus confidens in domino tortto-
res vincens et tormenta contēnens victis
et damnatis tortoribus de angustia per
gloriam fuit liberatus. Prouerbioꝝ. xi. ca
Iustus de angustia liberatus est ⁊ trade-
tur impius ꝓ eo. Secundum bonum quod
facit cōfidentia diuina est stabilitio aiorū
Eccle. xi. Confide in dn̄o et mane in loco
tuo. Locus interior est domꝰ vel habita-
tio cordis. Genesis. xxx. Iustum est ergo vt
aliqn̄ prouideā domui mee domui. domꝰ
ista potest dici domus cōscientie cui debe
mus et ipsam exterius et interius munire
Exterius ꝑ clausionem hostioꝝ Isaie. 26.
Vade populus meus intra in cubicula tua
et claude hostia super te. Clausio hostioꝝ
est reuocatio sensuū exterioꝝ a discursu se
cularium vanitatum. qui eñ sensus suos
vanitatibus huius mundi vel exterioribꝰ
exponunt ipsi de cordibus suis demonibꝰ
stratam publicam faciunt Iob. xx. c. Va-
dent et venient super eum horribiles. Hor
ribiles sunt demones qui sup peccatores
vadunt et veniunt quando sensus exterio
res a vanitatibus seculi non restringunt
Iob. xxx. Quasi rupto muro. et aperta ia
nua irruerunt sup me et ad meas miseri-
as deuoluti sunt. sic ergo domui cōsciētie
debemus ꝓuidere refrenando sensus ex-
teriores a discursu vanitatum. Scd̄o debe
mus ei ꝓuidere ipsam muniendo et armā
do interius exercitu virtutum. 2. Chorin-
theoꝝ. 6. Per arma iusticie a dextris et a si
nistris. Debemus armari armis iusticie
a dextris ne in ꝓsperis per superbiam eri
gamur. Debemus etiam armari armis iu-
sticie a sinistris ne in aduersis per despe-
rationem frangamur. Sic ergo bonus hō
dꝫ confidere in domino et manere in loco
contra multos q̄ sollicitudinē prouisionis
proprie conscientie derelinquūt ⁊ per alie
nas conscientias temere iudicando curio
se discurrrūt. similes ioculatoribus qui in
propriis domibus nunq̄ vel raro persistūt
et in domibus diuituꝫ importune se intru
dunt. et tales hoies vitam neq̄ deducunt.
Ecclesiastici. xxix. Vita neq̄ hospitandi de
domo in domū. sꝫ iste gloriosus martir bea
tus victor in domo ꝓpriꝫ cordis ꝑmāsit et
ipsum omni diligentia seruauit. Prou. 4.
Omni custodia serua cor tuū. Tercium bo
num quod facit diuina ꝯfidentia est cogni
tio veroꝝ. Sapientie. 3. Qui confidunt in
domino intelligent veritatem ⁊ fideles in
dilectione acquiescent illi. Non est mirum
si illi qui in dn̄o confidunt veritatem intel
ligunt. ipsi enim ad illū qui est via veritas
et vita ꝑueniunt Ioh. 14. Iste sanctus mar
tir in dn̄o fiduciam suam posuit et ideo ve
ritatem inuenit ⁊ etiā intellexit Malach.
2. Lex veritatis fuit in ore eius et iniq̄tas
non est inuēta in labiis eius in pace et eq̄
tate ambulauit et multos auertit ab iniq̄-
tate. Homo bonus nō debet viuere sibi so
li sed sibi et fraterne eruditioni. Sicut sol
non lucet sibi soli sed ⁊ nostre vtilitati. Ho
mo bonus debet sibi lucere puritate con-
sciētie aliis honestate vite et claritate eru
ditionis fraterne Math. 5. Sic luceat lux
vestra coram hominibus vt videant opera
vestra bona. et glorificent patrem vestrum
qui in celis est. sic ergo qui confidunt in do
mino intelligent veritatem. sequitur et fi-
deles in dilectione acquiescent ei. Marti-
res christi fuerūt fideles in dilectione. ip
sos eñ a christo nulla tribulatio. nulla an-
gustia potuit separare. vnde vinculum di
lectionis in ipsis in amorem christi tante
erat adhesionis ꝙ non poterat impetu ali
cuius tribulationis rumpi Romanorū. 8.
quis nos seꝑabit a charitate christi. et seq̄
tur ꝙ nec tribulatio nec āgustia nec fames
nec nuditas. nec periculū. nec gladius. nec
creatura aliqua poterit eos seꝑare a dile
ctione diuina. sed in christo superabāt om
nis generis tormenta Romanoꝝ. viii. Sꝫ
in hiis omnibus superamus ꝓpter illum
qui dilexit nos. In ista dilectione beatus
victor quem dn̄s in bello fortem fecit ⁊ an
gelica visitatione cōfortauit omnia tormē
toꝝ genera superauit. Quartum bonū qd̄
facit nobis confidentia est deiectio aduer
sarioꝝ. 2. Macha. 15. Machabeus confide
bat semper cum omni spe auxilium sibi a
domino affuturꝫ. ipse aūt spe sue confiden
tie frustratus nō fuit. sꝫ sicut ibidem legi-
tur. Dn̄s ꝑ manū iheremie ꝓphete gladiū
porrexit in quo aduersarios suos supera-
uit et deiecit 2. Mach. 15. Accipite sanctū

gladiū mun⁹ in deo quo deiicies aduersa
rios populi mei israel. scdʒ istū modū dn̄s
beato victori verbi sui gladium porrexit
in q̄ tyrānos fidei christi aduersarios de
uicit Ephes. 6. Accipite gladium spiritus
qd̄ est verbū dei. Sic ergo primo nobis ꝓ
ponitur beatus victor vt stabilimentū cō
stantie cū dr̄. cōfidite. Scd̄o nobis ꝓponi
tur in exemplum victorie. cum dr̄. ego vici
mūdum. Sciēdū est ergo ꝙ sunt quattuor ꝑ
que vincimus. Primū est deuotio orōnis.
Scd̄m est humiliatio obedientie siue sub
iectionis. Terciū est constātie fortitudo.
Quartū ē diuine potētie magnitudo. Pri
mum ergo per qd̄ vincim⁹ est deuotio orō
nis. Exod. 17. Cū leuaret man⁹ suas moy
ses vincebat israel. in leuatione manuum
signatur eleuatio orationū deuotarum. 1.
Thimoth. 2. Volo viros orare in omni lo
co leuantes puras manus sine ira dicit. q̄r
ira hōis cor ne possit vacare orationi ꝯtur
bat sine disceptatione dicit q̄r disceptatio
cor hōis a dulcore orōnis alienat. ps̄. Diri
gatur dn̄e oratio mea sicut incensū in con
spectu tuo. sicut ex incenso cremato resol
uitur bonus odor sic ex sancto desiderio
feruentis orationis diuinis oculis deuo
tionis dulcor. Eccle. 35. Oratio hūilitatis
se nubes penetrabit. et donec ꝓpinquet
nō ꝯsolabitur. et non discedet donec altis
simus aspiciat. oratio em̄ facit ad modū di
ligentis aduocati qui affectus cordiū no
stroꝝ summo pontifici xp̄o porrigit ⁊ peti
tionē nr̄am nobis bullatam ⁊ sigillatam re
mittit. Scd̄m per quod vincimus est humi
liatio obediētie vel subiectionis. Prouer
bioꝝ. 21. Vir obediēs loq̄t victorias. Nec
mirꝝ si vir obediēs victorias loquit̄. q̄r vir
obediēs sup̄at quicquid nobis in hoc mū
do aduersatur. 1. Johānis. 2. Oē qd̄ est in
mundo concupiscentia carnis est et concu
piscētia oculoꝝ ⁊ sup̄bia vite. Vir obediēs
vincit cōcupiscentias carnis voto castita
tis. concupiscentiam oculoꝝ voto obedien
tie vel subiectionis Job. 23. Proponat eq̄
tatē contra me ⁊ ꝑueniet ad victoriā iudi
ciū meū vere obedientis iudiciū ad victo
riā ꝑuenit. q̄r dyabolus quid iuste ei obii
ciat in ipso non inuenit. Tercium ꝑ quod
vincimus est constātie fortitudo. 1. Johā.
2. Scribo vobis iuuenes q̄r fortes estis ⁊
verbum dei manet in vobis ⁊ vicistis ma
lignū. In verbo ꝓposito tria notari pn̄t q̄
fidelibus xp̄i ꝯueniūt. Primū est constātia
fidei. qd̄ notatur cum dr̄. Scribo vobis iu
uenes qm̄ fortes estis. 1. Pe. 5. Aduersari⁹
vester dyabol⁹ tanq̄ leo rugiēs circuit q̄
rens quem deuoret cui resistite fortes in fi
de. Scd̄o notatur potestas eloquii diuini.
qd̄ notatur cum dicitur. et verbum dei ma
net in vobis. Homo ille nō est inermis qui
armatur eloquio dei et exhortationib⁹ cō
gruis. 2. Macha. 15. Singulos illoꝝ arma
uit nō clipei et haste munitione. sed sermo
nibus optimis et exhortationibus. predi
cator euāgelii semper incedere dʒ armat⁹
vt gladio verbi diuini semper sit accinct⁹
sicut em̄ ego video ꝙ miles gladio accin
ctus semꝑ incedit attamē nisi in tp̄e neces
sitatis gladiū de vagina non educit. sic pre
dicatores christi sēꝑ accincti gladio verbi
diuini debent incedere et illum ad damna
tionem maloꝝ extrahere. Hic est gladius
qui de ore sedentis super thronum ex vtra
q̄ parte acut⁹ exibat. Ex quo notat̄ ꝙ ma
la a bonis diuidebat. et sequitur. ⁊ vicistis
malignū. in quo notatur contemptus mun
di malo igne igniti. 1. Johannis. 5. Omne
quod est natū ex deo vincit mundū. illi na
ti ex deo dicūtur qui per lauacrū regn̄atio
nis et renouatiōis spirit⁹ in sortē xp̄i ascri
buntur. ⁊ illi tanq̄ pauꝑes filii xp̄m p̄rem
pauperem imitātur. ab illis em̄ solis mun
dus vincitur qui pauꝑtatem ex corde am
plectuntur. Quartū per quod vincimus est
diuie potētie magnitudo. 2. Esdre. 4. Ado
lescēs eleuās faciē i iherusalē bn̄dixit deū
celi ⁊ dixit abs te est victoria. hoc est ex te.
si enim martires christi cōfiderent in suis
viribus deficerent in tormentis et tribula
tionibus. sed quia in dn̄o ex toto fiduciam
habebāt ideo ab ipso tanq̄ a victore sum
mo victoriā expectabant. 1. Machabe. iii.
Non in multitudine exercit⁹ victoria bel
li. sed de celo fortitudo est. Et q̄r iste glorio
sus martir beatus victor de celo fortitu
dinem expectauit ideo fortitudinē habuit
et victoriā obtinuit. ꝓpter qd̄ esum ligni
vite ꝓmeruit Apocalips. 2. Vincenti dabo
edere de ligno vite qd̄ ē in ꝑadiso dei mei.
Ubi nos perducere dignetur.

¶ De sancta Maria magdalena. ¶ Ser. i.

Babylon dilecta

mea posita est mihi in miraculū
Isaie. 21. In verbo ꝓposito tria
notantur a quibus beata Maria magda
lena describitur a statu culpe. p̄rio cum di
citur babylon. Scd̄o a statu penitentie. cū
dicitur. dilecta mea. Tercio a statu perfe
ctionis vite. cum dicitur. posita est mihi in
miraculum. Quantū ad primū ergo sciēdū

est ꝙ babylon interpretatur ꝯfusio Sciendum est ergo ꝙ est triplex confusio. Primo em̄ est confusio ꝯscientie. Scd̄o est cōfusio verecundie. Tercio est confusio gehenne. Prima confusio ortum habet ex culpe perpetratione. scd̄a ortū habet ex deformitatis culpe recordatione. tercia ortum habꝫ ex eterna dānatione. prima ergo est confusio conscientie que ortuꝫ habet ex culpe perpetratione. ps̄. Operuit confusio faciē meam extraneus factꝰ sum fratribus meis et peregrinus filijs matris mee. Facies hominis interioris est venustas vel nobilitas anime rationalis que facta est ad imaginem ⁊ similitudinē creatoris Ista facies confusione operitur quando culpa mortalis in ipsa reperitur per quam eius gloria in ignominia commutatur. quod deplorat hieremias Trenorum. 4. Cādidiores nazarei eius niue nitidiores lacte rubicundiores ebore antiquo. saphyro pulchriores et sequitur Denigrata est super carbones facies eorum et non facies agniti in plateis. Sciendum est ꝙ per candorem nitorem rudorē. pulchritudinem vel decorem que ponit in ꝓposita auctoritate notat virtutū varietas in quibus animarū formositas. ꝑ denigrationē facieꝝ signatur deformitas vitioꝝ. ꝓpter qd̄ subdit ꝙ non sunt agniti in plateis. sicut em̄ homines candidi et rubicundi si incausto vel attrimento tingātur ab illis hoībus q̄ primo eos cognoscebāt minime cognoscuntur: sic mutato colore optimo virtutum in deformitatem vitiorum peccatore a tā sanctis hominibus q̄ȝ spiritibus celestibus tanq̄ȝ ignoti et extranei esse dicuntur. Unde in predicta auctoritate dr̄ extraneus factus sū fratribus meis ⁊ ꝑegrinus filijs matris mee. qn̄ em̄ in peccatore decor virtutū in dedecus vitiorū cōmutatur: peccator q̄mdiu in peccato ꝑsistit tanq̄ȝ extraneus indignus societate sanctoꝝ hoīm ⁊ angeloꝝ iudicatur: ꝓ statu ergo culpe facies ꝯscientie marie magdalene denigrata erat i qua septenarius numerus demoniorum habitabat. Marci. 16. Apparuit primo Marie magdalene de qua eijcerat septem demonia. Secundo est ꝯfusio verecundie que ortum habet ex turpitudinis culpe recordatiōe. hieremie. 31. Postq̄ȝ ostendisti michi ꝑcussi femur meū confusus sum et erubui qm̄ sustinui obprobrium adolescētie mee. sicut vulgariter dicitur Uetus peccatū fuit nouum dedecus. Unde quilibet homo ꝓ peccatis sue iuuentutis cōfunditur in tempore sue senectutis: sic ista peccatrix beata deformitatē peccatoꝝ suoꝝ videbat et erubescens per singulas noctes lectum cōscientie sue lachrimis lauabat stās retro secus pedes dn̄i lachrimis cepit rigare pedes eius. In hoc ꝙ retro stabat signatur confusio erubescentie que nō ab anteriori sed a posteriori ad sanctū sanctoꝝ audebat accedere in hoc ꝙ secus pedes domini stabat signatur spes venie: secus pedes em̄ illius non staret a quo impetrare veniam nō speraret. in hoc ꝙ lachrimis pedes domini rigauit signatur ꝙ lachrimis confusionis et cōpunctiōis interioris interiorē conscientiā lauabat et seipsam per istam lotionem ad illam dealbationem que super niuentem disponebat ⁊ seipsam dignū habitaculum domino preparabat Isaie. 35. In cubilibus in quibus prius habitabant dracōes orietur viror calami ⁊ iunci. Dracōes spirituales sunt demones qui in cubili conscientie istius peccatrix habitabant qn̄ ipsam septem demonia possidebant. sed quando ad dn̄m per penitentiam est conuersa viror calami et iunci cōpetenter est comparata. in virore signatur teneritudo fidei in iunco qui rectus est signatur rectitudo intentionis in calamo qui nitidus est signatur honestas sancte cōuersatiōis Qn̄ ergo ista peccatrix voluit confundi de peccatis et erubescere ⁊ tanq̄ȝ egra ad medicū spiritualem venire cepit seipsam per rectam intentionem erigere et honestate sancte conuersationis nitere. sic ergo est confusio verecundie que duplex est. quādo em̄ peccator adeo de peccato suo confunditur ꝙ illud nō audet confiteri et ideo retinet culpam sed est alia confusio qua hō cum verecundia ⁊ erubescentia continetur peccatū et ista expellit culpā Eccle. 4. Est cōfusio adducens gloriam et gratiā Tercio est cōfusio gehēne ⁊ ista ortum habet ex eterna dānatiōe. ps̄. Operiantur sicut diploide ꝯfusiōe sua. Noīe diploidis que est duplex vestis signat̄ dānatio peccatoris ꝑ quam cōsequitur finalē ꝯfusionem et afflictionem anime ⁊ corporis Apocalipsis. xviij. Quantum glorificauit se ⁊ in delitijs fuit tantuꝫ date ei tormentū ⁊ luctum. Duo distinguntur genera peccatoꝝ spiritualiū scꝫ et carnalium. Spiritualia peccata pertinent ad glorificationem que cōsistit in superbia et ambitione honoris. peccata carnalia pertinent ad delitias que consistunt in voluptatibus imunditiaꝝ carnalium ꝯmessationū ⁊ ebrietatū. Ad punitionē spiritualium

pctōꝝ pōt ptinere qđ dicit. Date ei luctū
ad punitionē carnaliū pōt ptinere spūali
ter qđ dicit date ei tormētū. Quis i vtrisqꝫ
puniant generaliter pro vtrisqꝫ. Ab hac cō
fusiōe dñs ies⁹ xp̄s istā peccatricē eripuit
qñ ipam a laqueis peccatoꝝ et mortis li-
berauit ⁊ quasi de faucibus inferni retra-
xit. Unde potuit dicere illud qđ in p̄s. scri
bitur. Anima nostra sicut passer erepta est
de laqueo venantium: laqueus contritus
est et nos liberati sumus. ⁊ ne cōfidat pec
cator de viribus suis se solum de auxilio
saluatoris subditur. Auxiliū nostrū in no
mine dñi. Sic ergo primo discribitur bea
ta maria magdalena a statu culpe. cum di-
citur. babylō. sequitur dilecta mea vbi de
scribitur a statu penitentie. Sciendum est
ergo q̄ ad istam dilectionem tria cooperā
tur. Primo effectus condonationis in sal-
uatore. Scđo affectus pietatis in conuer-
sa muliere. Tercio dulcor deuotionis et
odor bonitatis ex vtroqꝫ. Primo ergo ad
istam dilectionem coopatur effectus cōdo
nationis in saluatore Roma. 9. Uocabo
nō plebē meā plebē meā ⁊ nō dilectā. dile
ctā ⁊ nō miam ꝯsecutā miaꝫ cōsecutā. Ista
btā peccatrix fuit nō dilecta pro tp̄e culpe
propter quā hō incurrit odiū indignatōis
diuine. p̄s. Iniquos odio habui. sed voca
ta fuit dilecta pro statu cōuersionis sue vt
habetur Luce. 7. Dimissa sunt ei peccata
multa qm̄ dilexit multū. Diligētibus deū
redditur a deo dilectionis condigna vicis
situdo prouerbiorū. 8. Ego diligentes me
diligo. sequitur Uocabo nō miam consecu
tam miam consecutam. Ista beata pecca-
trix fuit non miam cōsecuta tempore sue
lasciuie vel dissolutionis. sed fuit miseri-
cordiam consecuta p tempe sue pñie ⁊ cō
uersionis hiere. 4. Tu autē fornicata es
cum amatoribus multis tñ reuertere ad
me dicit dominus ⁊ ego suscipiam te. Ma
gna clementia saluatoris q̄ contemptos re
uocat et requirit venientes recipit in via
moꝝ incēdentes deducit. pficientes pdu
cit. pseuerantes introducit magna etiā mi
sericordia domini qui pfecte penitētibus
perfecte pctā dimittit Exodi. xx. Ego sum
dñs deus tuus fortis faciens miam in mi
lia his qui diligunt me. per millenarium
numeꝝ qui est vltimus numerus numero
rū perfectoꝝ signatur perfecta indulgētia
peccatoꝝ quam peccatores ex magnitudi
ne diuine misericordie recipiunt quod be
ne impletū fuit in ista beata peccatrice in
qua sicut abundauerat delictum data fuit
supabundantia diuine dilectionis Secun
do ad istam dilectionem cooperebatur af
fectus pietatis in conuersa muliere. Deu-
tronomij. xxx. Circumdet dñs de⁹ tuus cor
tuū et cor seminis tui vt diligas dominum
deum tuum in toto corde tuo. In circunci
siōe cordis notatur amputatio omnis aua
ritie vel cupiditatis et exercitatio in ope-
ribus pietatis. de qua. i. Thimo. 4. pie-
tas ad omnia vtilis est pmissionē habens
vite que nunc est ⁊ future. Discreta ⁊ lucro
est negotiatio pietatis que sibi augmenta
tionem bonoꝝ in hac vita ⁊ bonorū futu-
rorum pmissionē acquirit. perniciem aua
ritie cupidoꝝ qui acquirunt minime leta-
tur pauperes qui cū anxietate ab ipsis mi
sericorditer releuantur. Et ideo nec bona
eterna assequuntur. sed ista beata pecca-
trix operibus pietatis ⁊ misericordie insu
dauit ⁊ dño iesu christo de suis facultati-
bus ministrabat Luce. 8. Maria que voca
tur magdalena de qua septē demonia exi
runt et alie multe mulieres ministrabant.
de facultatibus suis que opera misericor
die non celat dominus tanq̄ ingratus. sed
enarrat Luce. 7. Intraui in domum tuaꝫ
aquam pedibus meis non dedisti: hec au
tem lachrimis rigauit pedes meos et ca-
pillis suis tersit. osculum michi non dedi
sti. hec autem ex quo intraui non cessauit
osculari pedes meos. Oleo caput meū nō
vnxisti. hec aūt vnguento vnxit pedes me
os. Propter hec et consimilia domin⁹ par
tem marie cōmendat Luce. x. Maria opti-
mam partem elegit que non auferetur ab
ea Maria partē bonā accepit in peccatoꝝ
remissione meliorē in operū pietatis exer
citatione. sed optimā partē elegit i audita
verbi dei ⁊ contēplatione. Per istas duas
sorores marthā ⁊ Mariā signant due vite
actiua scꝫ ⁊ cōtēplatiua sicut interptat ec-
clesia. Sed possum⁹ dicere q̄ p istas duas
sorores signant duo gña religiosoꝝ in mo
nasterijs positoꝝ. Per marthā signant of
ficiales q̄ p negotijs religionis discurrūt
per mariā signant claustrales qui in clau-
stro verbū dei audiunt. ⁊ ibi quasi sec⁹ pe
des dñi pacifice quiescūt. sed in monaste-
rijs non rogat dñm martha vt iuuetur a
maria. magis em̄ eligunt officiales p ne-
gotijs ordinis soli sollicitati q̄ a claustra
libus iuuari. Maria etiā in claustro liben
tius iuuaret q̄ secus pedes domini habe
ret quietem. magis em̄ eligeret ista maria
negotiari in foro q̄ cum domino cōtempla-
tioni vacare in claustro. ista maria sed elea-

gisse optimam partem indicat quãdo par
tem marthe tanq̄ meliorẽ desiderat. Ter
cio ad istam dilectionem operatur dulcor
devotionis et odor bonitatis in vtroq̄ id
est tam in convertente q̄ in conversa mu
liere hieremie.xxxi. In charitate perpetua
dilexi te miserans. illa charitas qua deus
nos diligit dicitur perpetua. immo potest
dici eterna scd̄m diuinã preordinationem
sed temporalis est quantũ ad presentẽ iu
stificationẽ. Vñ Eph.i. Elegit vos in ipso
ante mundi constitutionem. Ecce eterna
electio vel dilectio. et sequitur. vt essemus
sancti et immaculati in ꝯspectu eius in cha
ritate. ecce tempalis iustificatio. Dominꝰ
nõ diligebat in maria culpã quã ipsa ꝯmi
serat. sed naturã quã ipse cõdiderat et glo
riam ad quam ipsam preordinauerat: pro
pter quod dicit in charitate perpetua dile
xi te. sequitur. ideo attraxi te miserans. Si
cut bonus odor florum bene afficit olfactũ
et sicut suauitas lactis allicit catũ et sicut
dulcedo mellis attrahit suum affectum: ꝓ
pter quod spõsa dulcedine devotionis ex
odore bonitatis christi affecta dicit trahe
me post te curremus in odore vnguentoꝝ
tuoꝝ Canticoꝝ.i. ꝓpter hoc beata maria
magdalena que primo discurrit per cam-
pos litie postmodum discurrit per spinosa
loca et saxosa asperitatis penitentie. do-
nec pueniret ad comprehensionem eterne
vite.i. Chorinteo.ix. Sic currite vt ꝯpre-
hendatis sic ergo scd̄o ꝯmendatur beata
maria magdalena a statu penitentie cum
dr̄ dilecta mea. Tercio ꝯmendatur a statu
perfectionis vite. cum dicitur posita est mi
chi in miraculũ. Sciendum est ergo q̄ bea
ta maria magdalena fuit posita primo in
miraculum cõmutationis morum. scd̄o po
sita fuit in miraculum accumulationis me
ritoꝝ. tercio posita fuit in miraculum ade
ptionis premioꝝ. Primo ergo posita fuit
in miraculuz ꝯmutationis moꝝ. Exodi.xi.
Ut sciatis quanto miraculo diuidat domi
nus inter egiptios et israel: tanto miracu
lo egiptij a filijs israel q̄ egiptij in mari
rubro submersi sunt filij aut israel siccove
stigio transierunt. sed spiritualiter tanta
diuisio est inter egiptios et filios israel q̄
cuz egiptus interpretatur tenebra. ita pec
catores a iustis distinguntur eo q̄ pecca-
tores tenebris peccatoꝝ suoꝝ cecantur.
iusti vero per iusticiam fidei que per dile-
ctionem operatur illustrantur. Unde pec-
catoribus ad dominum conversis. vt ha-
betur ad Epheseos quinto capitulo dicit.
Fuistis aliqñ tenebre nunc aũt lux in dño
sic ista beata maria magdalena fuit ali-
quãdo tenebrosa. sed fuit a domino a tene
bris peccatorum ad lucem fidei et dilectio
nis translata. et sic pellis ethiopisse in pel
lem iusticie est mutata Job scd̄o capitulo.
Pellem pro pelle et cuncta que habet ho-
mo dabit pro anima sua. Secũdo fuit bea
ta maria magdalena posita in miraculum
accumulationis meritorũ vt habetur Isa.
29. capitulo. Ecce ego addam vt admira-
tionem faciam populo huic miraculo gran
di et stupendo. miraculum grande et stu-
pendum fuit q̄ ista peccatrix de vase cõtu
melie in vas glorie repente cõmutata fuit
et quia prius erat vas ardoris postmoduz
effecta est vas pudoris et que prius erat
vas dedecoris postmodum effecta est vas
gratie ⁊ honoris. de hoc miraculo Job tri
cesimo tercio miraculum meum non te ter
reat. Ista miracula istius peccatricis con
uersio non debet nos terrere. sed magis
ad fiduciaz remissionis peccatoꝝ prouoca
re. Nullus eni nobis locus relinquitur de
sperationis. qñ legimus tam subitam et
tam sanctam iustificationem ipsius beate
peccatricis cuius corpꝰ quod fuit vas pec
catoꝝ effectuz est vas ornatum vt sit in ma
gna veneratione in oculis omnium bono
rum. Unde qui potest aliquãtulum de isto
sancto corpore habere studet in auro et ar
gento et lapidibus preciosis collocare et
cũ omni veneratione seruare. Tercio bea
ta Maria magdalena fuit posita in miracu
lũ adeptionis premiorum. p̄s. Mirificauit
misericordiam suam in ciuitate munita.
Dñs mirificauit misericordiam isti marie
magdalene primo in domo simonis in pec
catoꝝ remissione. Secundo mirificauit do
minus misericordiam suam isti beate ma-
rie magdalene in ciuitate bellica id est mi
litante ecclesia que in cõtinuo bella est po
sita inimicoꝝ acumulatione. Tercio miri
ficauit dominus misericordiam suam isti
marie magdalene in ciuitate munita id est
in triumphante ecclesia in premioꝝ retri-
butione. Ista autem ciuitas dicitur muni
ta quia nullis iniurijs afficitur. quia nullis
aduersarijs concutitur a celestibus spiriti
bus custoditur. nullis molestijs vexatur.
nulla senectute antiquatur. nullo fine ter-
minatur. Ad quam nos perducere digne
tur qui viuit et regnat in secula seculorũ.
Amen.

De sancta Maria Magdalena.
Sermo secundus.

Adiutor et protector factus es mihi et liberasti corpus meum a perditione. Ecclesiastici. 51. In verbo proposito duo notãtur que in se facta a domino beata Maria magdalena gloriatur. Primo ergo notatur diuine subuẽtiõis benignitas cum dicitur. adiutor et ꝓtector factus es michi. Secũdo notatur effectus sequentis vtilitas. cum subditur. et liberasti corpus meum a perditione. Sciendum ergo ꝙ dominus adiuuat suos quadrupliciter. Pmo ab iniquitatibus redimendo. Scdo in tribulationibus confortando. Tercio in spiritualibus prelijs adiuuando. quarto desiderium bonis celestibus adimplendo.

Primo ergo dominus suos ab iniquitatibus redimendo. Isaie. 41. Ego auxiliatus sum tibi dicit dominus et redemptor tuus sanctus israel. Magnum est auxilium liberare a vinculis peccatorum et de carcere ⁊ incendijs infernalium tormentorum. Captiui illos multum diligere tenentur per quos carcere saracenorum liberantur. Unde longe amplius ipsum debemus diligere per quem nos scimus a vinculis peccatorum et incendijs infernalium tormentorũ ad que trahunt vincula peccatorũ liberatos fuisse Romanorum. 5. c. Stipendia peccati mors. gratia autem dei vita eterna. Reuera stipendium vel merces peccati est mors infernalis supplicij a quo christus nos suo sanguine redemit et etiam liberauit. i. Petri primo capitulo. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paterne traditionis sed precioso sanguine quasi agni incontaminati et immaculati ihesu christi. Quanto res constat carius tanto solet custodiri diligentius. Homo ergo seipsum debet ex precio appẽdere ne sibi possit aliquo modo vilescere. sed seipsum studeat cum omni diligentia custodire. vt habetur Deutronomij. 4. capitulo. Custodi temetipsum et animam tuam sollicite. secundum istum moduz ista beata maria magdalena ex quo lubricũ carnis experta fuit et dominus illi peccata remisit Luce. 7. capitulo. Dimissa sunt ei peccata multa. seipsam cũ omni sollicitudine custodiuit. quandoqꝫ enim accidit ꝙ homines experti incendia peccatorum se magis ab ipsis elongant ꝙ̃ illi qui minus experti fuerunt. Unde dicit poeta. Exscaturisantes lesus abhorret aquas. Secundo adiuuat dominus suos in tribulationibus confortãdo Isaie. 41. capitulo. Ego dominus tuus confortaui te et auxiliatus sum tibi et suscepit te dextera iusti mei. In magna tribulatione erat beata maria magdalena quando sicut dicitur Johannis vicesimo capitulo. Ad monumentum plorabat ⁊ dominum quem sollicite querebat in monumento non inueniebat. Unde dicebat. Tulerunt dominũ meum ⁊ nescio vbi posuerunt eum. sed tũc ipsam dominus confortauit quando ipsam in nomine suo vocauit dicens. Maria. ista. beata peccatrix que se cognoscebat de immunditia coruina turturem castitatis effectam statim vt ipsum audiuit recognouit vocem columbinam. Unde sicut legitur ibidem dixit ei. Rabi. quod interpretatur magister. Magna fuit consolatio mulieri que prima peccatrix fuerit prima resurrectionis dominice apparitio vel representatio propter quod dicit. Ego confortaui te. tibi primo omnium apparendo sequitur et auxiliatus sum tibi. tam ab hostibus visibilibus ꝙ̃ inuisibilibus defendendo. ipsa em̃ que a peccatis liberata fuerat iuxta dominum posita erat et ideo insultum cuiuscunqꝫ aduersarij non timebat. Job. 17. capitulo. Libera me domine et pone me iuxta te et cuiusuis manus pugnet contra me. sequitur. et suscepit te dextera iusti mei.

Dominus suos suscipiat tam in sinistra ꝙ̃ in dextera. In sinistra bonis temporalibꝰ sustentãdo. in dextera suscepit bonis eternis reficiendo Canticorũ. 7. Leua eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me sic ista beata maria magdalena q̃ quondam christo de suis bonis temporalibus ministrauerat. ab ipso est in vita presenti quasi leua eius vel sinistra sustẽtata. et in dextra ipsius est modo bonis eternis refecta. Unde ipsa legitur. appropinquante tempore quo carnis ergastulo solueretur vidit christum ad celestis regni gloriaz misericorditer se vocantem. vt cui subsidium corporale fideliter administrauerat ab ipso celestis vite pabulum sine fine gratulabunda perciperet. Tercio adiuuat dominus suos in spiritualibus prelijs adiuuando. Deutronomij tricesimotercio capitulo. Ipse adiutor illiꝰ contra aduersarios eius erit. Nos habemus aduersarios spirituales et carnales interiores et exteriores. Epheseos sexto capitulo. Non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinez tantummodo supple. sed aduersus principes ⁊ potestates id est aduersus demones.

natura preemientes et potētia fortes qui nobis die ac nocte insidiantur. et castra cordium nostrorum subuertere moliuntur. ipse enim considerat locuz castri debiliorem et ex illa parte illam impugnare studet. Sciendum est ergo quod quidam homines naturaliter sunt mansueti. et naturaliter ex illa parte obsidet dyabolus castra illorum per tentationem concupiscentie carnalis. quidam autem sunt homines naturaliter iracundi. et castra illorum obsidet dyabolus dissensionibus et prelijs et homicidijs perpetrandis. quidam sunt homines naturaliter elati. et castra illorum obsidet dyabolus tentans eos de ambitionibus et honoribus assequēdis. Et sic de alijs vitijs. multum debet homo sibi timere quando sentit aduersarium suum taz studiosum tā potentem seipsam autem ociosum et debilem. i. Petri quinto. Aduersarius vester dyabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret. Nos etiam non soluz exterius impugnamur ab hoste. sed interius tentamur a carne quasi vicino et coniuncto serpente. Michee septimo capitulo ab ea que dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui. Non est tutum vicino cohabitare serpenti. sic non est tutum cohabitare vicine et cōiuncte carnali delectationi. propter quod dicebat apostolus secundo ad Chorinteos. 7. capitulo. Foris pugne intus timores. foris pugne exterius ab hoste. intus timoris ab interiori carnis tentatione. et propter hoc necesse habemus. diuinum auxiliuz implorare. Hester. 14. Domine mi qui rex noster solus es adiuua me solitariam. Cuius preter te nullus est auxiliator alius. Dominus dicitur solus rex. reges enim huius mundi non sunt reges sed reguli. tum ratione breuitatis temporis. Ecclesiastes. x. capi. Hodie est rex et cras morietur. tum ratione limitate potestatis vel iurisditionis rex enim francie nichil potest in regno babilonie. sed rex noster christus est rex regum et dominus dominantium quia damnatur vbique et omnia quecunque voluit fecit in celo et in terra in mari et in omnibus abissis sequitur hic. adiuua me solitariam. illam animam consueuit dominus iuuare que se studet a tumultibus seculi elongare et sibi soli vacare talem etiam solet sibi familiaritate coniungere Osee. 2. Ducam eam in solitudinem et loquatur ad cor eius. Ad litteram. Dominus istam gloriosam mariam magdalenam in solitudinem deserti adduxit. vbi sub asperitate penitentie vitam deduxit vbi etiaz dominus ad cor eius loquendo multa secreta et reuelauit et dixit quod preter dominū nullus est auxiliator alius. et enim quem dominus vult iuuare nullus alius potest nocere. sicut dicitur in vulgari sermone. i. Machabeorum. 3. Non in multitudine exercitus belli victoria sed de celo fortitudo est. Quarto adiuuat dominus suos desiderium bonis celestibus ad implendo. Gen. 49. Deus patris tui erit adiutor tuus. et omnipotens benedicet tibi benedictionibus celi desuper donec veniat desiderium collium eternorum. Per desiderium collium eternorum signatur desiderium supereminentium celestium bonorum. ad que suspirant et que desiderant anime omniū iustorum psalmista: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te deus Nichil bene reficit hominem nec aliquid bene sapit homini nisi appetenti et desideranti. Unde in cibo delicato non ita bene delectatur saciatus sicut esuriēs nec in bono vino ita delectatur ebrius sicut sitiens quādiu in hac vita sumus esurimus et sitimus. sed in vita beata desiderium nostrum replebitur et tunc ab vbertate domus dei inebriamur psalmista. Inebriabuntur ab vbertate domus tue et torrēte voluptatis potabis eos isto torrente voluptatis diuine ista bona maria magdalena delectatur. et decorata vna stola securaque dereliqua cum supernis spiritibus delectatur. Sic ergo primo notatur subuentionis benignitas. cum dicitur Adiutor et protector factus es michi. Secundo notatur effectus sequentis vtilitas cum dicitur. et liberasti corpus meum a perditione. Sciendum ergo quod dominus quadrupliciter consueuit sanctos suos liberare. Primo ab oppressionibus aduersoruz. Secundo ab infestationibus carnaliuz incentiuorū tercio ab impugnatione malorum Quarto a dānationibus malorum reproborum. Primo ergo liberat dominus suos ab oppressionibus aduersorum psalmista Multe tribulationes iustorum et de omnibus his liberauit eos dominus. Multe dicuntur tribulationes iustorum. Justi enim penitentes turbantur posterius. anterius exterius interius posterius ex recordatiōe precedentium peccatoruz anterius ex cautela et fuga frequentium periculorum. interius ex cōsideratione offense diuine maiestatis. exterius ex acerbitate penitētie salutaris. propter quod clamabat propheta

dicens. Saluum me fac deus quoniam in
trauerunt aque vsq; ad animam meam.
Iste aque aq̄ tribulationis dicũtur ex qui
bus iusti penitentes circũquaq; obsiden-
tur. sed dicitur hic. ꝙ de omnibus his libe
rauit eos dominus. qui compatitur eorũ
miserijs et geminibus psalmista. Propter
miseriam inopum et gemitum pauperum
nunc exurgam dicit dominus. sicut eni au
rifaber aurum purgatum in fornace de ea
solet extrahere et in vas preciosum refor
mare. Sic dominus ihesus christus istam
gloriosam magdalenam de fornace tribu
lationis eduxit et in vas glorie trãfforma
uit. Unde de ipsa cantatur. post fluxerunt
carnis scandala fit ex lebete fiala in vas
translata glorie de vase contumelie. Secũ
do liberat deus sanctos suos ab infestati
onibus carnalium incentiuorum vt habe-
tur ad Romano. 7. capitulo. Infelix ego
homo q̄s me liberabit de corpore mortis
huius. et sequitur. Gratia dei per Jhesum
christum dominuz nostrum. Apostolus nõ
petit liberari a substantia corporis sed a
vicio corporali. sicut egrotus non vult libe
rari a substantia corporis sed a vicio cor-
porali. Sic egrotus non vult liberari ab
infirmo corpore sed a corporis infirmitate
secundo Chorinteorum quinto capitulo.
Nolumus exspoliari sz superuestiri vt ab
sorbiatur quod mortale est a vita. Sed
quando saluator noster reformabit corpus
humilitatis nostre configuratum corpori
claritatis sue. vt habetur ad. Philipen-
ses tercio. ¶ Tunc sicut vernale tempus
nos liberat a gelicidio. Et sicut radij solis
nos liberant a noctis nubilo. Sic in statu
glorie assumptis dotibus gloriosis corpo
ris et anime liberabimur a carnis stimulo
quando videbimus faciem christi in iubi
lo. Job. 33. Unde Romanorum. 8. dicitur.
Creatura liberabit a seruitute corruptio
nis in libertatem glorie filioꝝ dei. Tercio
liberat deus ab impugnationibus maloꝝ
Hiere. xx. Laudate dñm quoniam libera-
uit animam pauperis de manu malorum.
Manus malorum dicuntur operationes
peccatorum quibus peccatores laborant
in dãnationẽ animaꝝ suaꝝ. De manu isto
rũ malorum dominus liberat quando cor
da peccatorum per humilitatem inclinat.
Unde hic vocatur anima pauperis anima
vere humilis. hic em̄ pauper dicitur paup
spũ id est humilis in affectu humilitas em̄
in tantũ deo placet ꝙ in corde vere humi
li aliquid quod ei displiceat remouere nõ
valet ps. Excelsus dominus et humilia re
spicit et alta a longe cognoscit. sicut enim
medicus infirmitatem. a longe cognoscit
quam intendit excludere. de prope autem
cognoscit sanitatem quam intendit custo-
dire sicut enim homo alonge cognoscit ini
micum quem a se depellit. de prope autem
cognoscit amicum quem sibi coniungit sic
deus a longe cognoscit superbiam quam
a se separat et se iungit. de prope autem co
gnoscit humilitatem quam cõfedera et cõ
iungit. Unde aug⁹. In rebus visibilibus
vt excelsa queq; contingat homo in altum
erigitur. Deus aũt cum sit omnium excel
lentissimus nõ elatione sz humilitate con
tingitur. Quarto liberat dominus suos a
dannationibus reproborum. Sapientie. x
hec iustum a pereuntibus impijs libera-
uit. Christus qui est dei sapientia iustum
a pereuntibus impijs liberat quando ipz
a peccatoꝝ periculis elongat. et sibi cõiũ-
git et sociat. Dominus quattuor consueuit
fidelibus suis facere. Primo enim ipos li
berat vel eripit a periculis peccatoꝝ. Se
cundo eos subijcit obseruantie mandato
rum. Tercio influit iusticiam aioꝝ. Quar
to perducit ad affluentiam glorie electoꝝ
que quattuor in vna autoritate coniungũ
tur Romanorum sexto. Nunc autem libe-
rati a peccato ecce ꝙ a multitudine pecca
torum eripit sequitur. serui autẽ facti deo
ecce ꝙ obseruantie mandatorum subijcit
sequitur. habetis fructum vestrum in san
ctificationem. ecce ꝙ sanctitatem animoꝝ
influit sequitur. finem vero vitam eternã
ecce ꝙ ad electorum gloriam perducit. qr
ergo beata Maria magdalena fuit a vin-
culis peccatorum erepta fuit etiam obser
uantie mandatorum subiecta. fuit etiam
per gratiam sãctificata ideo est ad glori-
am electorum perducta. Unde de ipsa le-
gitur. Transiuit autem beata maria mag
dalena vndecim kalend̃ Augusti die letã
tibus angelis celestium virtutuz coheres
effecta. quoniam digna inuenta est clari-
tatis gloria perfrui. Regnumq; celoruz in
decore suo videre. Ad quam visionez nos
perducere dignetur.

¶ De sancto Jacobo Sermo primus.

Occidit autem Ia
cobum fratrem Johis gladio
Actuum duodecimo capitulo:
Ad litteram. Ita fuit ꝙ beatus. Jocobus
apostolus frater sancti iohannis euange
liste occisus fuit gladio herodis iussu et

auctoritate. sed tunc vere sacra scriptura nos vtimur quando ipsam ad nostram edificationem retorquemus. Bene ad instructionem nostram in verbo proposito tria possunt notari que possumus in bonis informari. Primum est declinatio culpe. qđ notatur cum dicitur. Jacobus. Secundū est assecutio gratie quod notatur. cum dicitur. fratrem Johannis euāgeliste. Tercium est pro christo si opus fuerit susceptio mortis violente. quod notatur cum dicit occidit gladio. Primo notatur declinatio culpe cum dicitur. iacobum Jacobus enim interpretatur supplantans festinantem vel supplantatio consilij. Sciendum ergo quod sicut ille dicitur bonus luctator qui alium deijcit et ne ab alio deijciatur seipsum custodit. Sic ille dicitur. bonus supplantator qui vitia deijcit et ne a vicijs deijciatur fortiter subsistit. Sciendum ergo quod tria sunt que possumus in bonis supplantationibus reperire per que etiam solent vitia supplantari. Primo enim bonus supplantator debet stare fortiter ne peccato succūbat secūdo debet pugnare viriliter vt dyabolum aut eius seminarium hoc est peccata excludat tertio si aliquando cecidit debet perseuerare constanter ne recidiuum sustineat. Primo ergo bonus supplantator debet stare fortiter ne peccato succumbat. ps. Lex dei eius in corde ipsius et nō supplantabuntur gressus eius sicut posuit dominus solem in potestatem diei lunā et stellas in potestatem noctis sic posuit legem suam in corde hominis in lucem et directionem bone operationis Prouerbiorum sexto Mandatum lucerna est et lex lux via vite increpatio discipline mandatum lucerna hoc dicit quantum ad vetus testamentum. et lex lux. hoc dicit quantum ad nouum. et via vite increpatio discipline. hoc dicit quantum ad viā bonorum morum per quam incedimus per disciplinam et eruditionem sanctorum doctorum. sic ergo lex dei eius in corde ipsius. sequitur et non supplantabuntur gressus eius per lumen enim et directionem diuine legis stat homo fortiter ne succūbat peccatis. Prouer. 23. Justicia custodit innocentis viam. impietas autem peccatorē supplantat. Peccatorum enim via in lubrico est sita. Trenorum. 4. capitulo. Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearū nostrarum Secundo debet bonus supplātator viriliter pugnare vt diabolum et eius seminarium id peccatum excludat. psalmista. Supplantantes in me subtus me. Illi qui contra nos insurgunt sunt demones qui nos intēdūt supplantare. id est pertrahere ad peccatū per diuersas operationes tentationes et delectationes. Sed isti subtus nos supplātantur quando eorum tentationes refellūtur et peccata comissa per penitentiam excluduntur. sed quia nos ex nobis ad huc non sufficimus a domino scientiam hoc faciendi et demones supplantandi postulare ipse enim scientiam huius custodiet habet penes se et paratus est postulantibus dare Prouerbiorum. 22. Oculi domini custodiūt scientiam et supplantabuntur verba iniqui. Verba iniqui sunt tentationes diaboli que tunc supplantantur quando peccata per penitentiam excluduntur. sed que ad hoc non sufficit de se debet diuinū auxilium implorare. sine quo non posset fortiter stare. nec viriliter pugnare. nec tāto aduersario resistere Job. 12. Baltheum regum dissoluit. et cingit fune renes eorū. ducit sacerdotes eius in glorios et optimates supplantat. Quattuor dicit que diabolus peccatoribus facit subtrahuntur auxilio dei. primo enim excludit honestatem qđ notatur cum dicitur. baltheum regum dissoluit. Nam in baltheo regum significatur honestas bonorum. Secundo inducit paupertatem. quod notatur cum dicitur: et pcinget fune renes eorum. Nam fune solent se pauperes precingere. Tercio notatur delectionis vtilitas cū dicitur. sacerdotes eius ducit in glorios boni enim sacerdotis gloria est bona cōscientia que gloria in ignominiam cōmutatur quando tentatione diaboli delecti in peccatis deijciuntur. Quartum qđ facit diabolus est instabilitatis leuitas: et hoc notatur cum dicitur. et optimates supplātāt supplantare enim est sub planta hominis aliud ponere per quod oporteat ipsum cadere Tercio debet bonus supplantator perseuerare constanter nisi aliquando cecidit recidiuum sustineat Genesis. 27. Supplantauit enim me in altera vice Una vice supplantat peccator diabolum quando peccatum per penitentiam excludit. Alia vice supplātat quando ne recidiuū patiatur tentationibus diaboli viriliter resistit Hieremie. 9. Omnis frater supplantās supplantabit: supplantans prima vice peccatum excludendo supplantabit secunda vice diaboli tētationibus resistendo. sed conqueritur dominus de pluribus qui nō supplantant diabolum sed magis a diabolo supplantātur Osee. 6. Galaad ciuitas operantium idolis supplan-

fata sanguine. Per galaad potest interpre
tari ecclesia nostri temporis. et nō loquor
de ecclesia vniuersali quā dñs sup custo-
diet sicut custodit ⁊ custodiuit sȝ loquor de
ecclesia i membris suis q̄ pñt p galaad in
telligi. Galaad interp̄tatur venustas sola
et plures sūt in ecclesia q̄ magis studēt ve
tustati pctōꝝ q̄ȝ nouitati bonorū moꝝ. Ga
laad dr̄ ciuitas opantiū idolis sicut appa-
ret i electionib⁹ in eccl'ijs cathedralib⁹ in
quibus idola pmouent̄ de q̄bus dr̄ in ps.
Os habent et nō loquentur: oculos habēt
et nō videbūt videmus em̄ multos ep̄os q̄
q̄ȝuis ora habent non tñ hñt loquendi fa-
cultatē. qr nō hñt sciam. ⁊ ideo oȝ q loco
sui ponant aliquem plocutorē. Oculos ha
bent et non vident qr non hñt prouisionis
peritiā. ⁊ ideo oȝ q loco sui ponat aliqueȝ
prouisorē. Tales ep̄i sunt sicut imago vel
statua scti Nicolai sup calciatā: ⁊ ista ciui
tas opantiū idolis est supplantata sangui
ne id est ꝯsanguineoꝝ multitudine et vna
nimi voluntate ppter quā non volunt ali
quem nisi de suis pmouere Osee. 4. San
guis sanguinē tetigit. qr sāguis sanguinē
tāgit sanguis sanguinē afficit. Et sanguis
sanguinem preficit. Sic ergo primo nota
tur declinatio culpe. cū dr̄: iacobū qui dici
tur supplātās vel supplātatio. iste iacob⁹
bene vicia supplantauit et a vitijs supplā
tatus non fuit. qr in fundamento ecclesie
tanq̄ȝ lapis solidus in angulari lapide id
est christo positus fuit Ephese. 2. Jam non
estis hospites seu aduene sȝ estis ciues san
ctoꝝ ⁊ domestici dei supedificati sup fun-
damenta apostolorū et prophetarum ipso
summo angulari lapide xp̄o iesu i quo om
nis edificatio constituta crescit in tēplum
sanctum in dño. in quo et vos edificamini
in habitaculum dei in spiritu sancto. Se-
cūdo in bono supplantatore dȝ esse assecu-
tio gr̄e: qđ notat̄ cū dicit̄. Fratreȝ iohānis
Johānes interpretatur in quo est gratia.
vnde sicut fratres coniūguntur quadā cō-
iunctione naturali. ita viri boni dñt ꝯiun-
gi gratie quadā vnione vel coniūctiōe spi
rituali ⁊ ppter hoc tria facit nobis diuina
gratia: primū est stabilitio cordis. scđm est
eruditio oris. terciū est exercitatio manus
ad exercituum bone operationis. Primuȝ
ergo qđ facit diuina gr̄a est stabilitio cor-
dis hebreoꝝ vlti. Optimū est gratia stabi
lire cor. Cor enim quod non est gratia sta-
biliū admodū aque est fluidum. Titū. 2.
Apparuit gratia dei ⁊ saluatoris nostri om-
nibus hoibus erudiens nos vt abnegan-
tes impietatē ⁊ secularia desideria sobrie
et iuste ⁊ pie viuamus in hoc seculo. Tria
dicit q̄ in nobis diuina gratia facit. Diuia
em̄ gratia p sobrietatē reddit hoiem stabi
lē ad seip̄m ne p delitias effluat scđo gra-
tia p iusticiam reddit hominē stabilē ad p
ximū nec sibi iniuste noceat tercio per pie
tatē reddit hoieȝ stabilē ad deū ne seip̄ȝ a
lijs q̄ȝ deo seruitute latrie subiiciat. scđm
hoc beatus iacob⁹ bñ fuit gratia stabilit⁹.
Prouerbiorum. 4. Dabit capiti tuo aug-
menta gratiarum et corona inclita prote-
get te. istud bene potest beato iacobo cō-
petere qui habuit augmēta gratiarum in
statu presentis vite et per coronam marti
rij peruenit ad statum glorie. Secundum
bonum quod facit gratia est eruditio lin-
gue vel oris Prouerbioꝝ. 12. capitulo. Qui
diligit cordis munditiam propter gratiaȝ
labioꝝ habet amicū regē. Beatus iacob⁹
cordis munditiaȝ dilexit ⁊ ideo ppter gra
tiam labioꝝ id est sancte predicatiōis chri
stum regem amicū habet habuit et habe-
bit. Ipse em̄ fuit vnus de illis de quibus.
Actuum. 4. dicitur. Uirtute magna redde
bant apostoli testimonium resurrectionis
domini nostri. Jhesu christi et gratia ma
gna erat in omnibus illis ⁊ quamuis gra
tia magna erat in omnibus illis apostolis
tamen speciali gratia beatus iacobus pri
uilegiatus fuit ipsi enim et beato petro ⁊
Johanni fratri suo dominus gloriam sue
future resurrectionis ostendit Math. vi-
cesimo sexto capitulo. Assumpsit ihesus
petrum et Jacobum et iohannem fratreȝ
eius et duxit illos in montem excelsum se
orsum et transfiguratus est ante eos. Sic
ergo iste iacobus habuit gratiam eruditi
onis. Unde de ipso legitur omnes scri-
pturas tenet memoriter ex quibus ostēdit
non esse alterum filium dei nisi illum quē
iudei crucifixerunt. tercium bonum quod
facit gratia est exercitatio manus in exer
citium bone operationis primo. Chorin.
15. capitulo. Gratia dei sum id quod sum et
gratia eius in me vacua non fuit sed his
omnibus abundantius laboraui. Gratia
dei non debet esse occiosa sȝ laboriosa Nā
cui committuntur maiora ab eo exiguntur
ampliora primo ad Thimoteum. 4. capi
tulo. Noli negligere gratiam dei que da-
te est tibi gratia em̄ neglecta deficit operi
mancipata abundat et proficit secundo ad
Chorinteos nono capitu. Potens est deus
omnē gratiam abundare facere in vobis.
Ista gr̄a in beato iacobo abundauit non

solum in executione bonoꝝ opeꝝ sed etiã
in operatione miraculoꝝ. Unde legitur ꝙ
de ipso dr̄. Philetus hermoginis discipu-
lus iacobus. qui se seruũ christi ihesu asse
rit scias a te superari non posse: nam in no
mine eiꝰ vidi demones ab obcessis corpo
ribꝰ eũ eiicientẽ cecos illuminãtem lepro
sos mundãtem Tercium est qd̄ notatur in
verbo ꝓposito ꝑ xp̄o si opus fuerit susce-
ptio mortis violente. qd̄ notatur cum dicit̄
occidit gladio. Sciendũ ergo ꝙ est triplex
gladius. Primo est gladius: detractionis
Scd̄o est gladius eruditionis. Tercio est
gladius iudiciarie potestatis. primo gla-
dio percutiũtur inocentes. scd̄o gladio in
formantur fideles. tercio gladio puniun-
tur reprobi in peccatis finaliter ꝑsistẽtes
Primo est gladius detractionis et isto per
cutiuntur innocentes Prouerbioꝝ 25. Ja
culũ et gladius ⁊ sagitta acuta hõ qui loq̄
tur ɔtra ꝓximũ suum sicut gladius corpo-
ralis superat animaȝ a corpe. sic gladius
detractionis supat hoieȝ ab honestate bo
ne fame quã homo bonꝰ multũ debet dili
gere Ecclesiasti. 41. Curam habe de bono
noie. hoc enī magis ꝑmanebit tibi q̄ȝ mille
thesauri magni ⁊ preciosi Qui effodit the
sauꝝ alicuiꝰ homis sm̄ iura ciuilia suspen
ditur. nõ ergo sibi videatur innoxius qui
bonam famam proximi sui que preciosior
est omnibus thesauris ꝑ verbum detracti
onis furatur Prouerbiorum. 4. Remouea
te os prauum et detrahentia labia sint ꝓ
cul a te os hoiȝ non remouetur per laboꝝ
precisioneȝ sȝ remouetur vel ꝑ silentiũ vel
ꝑ verbi detractionis declinationem. tunc
etiã labia detrahẽtia a bonis hoibꝰ ꝓcul
existunt qñ sermonibus edificationis insi
stũt Eph. 4. Ois sm̄o malus ex ore vestro
non ꝓcedat sed si quis bonus est ad edifi-
cationẽ fiei vt det gr̄am audientibus. Se
cundo est gladius eruditionis quo infor-
mãtur fideles. Ezech. 5. Fili hois sume ti
bi gladiũ acutum radentem pilos. ille gla
dius põt dici sermonis diuini qui viuaci-
ter vsq̄ ad diuisionem anime ⁊ spũs id est
vsq̄ ad diuisioneȝ vite carnalis ⁊ spiritua
lis ꝑtingit. Hebreoruȝ 4. Uiuus est sm̄o
deũ ⁊ efficax ⁊ penetrabilior omni gladio
ancipiti ⁊ ꝑtingens vsq̄ ad diuisionẽ aie
ac spũs. iste gladius sermonis dei in isto
beato iacobo ⁊ ceteris apostolis pilos nõ
soluȝ tempalis supfluitatis sed etiã neces
sarie sustẽtatiõis erant ipi eniȝ ꝓpter xp̄ȝ
nõ solũ erant rasi sed etiam decaluati. ipsi
enī paupes pauperem christum secuti sunt
et ꝓpter christum pauperem omnia reliq̄
rũt Mat. xix. Ecce nos reliquimus omnia
et secuti sumus te Tercio est gladius iudi
ciarie potestatis quo punietur reprobi in
peccatis finaliter persistentes Apoca. xix.
De ore ipsius ꝓcedebat gladius ex vtraq̄
parte acutus. vt in ipso percutiat gentes.
Gẽtes sunt hoies gẽtiliter viuẽtes in pec
catis finaliter persistentes qui gladio ex
ore iudicis ex vtraq̄ ꝑte ferient̄ qñ ipsi tã
q̄ȝ repbi ab electis separabuntur et in ge
hennam mittentur. quando repbis dr̄. ite
maledici. ⁊c. electis vero. venite benedicti
mat. xx5. Hec ẽ diuisio israheliticoꝝ ab egi
ptis. Iste beatus iacobus apostolus est a
gladio gehenne liberatus. qui ꝓpter xp̄m
voluntarie subiit gladium mortis violen
te. Hebreoroꝝ. xi. Sancti ludibria ⁊ vere
ra experti insup vincula ⁊ carceres lapida
ti sunt secti sunt. tentati sunt. in occisione
gladii. mortui sunt ꝓ christo. iste sunt tribu
lationes sanctoꝝ ꝑ quas peruenerunt ad
consolationes premioꝝ. Actuum. 14. Per
multas tribulationes oportet nos ingre-
di regnum celorum. Ad quod nos perduce
re dignetur.

¶ De sancto iacobo.

¶ Sermo secundus.

Nimis honorati sunt amici tui deus. ps. Cẽtesi
mo tricesimo primo. In verbo
proposito duo notantur a quibus beatꝰ ia
cobus q̄ȝ ceteri apostoli commendantur.
Pͥo enī ɔmẽdatur btũs iacobꝰ a sanctita
te affectꝰ. cũ dr̄. amici tui deꝰ. Scd̄o a subli
mitate ꝓsecutꝰ cũ dr̄. Nimis honorati sũt
Sciẽdũ ẽ ergo ꝙ vera amicitia ẽ idẽ velle ⁊
idẽ nolle. sicut dicit tulius: Ille ergo nomẽ
amicitie iuste sibi vendicabant qui volun
tatem suam diuine volũtati tam in aduer
sis q̄ȝ in prosperis cõfirmabant. Sciendũ
est ergo ꝙ dñs manifestat amicitiã electis
suis quattuor modis. pͥo in familiaritate
colloquioꝝ scd̄o impositione mãdatoꝝ ter
cio in reuelatione secretoꝝ. quarto in pro
tectione afflictoꝝ. Primo ergo manifestat
dñs amicitiã suis electis in familiaritate
colloquioꝝ. Exodi. xxxiii. Loquebatur do
minus ad moysem facie ad faciem. sicut lo
qui solet homo ad amicũ. homo loq̄tur ad
amicũ suũ familiariter et dulciter Familia
riter vt magis ad amicitiam astringatur.
dulciter vt ex sermonum dilectione recrea
tur. ꝓuerbioꝝ. 27. Unguẽto ⁊ variis odo-

ribꝰ delectat̃ coꝛ. et bonis amici ↄsilijs ani
ma dulcoꝛat̃. per vnguentū signatur chari
tas dei q̄ diffusa est in coꝛdibus ꝑ spm̄ san
ctū q̄ datꝰ est nobis. Romanoꝝ. 5. In quo
multū delectat̃ aīus diligētis ꝑ varietatē
odoꝝ signat̃ varietas virtutū. q̄ faciūt ad
anime rōnalis tanq̄ȝ ad cuiusdam nobilis
regine oꝛnamētū. ps̄. Astitit regina a dex
tris in vestitu de aurato circundata varie
tate. sequitur bonis amici consilijs anima
dulcoꝛatur. Bona consilia amici sunt diui
na eloquia in quoꝝ ꝑceptione delectatur
anima deo dedicata. ps̄. Quam dulcia fau
cibus meis eloquia tua super mel oꝛi meo
Ista eloquia dulcia et mellica petit anima
sancta. Choꝛinteoꝝ. 2. Cū dicit ostēde mi
chi faciem tuam. sonet vox tua in auribus
meis. facies em̄ tua decoꝛa et eloquium tuū
dulce. ista verba dulcia audiuit beatus ia
cobus in monte thaboꝛ tp̄e dominice trā
figurationis positus Mathi. 17. Apparue
runt eis moyses ꝛ helias cum eo eloquen
tes. istorum eloquiorum dulcedine abstra
ctus et illectus beatus petrus volebat in
loco tabernacula facere vt diu possȝ recrea
ri istoꝝ verboꝝ dulcedine Mathei. 17. Si
vis faciamus hic tria tabercula tibi vnum
Moysi vnum et helie vnum. Secundo ma
nifestauit dominus amicitiam suam in im
positione mandatorum vt habetur Iohan
nis decimo quinto capitulo. Uos autem
amici mei estis si feceritis q̄ ꝑcipio vobis
dicit dn̄s. Benedico ꝙ dominus impositio
ne mandatorum amicitiam ostendit. quia
per obseruantiam ipsorum tanq̄ȝ per viaȝ
regiam obseruatores ad vitam eternam
perducit Mathei. decimonono. Si vis ad
vitam ingredi serua mandata. Sicut enim
de paradiso terrestri deiecti fuerunt primi
parentes mandati diuini trangressores
sic ad vitam beatam perueniunt diuino-
rū mādatoꝝ obseruationes. Luce p̄io ca
pitulo. Deposuit potētes de sede et exal-
tauit hūiles. Dn̄s de sede honoris ꝛ excel
lētie deponit hoīes propter mādatoꝝ suo
rum transgressionem. sed exaltauit humi
les propter deuotam et humilem manda
torum obseruantiam primo petri. quin-
to. Humiliamini sub potenti manu dei vt
vos exaltet in tempore visitationis. Tem
pus visitationis erit in die iudicij. In qua
Christus tanq̄ȝ summus abbas visitatio-
nem suam faciet. et ibi transgressores
mandatorum suorum tanquam religio-
sos transgressores regularium institutio-
num de officijs suis deponet. Obseruato
res autem tanquam omni honore dignos
in dextra sua reponet. De hac visitatione
habetur Sophonie primo capitulo. Scru
tabor. Hierusalem in lucernis et visitabo
Tercio ostendit dominus amicitiam in re
uelatione secretorum. vt habetur. Iohan
nis decimo quito. Iā nō dicaȝ vos seruos
qꝛ seruus nescit quid faciat dominꝰ eius.
Uos autem dixi amicos quia omnia que-
cunq̄ȝ audiui a patre meo nota feci vobis.
Isti reges et principes solent habere du
plex genus familie in sua societate quidā
inferioris gradus et isti dicuntur serui et
abscondunt domini consilia sua ab eis.
Quidam autem sunt superioris gradus ꝛ
illi dicuntur amici vel consiliarij. et istis
domini reuelant secreta. Tales fuerunt
apostoli quasi secretarij domini: tanquam
homines magni a domino sicut principes
super omnem terram constituti. Istis tan
quam amicis per spiritumsantum reuela
uit secreta cansilij sui vt habetur. Marci
tredecimo capitulo. Nolite precogitare
quomodo aut q̄d loquamini dabitur el vo
bis in illa hora q̄d loq̄mi nō em̄ vos estis
qui loquimini sed spiritus patris vestri lo
quitur in vobis. nec mirum si in apostolis
loquebatur spiritussanctus cum legamus
ꝙ in asinaꝰ balaam locutus fuit angelus.
vnde sicut flatus corporalis tibicinatoris
implet tibiam sic spiritussanctus implebat
apostoloꝝ caterua ad populoꝝ eruditionē
Iohis. 15. Cum venerit ille spiritꝰ verita
tis qui a patre ꝓcedit docebit vos omneȝ
veritatem implebat ꝛ ipsos ad peccatorū
remissionem Iohis. xx. Sufflauit et dixit
accipite spiritum sanctum quoꝝ remiseri
tis peccata remittūtur eis. Quarto osten
dit amicitiam suam in ꝓtectione afflicto-
rum Ecclesiastes. 6. Amicus fortis fidelis
ꝓtectio qui inuenit illū inuenit thesaurū.
Christus fuit amicus fortis qui fortem ar
matum id est dyabolum in pace custodien
tem atrium suum id est possidentem mul-
titudinem peccatoꝝ an̄q̄ȝ fortior deuicit.
arma eius abstulit spolia. distribuit qn̄ in
fernum spoliauit. Luce. xi. Iste amicꝰ for
tis et fidelis ꝓtectio. Ille fidelis ꝓtector
dicitur q̄ nescit in necessitate deficere hāc
ꝓtectionem petebat ps̄. Protege me a fa
cie impioꝝ qui me afflixerunt. Impij san
ctos affligentes fuerunt tirāni et eoꝛuȝ sa
tellites sanctos in tribulationibus vexan
tes et per diuersa tormētorū genera moꝛ
tem finaliter inferentes A facie istorū im
pioꝝ dominus sanctos suos protegit quā

do ipsos per coronam martyrũ a tribulationibus eripit. et eos in abscondito claritatis sue faciei a conturbatione hominum abscondit. Beatus iacobus in ascondito illi⁹ radiose faciei abscõditur qui cũ aliis sanctis exultat in gloria ⁊ in sanctoꝝ cubilibus letatur. ps. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilib⁹ suis. Istũ amicum fortem ⁊ ꝓtectorem fidelem qui inuenit thesauꝝ inuenit quia in ipso sunt oẽs thesauri sapientie et scientie dei abscõditi. Collosen. 2. sic ergo primo cõmendãtur sancti apostoli beat⁹ Jacobus et alii a sanctitate affectus cum dr̃ amici tui deus. Secundo ꝯmendatur a sublimitate ꝑfectus cum dr̃. Nimis honorati. Sciendum est ergo ꝙ dñs sctõs suos apostolos et similiter sanctos alios honorauit quadrupliciter. Primo per reuelatiõnẽ secretoꝝ. Secundo ꝑ predicationem cognitoꝝ. Tercio per distributionẽ propriorũ. Quarto ꝑ retributionem eternoꝝ. Primo ergo honorat dñs amicos suos ꝑ reuelationem secretoꝝ. Sapientie. 8. Habeo ꝓpter hanc claritatem ad turbas. et honorem apud seniores iuuenis et acutus inueniar loquar de sapientia que hominem reddit clarum et honoratum et etiam acutum ipsa eñ est q̃ a fine vsq ad finem fortiter attingit et suauiter omnia disponit Sapientie. 9. Unde scdm ꝙ homo sapiẽtior reperitur scdꝫ hoc magis a sapientibus honoratur. Unde qr in daniele ceteris sapientibus sapia maior inuenta fuit ideo rex eũ magis pre ceteris sapientib⁹ honorauit. Danielis. 14. Daniel conuiua regis et honoratus super amicos eius. Per danielem qui interpretatur vir desideriorum signatur cetus doctorum ⁊ scolarium bonorum qui appetũt sapientiam totis precordiis animaꝝ. quã cum adepti fuerint debẽt ꝓmoueri ad honores seniorum Danielis. 13. Ueni et sede in medio nostrum. et iudica nobis qr tibi dedit deus honorẽ senectutis. iste honor senectutis non cõsistit in annoꝝ multitudine sed in scientie plenitudine et virtutũ magnitudine Sapientie. 4. Senect⁹ enim venerabilis est non diuturna neq numero annoꝝ cõputata. Cum aũt sensus hoĩs et etas senectutꝫ via imaculata. Scdo honorat deus amicos suos in predicatione cognitoꝝ Ecclesiastici. 3. Deus honorat patrem in filiis. Patres sunt doctores. Filii sunt auditores. serui scolares. Pater ergo in filiis honoratur quando auditores per bonos doctores ad sapiẽtiã ꝓmouentur pro quorũ promotione boni doctores coronanr̃. Profectus auditoꝝ est corona ⁊ gloria doctoꝝ bonoꝝ prima ad Thessalonicẽses. 2. Que est eñ nostra spes aut gaudiũ aut corona glorie. Nõne vos ante dominum nostrꝝ iesum christũ. Boni ergo scolares libenter debent sapientie studere et bonos doctores cum omni humilitate audire: vt sic ꝑ suũ profectũ possint doctores suos honorare Ecclesiastici. 3. Gloria hominis ex honore patris. ⁊ dedecus filii pater sine honore. Tercio honorat deus amicos in distributiõe ꝓprioꝝ Romanoꝝ. 2. Gloria et honor ⁊ pax omni operanti bonum. Quattuor dicit in quibus amici dei sunt honorandi. Primo in attestatione cõscie. Scdo in diffusione bone fame Tercio in confederatione pacis siue concordie. Quarto in propriarum reꝝ destributione Primo ergo reuerendi sunt amici christi in attestatione conscientie et hoc notatur. cũ dicitur gloria. 2. Chorinteo. primo. Gloria nostra hec est testimoniũ conscientie nr̃e. Scdo honorandi sunt in diffusione bone fame: et hoc notatur cum dr̃ honor. Bone enim fame diffusio est honorabilis coram deo ⁊ omni populo. ps. Honorabile nomẽ eorum coram illo. Unde propter odorem bone fame que diffunditur et conuersatione anime sancte dr̃ Genesis. 27. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni cui benedixit dñs. Tercio sunt reuerẽdi amici dei in cõfederatione pacis siue concordie. ⁊ quantum ad hoc dicit, et pax philippẽ. 4. Pax dei que exuperat omnẽ sensum custodiat corda vestra et intelligẽtias vestras. Per strepitum eñ dissensionum ⁊ litigationem dissipatur custodia animarum. Quarto reuerendi sunt amici dei in propriarũ rerum distributione. ⁊ quantum ad hoc dicit. operanti bonũ prouerbiorũ. 3. Honora deum de tua substantia et de primis frugũ tuarum da pauperibus et implebuntur horrea tua saturitate et vino torcularia tua redundabũt. Fructuosa est mercimonia pietatis propter quam ⁊ q̃nq augentur temporalia bona. sicut hic dicitur in horreorũ impletione et torcularium redundatione. pietati etiam ꝓmittũtur eterna. 1. Thimo. 4: pietas ad omnia vtilis est ꝓmissionem habens vite que nunc est et future. Quarto honorat deus amicos suos in retributione eternoꝝ. ps. Gloria et honore coronasti eum domine. Tria dicit in quibus vita beata cõsistit. primo in dotibus anime et quãtum ad hoc dicit gloria. Scdo in do-

tibus corporis et quantum ad hoc dicit et
honore. Tercio in continuatione eternita
tis et quantū ad hoc dicit coronasti eum.
Corona em̄ cum sit circularis figure caret
principio ⁊ fine ista ꝯpetenter figurantur
Hester. 6. Homo quē rex honorare cupit
debet indui vestibus regijs ⁊ imponi suꝑ
equum qui de sella regis est ⁊ accipe regiū
diadema suꝑ caput suum. Christus cōmili
tones suos specialiter et omnes generali
ter electos in die iudicij honorabit et in-
duet eos et iam vestiuntur dotibus anime
rationalis que consistunt in visione dilecti
one et laude dei. Nam sicut dicit beatus
Augustinus. In vita beata nos deum vi-
debimus: amabimus ⁊ laudabimus. ⁊ q̄n-
tum ad hoc dotibus a ie vestiemur tūc em̄
erit visio clausa sine obfuscatione Dilectio
plena sine diminutione. Scd̄o vita beata
consistit in dotibus corpis: et quantū ad
hoc dicit. ꝙ homo quem rex honorare cu-
pit debet poni super equū qui de sella re-
gis est. Equus noster corpus nostrum est
quod nobis datum est in auxilium: equus
iste erit de sella regis quando corpora cō
figurabuntur similitudini corporis christi
iam glorificati Philipē. 3. Saluatorem ex
pectamus dn̄m nostrū iesum Christum qui
reformabit corpus humilitatis nostre cor
pori claritatis sue. ista autem reformatio
corporis nostri in quattuor dotibus corpo
ris consistit: scd̄m quod dicit Augustinus
in libro de ciuitate dei. Dicit em̄ ꝙ aberit
id est absens erit a corporibꝰ electorū oīs
infirmitas: hoc d̄r propter dotem subtili-
tatis: omnis deformitas. ꝓpter dotem cla
ritatis omnis tarditas ꝓpter dotē agilita
tis. oīs corruptio ꝓpter dotem passibilita
tis. Terciū qd̄ erit in via beata est cōtinu
atio eternitatis et quantū ad hoc dicit ꝙ
homo quē rex honorare cupit debet acci-
pere regiū diadema super caput suū. per
diadema significatur vita eterna diadema
em̄ dicit̄ quasi duo demēs id est principiū
et finē. isto diademate coronabuntur aīe
sancte in vite eterne ꝑceptione quā de ma
nu dn̄ici accipiēt a ie beate Isaie. 62. Eris
corona glorie in manu dn̄i et diadema re-
gni in manu dei tui hanc coronā glorie no
bis concedere dignetur.

Ad vincula scti / Petri / Sermo / Primus.

Dirrupisti vincu
la mea tibi sacrificabo hosti-
am laudis. ps. cxv. Ad litte-
ram beatus petrus apostolus ab herode
fuit in carcerem missus et cathenis ligatꝰ
sed ministerio angelico fuit a domino libe
ratus Actuum. 6. Unde sicut in legenda
istius festi continetur filia cuiusdaʒ ducis
qui sanctū alexandrū papam in carcere de
tinuit de cōsilio beati alexandri cathenas
osculabatur ob grām recuperande sanita-
tis. Boyas siue cathenas quibus beatus
petrus ligatus fuit inquiri fecit et illis in
uentis cū omni reuerentia osculando ple
nam sanitatem obtinuit ⁊ ideo festū istud
beatus alexander de carcere exiens cū om
ni solēnitate celebrari instituit: sed de isto
verbo possumus loqui scd̄m qd̄ spectat ad
informationem bonorū meorum et nostre
eruditionis. Un̄ scd̄ʒ hoc in verbo ꝓposito
duo notantur. Primo em̄ notat̄ dimissio
peccatoꝝ ex miseratione saluatoris. cū d̄i
dirrupisti vincula mea. Scd̄o notat̄ actio
graciarum pro liberatione. cum dicitur:
tibi sacrificabo hostiam laudis. Quantuʒ
ad primū enim sciendū est qd̄ quadruplex
est vinculum. Primo em̄ est vinculū pene.
Scd̄o est vīculū culpe. Tercio est vinclꝫ in
famie Quarto est ꝯfusionis ⁊ obstinatiōis
ꝑuerse primo est vinclm̄ pene hoc est vicu
lum molestie carceralis. quo vinculo san-
cti apostoli ⁊ martyres christi fuerū cōstri-
cti atq̄ ligati Hebreoꝝ. xi. Sācti ludibria
et verbera experti insuꝑ et vincla et carce
res. Istis vīculis beatus petrus fuit liga-
tus Actuum. xi. In ipsa nocte erat petrus
dormiens inter duos milites vinctus ca-
thenis duabus. sed dn̄s qui milites suos
in tribulatiōe descerere nescit ista vincla be
ati petri dissoluit Genesis. 49. Dissoluta
sunt vincula brachiorum ⁊ manuū illiꝰ per
manus potentis iacob id est christi q̄ ange
lum suū misit ⁊ illis predictis vinculis siue
cathenis et absoluit Actuum. 12. Angelus
domini astitit et lumē refulsit in habitacu
lo carceris percussoq̄ latere petri excita-
uit eum dicens. surge velociter. et cecide-
rūt cathene de manibꝰ eius. Beatꝰ petrus
bonū fabrū inuenit qui istas cathenas de
facili dissoluit. Secūdo est vinculū culpe.
Paralip. 36. Incuruatus sum multo vincu
lo ferri per vinculū ferreum signatur pec-
catū qd̄ ligat ⁊ constringit actorem suum
prouerbioꝝ: 5. Iniquitates sue capiūt im
pium ⁊ funibus peccatoꝝ suorū cōstringi-
tur. Unde sicut fatuo vulgariter solet dici
tu scindis virgam q̄ verberaberis: sic pec
catori potest dici tu fabricas cathenas qui
bus ligaberis Sapientie. 17 Custodiebā-

tur in carcere sine ferro reclusus. in carcere sine ferro custoditur qui sua ferrea voluntate cōpeditur. Unde beat⁹ Augustin⁹ Suspirabam ligat⁹ non ferro alieno: sed mea ferrea volūtate. Velle meū tenebat inimicus ⁊ inde cathenam michi fecerat: atq3 cōstruxerat. vnde ergo p vinculū ferreū signatur peccatū: sed isto vinculo dicebat se ille peccator incurvatū. Hec eñ est natura peccati q̄ a supernis retrahit ⁊ ad inferiora ꝑprimit. qđ bene signatur Luce xiij. de muliere q̄ erat inclinata nec omnino poterat sursum respicere. istam mulierem dn̄s sanauit et ab infirmitatibus ad superiora prouexit. quando vinculū infirmitatis peccati dissoluit. Luce. xiij. hāc filiā abrahe q̄ alligauit sathanas ecce decē ⁊ octo annis nō oportuit solui a viculo isto. Dn̄s ergo soluit a viculo culpe p effectū luctuose ⁊ salutifere penitētie ⁊ sic penitentes erigēdo vult ad se trahere Job v. Qui ponit humiles in sublime ⁊ merētes erigit sospitate. Tercio est viculū infamie Thobie. iij. Peto dn̄e vt de vinculo improperij hui⁹ absoluas me. improperiū dicit vinculū: q2 sicut vinculis ꝯstrict⁹ nō potest libere icedere vel currere. sic hō in obprobriū versus nō audet caput suū erigere. nec iter hoies fiducialiter nec hylariter habitare. Unde in ꝑsona hominis in obprobrium aliorū versi dicitur in ps. lxviij. Improperiuz expectauit cor meū ⁊ miseriam. ⁊ sustinui qui simul contristaretur ⁊ nō fuit. ⁊ qui consolaretur ⁊ non inueni. Illi eñ qui in obprobrium vtuntur etiam iniuste inter homines vix inueniūt cōpatiētes ⁊ cōsolatores. Et ideo i ꝑsona taliū dicebat dn̄s/ aufer a me obprobriuz et contemptū. Quādo eñ obprobriū vel improperiū sustinemus ad illū/ qui plus ab obprobrio ⁊ improperio liberat confugere ⁊ in illo confidere debem⁹ Danielis xiij. Dn̄s susannā ab improperio adulterij ⁊ mortis liberauit: q2 in ipso fiduciam habuit Danielis. xiij. Erat eñ cor ei⁹ fiduciam habens in dn̄o. Quarto est vinculū confusionis et obstinationis peruerse quando eñ hoies ita de peccatis suis cōfundūtur q̄ illa cōfiteri nō audēt: s3 in ipsis obstinantur. hec est cōfusio adducens peccatū Ecclesiastici. iiij. De isto viculo dr̄ Osee. v. Uidit ephraim languor est morbus inueteratus. illi ergo languorē suū vident q̄ in peccatis suis diu per obstinationem remanent. seqtur. ⁊ iudas vinculū suū. iudas interpretat confitens. Tūc ergo iudas vinculū suū videt qñ peccatū suū cognoscit. ⁊ cōfiteri nō audet. cū tamē confessio peccatoꝝ sit summū medicamētū animoꝝ Prouerbioꝝ. xxviij. Qui abscōdit scelera sua nō diriget. q̄ aūt confessus fuerit ea ⁊ reliq̄rit ea misericordiā cōsequit. sed post cognitionē peccati debemus recurrere ad illū q̄ gratiam retributiōis tribuit ⁊ sic a vinculis peccatoꝝ soluit. Uñ Math vij. dr̄. Statim aperte sunt aures ei⁹ et solutū est vinculū lingue ei⁹. et loquebatur recte. Aures peccatorum debent aperiri per mansuetū auditū verbi diuini Ecclesiastici. v. Esto māsuet⁹ ad audiēdū verbū diuinū: sed vinculū debet solui p confessione peccati Isaie. lij. Solue vincula colli tui captiua filia syō. Per collū fit inspiratio ⁊ respiratio ⁊ ideo per collū formatur loquela. tūc ergo vinculū colli tui soluit quando peccator peccatū suū humiliter confitetur. Sequitur: et loquebatur recte. Recta locutio est debita gratiarū actio quādo nos sentim⁹ liberatos a peccato Prouerbioꝝ. xvj. Uolūtas regum labia iusta ⁊ qui recta loquitur dirigetur. iustū est qui deū offendit in peccati delectatiōe ipsum plagatū reddit in cordis amaritudine vt possit dānationem fugere Job. x. Loquar in amaritudie anime mee: dicam deo/ noli me condemnare. sequit hic. Qui recta loquit diriget. post mūdationem enim a peccato debem⁹ agere gratias deo. vt sic sanemur ex toto Luce. xvij. de decem leprosis mūdatis. Nonne decem mūdati sunt ⁊ nouem vbi sunt. non est iuent⁹ qui rediret et daret gloriā deo nisi hic alienigena. ⁊ ait illi. Surge ⁊ et vade fides tua te saluum fecit. sic ergo quadruplex vinculū distinguit. ⁊ a quolibet istoꝝ per dn̄m liberamur. qđ bene figuratum est Judicuz. xvj. Rupit vincula quomodo si q̄s rūpat filū de stupa tortuz sputamine cū ardorē ignis accepit. quasi dicat. sicut facile est homini filium de stupa rumpe. sic facile est deo a peccatis omnib⁹ absoluere. q̄ enim faciliter solo verbo condidit potest dimittere culpā Mat. ix. de paralitico curato. Qđ est facili⁹ dicere. Dimittūtur tibi peccata tua an dicere surge ⁊ āmbula. vt aūt sciatꝫ qm fili⁹ hominis habet potestatē dimittendi peccata in terra tūc ait paralitico. surge tolle lectū tuū ⁊ ambula in domū tuā. ⁊ surrexit et abijt in domū suam. Sic ergo signatur remissio peccatoꝝ ex miseratione saluatoris. cū dicitur. dirupisti vincula mea. Se

cundo notatur gratiarum actio ex libera
tione peccatoꝝ: cum dicitur: tibi sacrifica
bo hostiam laudis. Sciendum est ergo ꝙ
quadruplex est sacrificium. Primū est sa-
crificiū detestatiōis culpe. Secūdū est sa-
crificiū orationis deuote. Terciū est sacri
ficiū obseruationis mandatoꝝ. Quartū
est sacrificium reuerencie et actionis gra
tiarum. Primo ergo est sacrificium dete-
stationis culpe ps̄. Sacrificium deo spi-
ritus contribulatus. cor contritum ⁊ hu-
miliatū deus ne despicies. Peccator de-
bet in spiritu suo tribulari triplici ratiōe
primo ꝓpter offensam maiestatis diuine
secūdo ꝓpter abominationem deformita
tis culpe. tercio ꝓpter maculationem ra
tionalis anime ad imaginem ⁊ similitudi
nem cōditoris create ps̄. Turbatus est a
furore oculus meus. Furor est ira incen-
sa. tunc ergo furore oculus turbatur quā
do oculo mentis magnitudo peccati co-
gnoscitur. propter quā peccator corde cō
teritur ⁊ affligitur. sicut colliriū ꝙuis sit
oculis molestum ⁊ asperum. oculos tamē
ad sanitatem disponit. sic tribulatio con-
triti cordis ex confederatione patrati sce
leris salutem inducit Neemie. xxxj. Et in
tempore tribulationis sue ex ipso salua-
bitur: sequitur. cor contritum et humilia
tū deꝰ nō despicies. Immo libenter ad il
lud aspicit. Isaie. lxvj. Ad quem respiciā
nisi ad pauperculū ⁊ contritū spiritu ⁊ tre
mentē sermones meos. quasi diceret. Ad
illos libenter respicio quos dolentes et
contritos corde de peccatis suis aspicio.
Secūdo est sacrificium orationis deuote
Malach. j. In omni loco sacrificatur ⁊ of
fertur nomine meo oblatio mūda. Obla
tio mūda potest dici oratio deuota q̄ dici
tur offerri ex conscientia pura et cū opa
tione immaculata. j. Thimo. ij. Volo vi
ros orare in omni loco leuātes puras ma
nus sine ira et deceptatione. Non placet
eñ oratio facta cum iniquitate. Unde ps̄
Iniq̄tatem si aspexi in corde meo non ex
audiet dñs. Ad hanc orationē deuotiōis
et si teneantur omnes christi fideles. ad
hanc tamen specialiter tenentur sacerdo
tes tam spūales ꝙ̄ seculares. ij. Machabe
orū. j. Orationem faciebant omnes sacer
dotes dū consummaretur sacrificiū iona
tha inchoante ceteris aūt respondentibꝰ
hoc potuit esse quod inoleuit in ecclesia
dei ꝙ vno sacerdote solennia missarū ce
lebrante vel horas canonicas decantāte
solent alij respondere. Unde solo sacerdo
te dicēte: ꝑ oīa secula seculoꝝ. respōdent
omnes: amen: vno solo dicente: dominus
vobiscum. respondent omnes: et cum spi
ritu tuo ⁊ sic de alijs. Tercio est sacrificiū
obseruātie mādatoꝝ Ecclesiastici. xxxv.
Salutare sacrificiū est attendere manda
tis et discedere ab omni iniquitate. Ob
seruantia mandatorum tria facit. primo
enim mentem illuminat. secundo a malo
reuocat. tercio ad vitam beatam ordinat
de primo ⁊ secūdo dr̄ in ps̄. A mandatis
tuis intellexi. ecce illuminatio animarū
propter obseruantiam mandatoꝝ. seq̄tur
propterea odiui omnem viam iniq̄tatis
ecce declinatio peccatorum. tercio obser
uantia mandatoꝝ ordinat ad vitam ele
ctorū Mathei. xix. Si vis ad vitam ingre
di serua mādata. et bene dicit si vis. quia
obseruantia vel transgressio mandatorū
dei est in volūtate libera hominis. vt vel
puniatur ex transgressione / vel vt remu
neretur ex obseruatione Ecclesiastici. xv.
Ante hominem vita ⁊ mors bonū ⁊ malū
q̄dcunq̄ placuerit ei dabitur illi. Magna
est fatuitas hominis cui datur libera ele
ctio boni ⁊ mali vite et mortis. qñ bonū
refugit ⁊ malū eligit. per hoc eñ mortem
damnationis sibi acq̄rit. et gloriam eter
ne felicitatis amittit. Quarto ē sacrificiū
reuerētie ⁊ actionis gratiarū ps̄. xlix. Sa
crificiū laudis honorificabit me ⁊ illic iter
quo ostendam illi salutare dei. Dominus
vult honorificari sacrificio laudis: quia a
nobis vult laudari ⁊ honorari Ecclesiasti
dissipare. beatus dominicus ad modum
alterius hieremye positus fuit ad dissipa
tionem malorum ⁊ edificationem bonoꝝ
hieremie. i. Constitui te sup gentes et re
gna vt euellas et destruas ⁊ disperdas ⁊

dissipes. istud itelligitur quantum ad spi
nas et verticas vrciorum quas debemus
destruere. et sequitur. ⁊ edifices ⁊ plātes
illud intelligitur quantū ad arbores fru
ctiferas virtutum et bonorum morum q̄s
debemus predicando plantare. dicatur ḡ
domine in iudiciū posuisti eum. et seq̄tur
et fortem vt corriperes fundasti eum. Fū
damentum christiani est habitus fidei. i.
Chorin. 3. Fūdamentum aliud nemo pōt
ponere p̄ter id quod positum est quod est
christꝰ iesus. Dicit glosa id ē fides christi
in isto stabili fundamēto debemus firmi-
ter stare ⁊ sic non poterimus machinamē
ta diabolica formidare. i. petri. v. Aduer
sarius vester dyabolus tanq̄ȝ leo rugiens
circuit querens quē devoret cui resistite
fortes in fide. Qui sic fundatus est i fidei
stabilitate et discretus in sui iudicio et di
scussione ꝑ doctrinam diuinitus inspira
tam secure potest alios arguere siue corri
pere. ij. Thimo. 3. Omnis scriptura diui-
nitus ispirata vtilis est ad docendum ad
arguendum ad corripiendum ad erudien
dum i iusticia vt perfectꝰ sit homo dei ad
omne opus bonum instructus. Secundo
positus fuit beatꝰ dn̄icus ad multiplica-
tionem meritorū Joh. xvi. Posuit vos vt
eatis ⁊ fructū faciatis ⁊ fructꝰ vester ma-
neat. Dn̄s ponit electos suos in ecclesia si
cut pater familias ponit operarios in vi
nea sua vt vnusquisq̄ȝ secundum laborē
suā mercedem recipiat Mathe. xx. Uoca
op̄arios ⁊ redde illis mercedem suā. ope
rarios dicit id ē viros bonos viros iustos
in ecclesia dei tanq̄ȝ in vinea laborantes
nō fastidiosos ⁊ otio torpentes. ꝓpter qd̄
dicit. posui vos. et sequitur vt eatis. Uiri
eñ sancti debent de virtute in virtutē de
bono in melius ire vt tandem deum deo-
rum in syon mereantur videre. ꝯtra mul-
tos qui non procedunt sed magis retroce
dunt. Uita penitentiū siue quorumlibet
bonoꝝ similis est scale per quam videmꝰ
gradatī ascēdere Genesis. xxviij. Jacob
vidit scalam stantem super terrā et eius
cacumen pertingens vsq̄ȝ ad celū qui per
istam scalā dedignantur ascendere opor
tebit eos finaliter sine scala ad infernale
precipitium descendere. sed iste ascēsꝰ q̄
fit per scalā penitentie fructuosus debet
esse. vn̄ subditur. ⁊ fructū afferatis Mat.
3. Facite dignos fructꝰ penitentie. omnis
eñ arbor que non facit fructū bonum ex
cidetur. et i ignem mittetur. audiant et ti
meant ociosi quia otio torpentes proba

biliter debent timere penā eterni incen
dij. Diligēter ergo debemus sanctificati
oni mentis ⁊ fructibus bonorū operum i
sistere. isti enim fructus non possunt con
gelari nec cōputrescere Romanoꝝ. vi. ha
betis fructum vestrum in sanctificationē
finem vero vitam eternam. ecce ꝙ sancti
ficatio mentis ⁊ fructus bone operatiōis
perducit ad eternitatem vite celestis. ⁊ pro
pter hoc subditur. ⁊ fructꝰ vester maneat
Reuera ille fructꝰ ineternum manet qui
nec fine clauditur nec terminū habȝ. Ter
tio positus fuit beatus dominicus ad tol
lerantiam aduersorum. i. ad Thessaloni.
3. Nemo moueatur in tribulationibꝰ istis
ipsi enim scitis ꝙ in hoc positi sumꝰ. Ne
mo enim debet moueri a stabilitate fidei
propter impulsum cuiuscunq̄ȝ tribulatio
nis. Nam ad tollerantiā tribulationum
sumus positi. via eñ regia electoꝝ ē per
tribulationes vel tollerantias aduersoꝝ
Actuū. xiiij. Per m̄ltas tribulatōes opor
tet nos intrare in regnū celoꝝ. Debemꝰ
ergo ꝓ christo aduersitatem vel tribulati
ones patienter sustiere vt per illas proba
ti possumus ad coronā regni celestis ꝑue
nire Jacobi. i. Beatus vir qui suffert ten
tationem qm̄ cū probatus fuerit accipiet
coronā vite. Quarto fuit positꝰ beatꝰ do
minicus ad eruditō nem i doctorū. i. Thi.
i. Deo sūt gratias ago qui me cōfortauit
i christo ihesu dn̄o nostro quia fidelē me
existimauit ponens in ministerio. Beatus
dominicus fidelis fuit seruus et prudēs
quem constituit dominus supra familiā
suam vt det illis cibū i tempe Mat. xxiiij.
Beatus dominicꝰ i tempore sue predica
tionis dedit familie christi cibū sācte eru
ditionis. vnde ipse sollicite vigilauit i om
nibus laborauit et suum ministeriū cum
omni diligentia adipleuit quādo euange
liū christi fidelibꝰ predicauit. ij. Thimo.
iiij. Tu vero vigila i omnibꝰ labora opꝰ
fac euangeliste ministeriū tuū imple. Ad
ipletio ministerij est acquisitio salutis ani
marū ad honorē xp̄i. i. ad Thessa. v. Non
posuit vos deus in iram sed in acquisitio
nem salutis per dn̄ȝ nostrum ihesum chri
stum. sic dominus ihesus Christꝰ beatū
dominicum fidelem existimauit ponens i
ministerio predicatōnis. cui attestatur vi
sio facta de duobꝰ apostolis petro ⁊ pau
lo. Beatus paulus visus fuit ei dedisse li
brum beatus vero petrus baculū. Datꝰ
fuit ei liber vt euāgeliū christi predicaret
datus fuit ei baculꝰ vt ꝑdicando euange

liū ꝑ castella ⁊ ciuitates discurreret. Sic
ergo primo notatur impositio officij pre
dicandi: cuꝫ dicitur: positus sum ego. Se
cundo notatur executio officij ipositi. cū
dicitur: predicator. Sciendum est ergo ꝙ
sunt quattuor q̄ debent p̄dicatores chri
sti predicare. primo enim debent predica
re indulgentiam peccatorum. secundo de
bent predicare directionem gressuum no
strorum. tercio debent predicare mortifi
cationem vitioꝝ. quarto debent predica
re appropinquationem regni celorū. Pri
mo ergo debent predicare idulgētiā pec
catoruꝫ Isaie. lxj. Spiritus dn̄i super me
eo ꝙ vnxerit me. Dominus ad annūcian
dum mansuetis misit me: Ut mederer cō
tritos corde et predicarem captiuis idul
gentiam. Captiui vel miseri peccatores
possunt appellari Prouerbiorū. xiiij. Mi
seros facit populos peccatū. Peccata em̄
peccatores captiuant ⁊ ipsos tanꝙ capti
uos illaqueant et constringūt Prouerbio
rum. v. Iniquitates sue capiunt impiū. ⁊
funibus peccatorum suorum quisꝙ con
stringitur. Istis captiuis idulgentia pre
dicatur quādo redemptio facta per chri
stum ⁊ peccatorum remissio renunciatur.
Isaie. lxiij. In dilectione sua ⁊ idulgētia
sua redemit eos. Christꝰ i dilectione sua
dedit nobis remissionem peccatoꝝ Apo
calipsis primo capitulo. Dilexit nos ⁊ la
uit nos a peccatis nostris i sanguine suo.
sed idulgētia sua redemit nos per ꝓpriā
sanguinis effusionem ⁊ liberationem per
ditorum prima Petri. j. Non corruptibi
libus auro vel argento redempti estis de
vana vestra conuersatione paterne tradi
tionis: sed precioso sanguine quasi agni i
contaminati ⁊ imaculati Ihesu christi sic
ergo predicator debet predicare idulgen
tiam peccatoꝝ Isaie. xxvj. Indulsisti gen
ti per lauachrū regenerationis et renoua
tionis spiritussancti a peccatis originali
bꝰ abluendo. idulsit ⁊ dn̄s genti per aspe
ritatem penitentie a peccatis actualibus
liberando. Secūdo debent predicatores
christi predicare directionem gressuū no
strorum Hieremie septimo capitulo. Sta
in porta domus domini et predica ibi ver
bū istud ⁊ dic. Bonas facite vias vestras
et studia vestra et habitabo vobiscū in lo
co isto. Bonas facimus vias nostras quā
do icedimus per viam diuinoꝝ mandato
rum tuorum. Unde in psalmo. Cum dila
tasti cor meum. Bona etiam facimus stu
dia nostra per discussionem conscientiaꝝ
nostrarum ⁊ ammonitionem offendiculo
rum siue peccatorū Actuū. xxiiij. In hoc
et ipse studio sine offendiculo conscietiā
habere ad deum et ad homines semper.
Si sic facimus vias nostras bonas incen
dendo per viam mandatoꝝ et studia no
stra per discussionē conscientiarū nostra
rū et ammonitionem peccatorū tanꝙ spi
ritualium offendiculoꝝ tūc promittit do
minus se habitaturū nobiscū. Et sciendū
est ꝙ ex aduentu tāti hospitis solent due
vtilitates consequi. Prima vtilitas est a
motio omniū dolorum Apocalipsis. xxj.
Ecce tabernaculum dei cum hominibus
et habitabit cū eis. sequitur. et absterget
deus omnem lachrimam ob oculis eoꝝ. ⁊
mors vltra non erit neꝙ luctus neꝙ cla
mor neꝙ dolor erit vltra que prima abie
runt. Secūda vtilitas aduentus istiꝰ ho
spitis est distributio gratiarum ⁊ donoꝝ
Johannis. i. Uerbū caro factum est et ha
bitauit in nobis et vidimus gloriam eiꝰ
quasi vnigeniti a patre plenum gratia et
veritatis. ⁊ sicut ibidem dicitur de plenī
tudine eius nos omnes accepimꝰ. naꝫ de
plenitudie christi omnis distributio gra
tiarū procedit. Tercio debent predicato
res christi p̄dicare mortificationē vitioꝝ
i. Petri. iij. Christꝰ semel pro peccatis no
stris mortuus est. iustus ꝓ iniustis vt nos
offerret deo mortificatos quidē carne vi
uificatos autē spiritu. in quo ⁊ his qui in
carcere erant spiritualiter adueniens pre
dicauit. officium ergo predicatoꝝ est pre
dicatio mortificationis carnaliū viciorum
ad viuificationem spirituum siue animo
rum Gallathas. v. Qui christi sunt carnē
suam crucifixerunt cum vitijs ⁊ concupi
scentijs: sed vt predicator securius mortī
ficationem carnalium vitioꝝ possit predī
care a seipso debet incipere. j. Chorinteo
rū. ix. Castigo corpꝰ ⁊ in seruitutē redigo
ne cum alijs predicauerim ipse reprobus
efficiar. Unde apostolus ad Romanos. ij.
Quosdam arguebat qui predicantes nō
furandum esse furabantur. qui predican
tes non mechandū esse mechabantur. et
ideo vbi alios iudicabant seipsos condē
nabant. Eadem enim faciebant q̄ non fa
cienda esse predicabant. Quarto debent
predicare christi p̄dicatores approxima
tionē regni celoꝝ Mathei. iiij. Cepit ihe
sus predicare ⁊ dicere penitētiā agite ap
propinquabit em̄ regnuꝫ celoꝝ. Magne
virtutis est penitentia per quam regnuꝫ
celoꝝ appropinquat. a quo homo ꝑ pec

catum seipsuz elongat Job: xlij. Auditu auris audiui te nūc aūt oculus meus videt te. idcirco meipsum reprehēdo ⁊ ago penitentiam in fauilla ⁊ cinere. Multum debet homo satagere quomodo penitendo possit de peccatis ꝓpriis cōtristari vel dolere. vt per istam tristiciaz que ſm deū est ad salutem eternam valeat peruenire ij. Chorintheoꝝ. vij. capitulo. Que aūt ſm deum tristitia est penitentiam in salutem stabilem operatur. Ad quam salutez nos perducere dignetur.

De sancto Laurentio

¶ Sermo primus.

Igne me examinasti ⁊ non est inuēta in me iniquitas. ps. xvj. In verbo proposito notantur duo a quibus beatus Laurentius cōmendatur. Primo eñ notatur istius martyris gloriosa purgatio. cum dicitur. Igne me examinasti. Secundo notatur omnis peccati priuatio: cum dicitur ⁊ non est inuenta in me iniquitas. Quantū ad primuz sciendum est ꝙ est quadruplex ignis. primo eñ est ignis tribulationis. secūdo est ignis dilectōis. tercio est ignis doctrine vel eruditiōis. quarto est ignis honeste conuersationis. Primo ergo est ignis tribulationis Ecclesiastici ij. capitulo. In igne probatur aurum et argentum. homines vero receptibiles in camino humiliationis. Aurum ⁊ argentuz sic in igne probantur ꝙ illud quod est impurum ⁊ superfluum ardore ignis consumitur. illud vero quod est purum puriꝰ ⁊ solidius conseruatur. sic dñs homines receptibiles in camino humiliatiōis id est aduersitatis probat ⁊ ipsos sic ꝓbando meliores ⁊ solidiores conseruat Eccl'iastici. xxvij. Uasa figuli ꝓbat fornax ⁊ homines iustos tētatio tribulationi. Uasa figuli sic in fornace ꝓbantur ꝙ ipsa prius mollia in fornace efficiuntur solida/ et humano vsui congrua. Sic mors sanctoꝝ martyꝝ in passionibꝰ a deo probata efficitur deo preciosa. Unde in psalmo dicitur. Preciosa in conspectu dñi mors sanctorum eius sic fides sanctorū martyrum a deo in passionibus probatur et a christo approbatur. j. Petri. j. Probatio fidei vestre multo preciosior sit auro quod per ignem trāsit. Sic fides beati Laurentij in passione et in craticule afflictiōe probata fuit ⁊ in probatione nō defecit. Unde cātatur de ipso: probasti dñe cor meum ⁊ visitasti nocte interrogatus te dominum confessus sum assatꝰ gratias ago. Secūdo est ignis dilectionis Exodi. xxix. Totꝰ autem mōs synai fumigabat eo ꝙ descendisset super eū dñs in igne. Synai interpretatur mēsura vel mandatū per quod signantur electi mensura mandatorum dei regulati et per hoc ad vitam eternam ordinari Mathei. xix. Si vis ad vitā ingredi serua mādata. In isto monte synai dñs descendit quando in cordibus ardorem sue charitatis per spiritum sanctum diffundit Romanoꝝ. v. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctū qui datus est nobis. tūc autem mōs synai fumare dicit̄ quando anima iusti quasi in quēdam delicatum vaporem deuotionis resoluitur. Sciendū est ꝙ fumus ex duobꝰ consueuit resolui. scilicet ex igne ⁊ viridibꝰ lignis. ligna eñ desiccata non fumant sicut virida. sic fumꝰ deuotionis efficit̄ ex duobus. Ex memoria mortis christi quaz pro nobis super viride lignū crucis sustinuit. i. Petri. ij. Qui peccata nostra ipse tulit in copore suo sup lignū. vt peccatis mortui iusticie viuamꝰ eius liuore sanati estis. De affectu dilectionis pro impenso beneficio nostre liberationis dicit̄ in ps. Diligam te dñe fortitudo mea dñs firmamentum meū et refugium ⁊ liberator meus. Quomodo aūt ex effusione sanguinis christi sup viride lignū crucis in precium nostre liberationis ⁊ ardore dilectiōis ꝓpter beneficiū nostre redemptionis resoluat̄ fumus deuotionis dicit̄ Joelis scdo. Dabo prodigia in celo ⁊ in terra sanguinem ⁊ ignem et vaporem fumi. Ecce ꝙ ex sanguine christi i ligno crucis effusi i preciū nostre redemptionis et igne debite dilectiōis resoluitur vapor fumi grate ⁊ iocunde deuotionis. Unde de anima deuota q̄ est quasi virgula fumi aromatica dr. Canticoꝝ. iij. Que est ista que ascēdit per desertuz sicut virgula fumi ex aromatibꝰ mirre ⁊ thurris et vniuersi pulueris pigmētarij. talis anima deo deuota fuit anima beati Laurentij q̄ sicut dixit seipsum deo sacrificiū obtulit in odorē suauitatis Tercio est ignis eruditionis Deutrono. xxxiij. In dextra eiꝰ ignea lex. ignis habz duplicē naturā splendoris scz et ardoris sic lex christi habet potestatem illuminatiuam ⁊ inflammatiuam. Quantum ad potestatem illuminationis dicitur in ps Lucerna pedibꝰ meis ⁊ lumen semitis meis

Ignis etiam habet vir tutem inflāmatiōis
sicut et lex christi hieremie .xxiij. Nunquid
nō verba mea sunt quasi ignis ardens di-
cit dominus ⁊ quasi malleus cōterens pe-
tras Verba domini dicūtur eē quasi ignis
ardens propter inflammationem animo-
rum Dicuntur etiam esse quasi malleus cō
terens petras ꝓpter emollitionem et con
uersionem cordium durorū hieremie quin
to. Ecce ego do verba mea in ore tuo i ignē
et populum istum in ligna et vorabit eos
ignis. ignis peccata in peccatoribus vora
re dicitur quando peccatores sanctorum
predicationibus relictis peccatis ad peni
tentiam conuertuntur De hoc igne doctri
ne vel eruditionis poterat dicere beatus
laurentius. Ignitum eloquium tuum ve-
hementer et seruus tuus dilexit illud. hoc
igne doctrine vel eruditionis beatus lau
rentius sic in terris ardebat ꝙ ignem car
bonum ardētium refrigerium appellabat
vnde ipse dicebat decio cesari tyrāno. Di
sce miser quia carbones tui refrigeriū mi
chi prestant. et tibi eternū supplitiū Quar
to est ignis honeste conuersationis Eccle-
siastici quinquagesimo. Quasi ignis efful-
gens ⁊ thus ardens in igne. Beatus lau-
rentius fuit quasi ignis refulgens verita-
te doctrine Danielis duodecimo. Qui do
cti fuerint fulgebunt quasi splendor firma
menti. et qui ad iusticiam erudiunt pluri-
mos quasi stelle in perpetuas eternitates
fuit etiam quasi thus ardens in igne odo-
re fame bone ⁊ nitore honeste conuersatio
nis. Ignis enim charitatis sanctorum sic
interius ardet in corde ꝙ exterius redolet
in honesta ꝯuersatione Canticoꝝ. 4. odor
vestimentoꝝ tuoꝝ sicut odor thurris. Per
odorem vestimentorum que tegūt puden
da signatur odor charitatis que operit pec
cata. ita ꝙ circunquaqꝫ ex honestate cōuer
satiōis difundatur bona fama. I. Petri. 2.
Conuersationem vestram inter gentes ha
bentes bonam vt in eo quod detractāt de
vobis tanquam de malefactoribus ex bo-
nis operibus vos cōsiderātes glorificent
deum in tempore visitationis Sic ergo pri
mo notatur huius martiris gloriosa ꝓba-
tio cum dicitur. igne me examinasti. Scdo
notatur omnis peccati priuatis. cum dici-
tur: ⁊ nō est inuenta in me iniquitas. Sci-
endum est ergo ꝙ est quadruplex causa ꝓ
pter quam debemus cum omni diligentia
studere quomodo possimus a nobis om-
nem iniquitatem excludere. Primo quia
iniquitas grauat portantem. Scdo quia
vexat itenerantem. Tercia execat confide
rantem. Quarto quia a deo separat delin
quentem Primo ergo debemus iniquita
tem a nobis excludere qr iniqtas grauat
portantem. Isaie. i. Ve genti peccatrici po
pulo graui iniquitate. ille popolus graui
iniquitate dicitur sup quē iniquitas quasi
onus graue ꝯgustur ps. Iniquitates mee
super gresse sunt caput meum et sicut onꝰ
graue grauate sunt super me. Nos ergo vī
cula peccatorum dirumpamus et iugū gra
ue ipsoruꝫ abiiciamus et iugo domini no
stri ihesu christi quod leue est nosmetipōs
subiiciamus Mathei. xi Tollite iugū me-
um super vos et discite a me quia mitis sū
et humilis corde iugum em̄ meū suaue et
onus meum leue. Scdo debemus a nobis
iniquitatē excludere qr vexat itinerantē
Sapientie. 5. Lassati sumus in via iniqui
tatis et perditionis ⁊ ambulauimus vias
difficiles. Vie equitatis sunt vie faciles ꝓ
uerbioꝝ. 4. Viam sapientie monstrabo ti
bi ducam te per semitas equitatis quas
cū ingressus fueris non artabuntur gres-
sus tui ⁊ currēs nō habebis offendiculum
Sic ergo vie iniqtatis sūt vie faciles. sed
vie iniqtatis sūt vie difficiles Isaie. 5. ve
q̄ trahitis iniqtatē i funiculis vanitatū ⁊ q̄si
viculū plaustri pctm̄. Sciēdū ē ḡ ꝙ triplex
est vanitas. ꝑmo em̄ est vanitas auaritie.
secundo est vanitas superbie tercio est va
nitas in continentie. Primo ergo est vani-
tas auaritie Ecclesiasti. 34. capitu. Qua-
si qui apprehendit vmbram ⁊ sequitur vē
tum. sic et qui tendit ad visa mēdatia. Vi
sa mendatia sunt ista temporalia. que ad
modum mendatiorum sunt vana Ecclesia
stes. i. capitulo. Vanitas vanitatū et om-
nia vanitas. Secundo est vanitas super-
bie Iob. xi. Vir vanus in superbiam erigi
tur et tanꝙ pullus onagri se liberū natuꝫ
putat. Tercio est vanitas incontinente ꝓ
uerbiorum vltimo capitulo. Fallax gratia
et vana est pulchritudo que specialiter icō
tinentes allicit ipōs inaniter per superfici
alem pulcritudinem decipit Prouerbiorū
vicesimo tercio capitulo. Ingreditur blan
de et in nouissimo mordebit vt coluber et
sicut regulus venena diffundet Libido in
greditur blande per superficialem. dele-
ctationem inaniter alliciendo sed progre
ditur male miserabiliter subuertendo sed
egreditur pessime venenāt diffundendo ⁊
infeliciter occidendo. Sciendum est ergo
ꝙ vanitas auaricie secum trahit iniquita
tem rapine furti et homicidij. Vanitas su-

perbie trahit secum iniquitatem ambitionis litigii et contentionis. Vanitas incontinentie trahit secum iniquitatem deturpationis non solum cordis sed etiam corporis primo Chorintheorum quinto capitulo. Omne peccatum quodcunque fecerit homo extra corpus est. qui autem fornicatur in corpus suum peccat. Si ergo ve qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. Sequitur et quasi vinculum plaustri trahunt peccatum. Illi quasi vinculum plaustri trahunt peccatum qui seipsos diversis peccatorum generibus illaqueant et involvunt per que seipsos in mortem eterne dānationis inducunt. proverbiorum quinto capitulo. Iniquitates sue capiunt impium et funibus peccatorum suorum quisque constringitur ipse morietur. quia non habuit disciplinam in multitudine stulticie sue decipietur. Tercio debemus a nobis iniquitatem excludere. quia excecat considerantem. Osee nono capitu. Scitote israel stultum. prophetarum insanum. virum spiritualem. propter multitudinem iniquitatis tue. sicut intelligo duplex est spiritus scilicet spiritus sanctus et spiritus immūdus. Unde sicut vsitato modo homo dicitur esse spiritualis qui est plenus spiritu sancto. sic in loco isto quasi singulari modo dicitur vir spiritualis propter multitudinem iniquitatis sue qui plenus est spiritu immundo Luce vndecimo. Spiritus immundus cum exierit ab homine assumit septem alios spiritus secum nequiores et ingressi habitant ibi et fiunt novissima illius peiora prioribus. Sic ergo multitudo iniquitatis faciet hominem stultum prophetam isanum. in quo notatur excecatio cordis in cognitione agendorum. Iniquitas enim est macula excecans oculum cordis ne recte cognoscat bona spiritualia sicut macula corporis excecat oculum corporis ne recte videat temporalia. Job. xi. Si iniquitatem que est in manu tua abstuleris a te et non permanserit in tabernaculo tuo iniusticia. tunc levare poteris faciē tuam absque macula Iniquitas manus pertinet ad peccatum operis. iniusticia tabernaculi hoc est mentis pertinet ad peccatū cordis. que duo si ammoveātur duplex macula ab homine removetur vt sic deus visione beata videatur. Mathei. 5. Beati mūdo corde quoniam ipsi deum videbunt. Sic ergo beatus laurentius seipsum ab iniquitate custodivit cum eo qui est candor lucis eterne et speculum sine macula immaculatus fuit et immaculatus ambulavit. ps. 18. Et ero immaculatus cum eo et emūdabor a delicto maximo. Quarto debemus a nobis iniquitatem excludere quia a deo separat delinquentem Isaie. 59. Iniquitates vestre diviserunt inter vos et deum vestrū et peccata vestra absconderunt faciē eius a vobis. Dura est divisio ista et dannosa que separat a visione dei gratiosa hester. 15. Valde admirabilis es domine et facies tua plena est gratiarum. In visiōe faciei christi non solū est plenitudo eterne glorie Johannis. 7. hec ē vita eterna vt cognoscāt te deum solum verum et quem misisti iesum christum. Ad quam vitam nos perducere dignetur qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

De sctō Laurētio Sermo secundus.

Beatus qui intelligit super egenum et pauperem psalmo quadragesimo. In verbo proposito duo notantur a quibus beatus laurentius cōmendatur. Primo a pia vel devota affectione: cum dicitur qui intelligit super egenum et pauperem. Secūdo commendatur a condigna retributione. cum dicitur beatus. Quantum ad primum sciendum est quod est quadruplex paupertas. primo enim est paupertas census. secundo est paupertas sensus. tercio est paupertas culpe. quarto est paupertas humilitatis vere. Primo est paupertas census de qua Deutronomii. xxv. Nō obdurabis cor tuum nec contrahes manum sed aperies eam pauperibus. In verbo isto tria notātur. Primo enim notatur compassio cordis cum dicitur. non obdurabis cor tuū. Secundo detestatio avaritie vel cupiditatis. cum dicitur. nec contrahes manum. Tercio effectus boni operis. cum dicitur. sed aperies eam pauperi. Primo ergo debet esse in bono hoīe compassio cordis Job xx. capitulo. Flebam quondam super eo qui afflictus erat et cōpatiebatur anima mea pauperi. Sicut enim ex fonte derivantur rivuli sic ex pio corde debet effectus boni operis derivari. Contra multos qui nec pauperibus compatiuntur ex corde. Nec manum eius aperiunt in bono opere. propter quod hic subditur. nec contrahes manum ibi notatur detestatio cupiditatis contra avaros qui manus habent agiles et porrectas ad accipiendum. sed habēt eas pa

politicas ad dandum. Ecclesiastici. 4. capitulo. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum et ad dandum collecta. Tercio notatur exhibitio boni operis. cum dicit. sed aperies eas pauperi. pter hoc in laudem bone mulieris dicitur. Manum suas aperuit inopi. et palmas suas extendit ad pauperem. Prouerbiorum vltimo. Contra cupidos et auaros qui quando audiunt egenos et pauperes clamantes pollices suos in auribus suis tenent. ne clamores pauperum ipsos incantent Ecclesiastici. 4. ca. Declina pauperi sine tristicia aurem tuam et redde debitum. Et respōde sibi pacifice in mansuetudine. Redde debitum hic potest accipi argumentum quod diuites pauperibus sunt debitores. vnde obligati debitis respondēt: quādo bonis debitis pauperibus pauperes sustentant. et comperēter hic dicitur. respondet illi pacifice in mansuetudine. Contra multos a quibus pauperes nichil reportāt nisi verba dura et obiurgationes. et si aliquid pauperibus tribuunt non gratis conferunt. sed suis obiurgationibus illud vendunt. Ecclesiasti. 18. Nonne ardorem refrigerabit ros sic et verbum melius quā datum. Secundo est paupertas sensus Prouerbiorum. 13. capitu. Qui pauper est increpatiōes non sustinet. Magna est ista paupertas sensus et maior paupertate sensus. Facile est regi de vno paupere clerico facere diuitem. sed non posset facere de vno stolido et insipiente clerico sapientem. immo hoc ad illum solū pertinet qui dat ingenium et voluntatem. Sciendum est ergo quod sunt tria genera hominum Quidā enim sunt qui increpationes non sustinent. secundi sustinent sed non tenent. tercij sustinent et retinent. Primi ergo increpationes non sustinent sed odio habent illos qui ipsos increpāt et tales sicut nocte et vespertiliōes in tenebris ignorantie semper remanent. Prouerbiorum duodecimo capitulo. Qui odit increpationes insipiens est sicut enim lux solis odiosa est lippis oculis. Sic lux eruditionis doctrine et increpationum vite odiosa est fatuis. Secundi increpationes sustinent sed non tenent. ipsis enim correctio facta vel exhibita non apparet in ipsis plus quam ictus in aqua. isti susceptum documentum mittunt in saccum pertusum Prouerbiorū primo capitulo. Increpationes meas neglexisti. sequitur. Ego quoque in interitu vestro ridebo. quasi diceret. De interitu vestro nō curabo. ille enim qui ridet non multū videtur curare de ea re de qua ridet. Tercij sunt qui increpationes sustinēt et tenēt et isti se disponunt ad sapientiam Prouerbiorum. 15. Qui increpationes custodit astutior fiet. talis fuit beatus laurentius. Nā cum quereret ab ipso decius cesar generositatem suam. respondit. quantū ad genus hispanus sum. eruditus vel nutritus romanus. et a cunabilis christianus eruditus omnium sacram scripturam et diuinam. Tercio ē paupertas culpe Apocalipsis. 3. Tu dices quia diues sū et locupletatus et nullius egeo. et nescis quia tu es miser et miserabilis et pauper et nudus et cecus. Nō est paupertas tam contemptibilis tam vituperabilis quam est paupertas culpe. per istā enim deuenitur ad paupertatem eterne miserie Luce. 16. De illo diuite guloso et superbo qui oppiebatur purpura et bysso. et epulabatur quotidie splendide. qui in infernū sepultus est in morte. et ibi oppressus fuit tanta miseria et calamitate quod vnam guttā aque non potuit ipetrare. Magna ista paupertas. vix enim pauperes inueniri possunt qui saltam de aqua non habent ad potandum. Quarto est paupertas humilitatis vere Math. 5. Beati pauperes spiritu. quod pauperes sunt humili affectu tales sunt de scola saluatoris qui mitis est et humilis corde. Christus humiles spiritu eligit Jacobi secundo. ¶ Nonne pauperes spiritu eligit deus in hoc mundo diuites in fide. quasi diceret. immo quia tales in parte sua vult habere. Sic ergo beatus laurentius commendatur a pia et deuota affectione. cum dicitur. qui intelligit super egenū et pauperē. ipse enim super egenos et pauperes intellectum et affectum applicauit. ipse thesauros ecclesie sicut de ipso legitur pauperibus distribuit. Unde de ipso dicitur. Dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculum seculi. Sicut ergo quadruplex paupertas distinguitur. sic quadruplex beatitudo reperitur ex qua beatus laurentius beatus esse describitur. Primo dicitur beatus per reuelationem egenorum. Secundo dicitur beatus propter eruditionem indoctorum et hoc contra paupertatem sensus. Tercio dicitur beatus propter conuersionem peccatorum et hoc contra paupertatem culpe. Quarto dicitur beatus propter adeptionem premiorum et hoc propter paupertatem humilitatis vere. Primo ergo beatus laurentius dicitur beatus propter releuationē egenorum. Math. 5. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiā cōsequē

tur. ex impensione operũ mie dicuntur mi
sericordes miam cõsequi et inuenire. Nã
per impensionem operum misericordie ho
mines de statu culpe transferuntur ad sta
tum grẽ et per ꝯñs ad statũ glorie. Uñ de
beato laurentio põt exponi illud. Eccle. 31
Stabilita sunt bona illius in dño et elemo
sinas enarrabit omnis ecclesia sanctorum
Bona beati laurentij sunt bene stabilita q̃
in illo stabiliuntur in quo est beatitudo sũ
ma omniũ bonoꝝ aggregatione perfecta.
Prouerbioꝝ. 8. Mecum sunt diuitie ꝛ glo
ria opes supbie ꝛ iusticia. ipse fuit ille bea
tus diues de quo dicitur Eccle. 31. Beatus
diues qui inuẽtus est sine macula qui post
aurũ nõ abijt: sed aurũ quasi lutũ contem
psit Job. 41. Sternet sibi aurũ quasi lutũ.
Scdo fuit beatus laurentius beat⁹ ppter
eruditionem indoctoꝝ et hoc contra pau
pertatem sensus. ps̃. Beatus homo quẽ tu
erudieris dñe et de lege tua docueris eũ.
Beatus laurentius fuit a dño edoctus et
in lege eius eruditus. Unde et beatus six
tus ei semina verbi diuini eroganda cõmi
sit. ex quibus decium cesarem superauit et
multos in fide christi solidauit. ꝛ in bonis
moribus informauit. et ppter hos ipos a
paupertate sensus liberauit Ecclesiasti. 39
Spiritu intelligentie repleuit eum et ipse
tanq̃ imbres mittet eloquia sapiẽtie sue
Tercio fuit beatus laurentius beatus p
pter ꝯuersionem peccatoꝝ. contra pauper
tatem culpe Apoca. 16. Beat⁹ qui vigilat
et custodit vestimenta sua ne nudus am
bulet et videant homines turpitudinem
eius ista vestimenta non sunt corporalia
sed spiritualia virtutũ et moꝝ ornamẽta.
vestimenta em̃ corporalia beatus lauren
tius ꝯtempsit qñ exutus vestimẽtis suis
nudus sup cratẽ ferreã suppositis ignitis
carbonibus fuit extensus. et ibi sacrificiũ
seipsũ deo obtulit vñ dicebat. Ego meipm
sacrificium deo obtuli in odorẽ suauitatis
beatus laurentius nõ solũ ista vestimenta
virtutum et morũ custodiuit sed vestimen
ta cõsimilia ab alijs amissa vel perdita re
cuperauit qñ ipsos ab iniquitate auertit.
Malach. 2. In pace et eq̃tate ambulauit ꝛ
multos auertit ab iniquitate. Quarto fuit
beatus laurentius beat⁹ ppter adeptionẽ
premioꝝ. et hoc quia habuit paupertatẽ
vere humilitatis. ps. Ego vere mendicus
sum et paup et dominus sollicitus est mei
Dñs ita p beato laurentio sollicitus fuit
q̃ super ip̃z oculo charitatis respexit Isa.
66. Ad quem respiciam nisi ad paupercu
lum et contritum spiritu et trementem ser
mones meos. talis paupculus fuit beatus
laurentius. et ideo quia humilis fuit est a
deo exaltatus. Humiliamini sub potenti
manu dei vt exaltet vos in tempore visita
tionis. 1. Petri. 5. Uere em̃ humiliatus in
gloria ẽ beat⁹ Job. 22. Qui hũiliat⁹ fuerit
erit in gl̃ia. Ad quã nos pducere dignet.

De spinea Corona Sermo primus.

Data est ei corona et exiuit vincens vt vince
ret Apocaps. 6. In verbo p
posito tria notãtur in quibus virtus et ef
ficatia passionis christi monstratur. primo
em̃ describitur ab ingressu incarnationis.
cũ dicitur. Data est ei corona. Secundo a
progressu predicationis. cum dicitur. ꝛ exi
uit. Tercio describitur ab egressu in quo
fuit precium nostre liberationis. cũ dicit.
vincens vt vinceret. Quantum ad primum
ergo sciendum q̃ triplex fuit corona domi
ni. prima corona fuit carnea. scda spinea.
tercia aurea. Prima ergo corona domini
fuit corona carnea. Canticoꝝ. 3. Egredimi
ni filie syõ et videte regẽ salomonẽ in dya
demate quo coronauit eũ mater sua. filie
syon sũt aie sancte in specula ꝯtemplatio
nis eleuate que debent p ꝯsiderationem
egredi vt videant regem suum coronatum
corona q̃ ipm mater sua id est beata maria
in vtero suo circũdedit in assumptione car
nis qñ misit deus filiũ suũ factũ ex mulie
re natum sub lege. et sic eos qui sub lege
erãt redemit. et hoc qñ verbũ caro factum
est et habitauit in nobis Joh. 1. qñ vidim⁹
eũ non solũ vnigenitũ a patre sed et vnige
nitũ a matre plenũ gratie ꝛ veritatis Joh.
1. Et sciẽdũ q̃ ista coronatio assumptionis
sue carnis facta fuit in die responsationis
sue qñ sibi humanã naturã in matrimonio
quasi insepabiliter copulauit Osee. 2. Spõ
sabo te michi in sempiternũ. hãc incarna
tionẽ petebat aia sãcta Cãticoꝝ. 8. Q̃s det te
frẽm meũ sugentẽ vbera mr̃is mee vt inue
niã te solũ foris et deosculer te et iam me
nemo despiciat. Tũc em̃ xp̃s frater noster
effectus est qñ natura humana sibi ꝯiũxit
ad lr̃am vbera mr̃is nostre id est beate ma
rie dei genitricis dñs nr̃ ihesus xp̃s suxit
qñ ipm lactauit beata maria. Luce. 11. Bea
tus vẽter q̃ te portauit ꝛ vbera que suxisti
Foris est inuentus qñ in terris visus est
et cũ hoib⁹ ꝯuersat⁹ est. Baruch. 3. sed. vt
deosculer te i osculo sit ꝯiũctio labioꝝ. ꝯ

fideliũ ad xp̄m dꝫ esse ꝑ fidẽ ⁊ dilectionez
ↄiũctio aloꝝ Canticoꝝ.i. Osculetur me os
culo oris sui sequitur ħ. et iã nemo me de
spiciat ex incarnatione xp̄i huãna natura
nõ est despecta sꝫ potius honorata vñ cum
btũs iohẽs apostolus angelum vellet ado
rare q̃ tã sedule satagebat ei secreta cele-
stia reuelare dixit ei vide ne feceris cõser
uus em̃ tu⁹ sum ⁊ frm̃ tuoꝝ necmirũ si an
geli in veneratione magna hñt humanaꝫ
naturã quã in xp̄o vidẽt suꝑ om̃s choros
angeloꝝ exaltatã scd̃o habuit xp̄s coronã
spineã. Joh.19. Milites plectẽtes coronã
de spinis iposuerũt capiti ei⁹ ⁊ veste pur-
purea circũdederũt eũ.ꝑ istã coronã de spi
nis factam creatura fuit ifirmitas hũane
culpe vel iniq̃tatis. Vñ in officio matutia
rũ dr̃ spinea q̃ pupugerat patietẽ dñm pei
tentes liberat a pũctura criminũ nec sivo
luit dñs istã coronã sibi tãq̃ regi solũ reti
nere imo voluit eã apostolis suis martiri
bus cõcedere vñ cuilibꝫ istoꝝ dr̃. Coronãs
coronabit te intribulatiõe Jsa.22. Bis re
plicat nomen coronationis. q2 apostoli et
martires fuerunt coronati tribulatione in
verbis cõtumelioſ ⁊ in q̃uib⁹ tormẽtis sꝫ
in his oib⁹ legittie certauerũt et iõ a xp̄o
meruerunt coronari.2.Thimo.2 Nõ coro
nabitur nisi qui legittie certauerit nez em̃
mors nezvita nez exquisita tormẽta potue
rũt ip̄os sepãre a caritate xp̄i Apocalip.2
Esto fidelis vsq̃ ad mortẽ et dabo tibi co
ronaꝫ vite. Tercia corona q̃m habuit xp̄s
fuit corona aurea Eccle.45 Corona aurea
suꝑ mitrã eius expressa signo sanctitatis.
Corona aurea dr̃ esse suꝑ mitrã xp̄i quia
ip̄e solus rex sũmus vel sacerdos vel pon-
tifex fuit hebreoꝝ.9. Xp̄s assistens ponti
fex futuroꝝ bonoꝝ. Jsta corona aurea su
per mitrã xp̄i fuit expressa signo sanctita
tis q̃ expressio in multis apparuit. Primo
in ei⁹ passione virtuosa. Scd̃o in ei⁹ resur
rectione gloriosa. Tercio in eius ascensio
ne iocũda. Quarto in missione spiritussan
cti fructuosa. Quinto in apostoloꝝ suoruꝫ
sctitate miraculis plena. hoc est id signuꝫ
de quo dr̃ Marci vlti. Signa ante eos qui
crediderunt hec sequẽtur in noĩe meo de
monia eiĩcient. linguis loquentur nouis.
ſpentes tollẽt ⁊ si mortiferꝝ quid biberit
nõ eis nocebit ⁊ super egros manus impo
nẽt et bñ habebunt. hec est expressio san
titatis xp̄i ꝓpter quã expressionẽ sãctita
tis nõ solũ ad regnũ celeste tanq̃ ad obtẽ
tionẽ hereditatis non solum sicut heres le
gittimus ex natura deitatis sed quasi per
quandã acquisitionẽ ex parte humanitatꝭ
quondã iure acquisitionis ꝑ passionẽ per
uenit hebreoꝝ.2. Uidemus iesum ꝓpter
passionem mortis gloria et honore corona
tum. Sic ergo prima ↄmendatur ies⁹ xp̄us
ab ingressu sue incarnationis cum dicitur
Data est ei corona et ista corona triplex est
sicut suꝑius est distincta que triplex coro-
na in capite iesu posita est quod eleganter
Sacharie.6. signatur vbi dicit. Facies co
ronas et pones in capite iesu. Secũdo de
scribitur domin⁹ noster iesus christ⁹ a pro
gressu sue predicationis cũ dicit. et exiuit.
Sciendũ ergo q̃ dominus noster ies⁹ chri-
stus exiuit tripliciter. Primo enim exiuit
per beneficium incarnationis. Secundo
exiuit per officiũ predicationis Tercio exĩ
uit per exhibitũ precium nostre reparatio
nis. Primo ergo exiuit dominus noster ie
sus per beneficiũ incarnatiõis. Eccle.24.
Ego quasi fluuius dorix et sicut aqueduct⁹
exiui de paradiso. Dorix interpretat me-
dicamentum generatiõis in quo signatur
charitas xp̄i et eius humanitas ꝑ quã ob
tinuimus grãm sanitatis ip̄e enim fuit ille
optimus vnguentarius de quo Ecclesiasti.
18. dr̃ Unguentarius pigmenta faciet sua
uitatis et vnctiones ↄficiet sanitatis ꝑ ip̄ꝫ
facte sunt vnctiones sanitatis: qñ infirmi
diuersis languoribus curati sunt et mor-
tui resuscitati fuerunt Mathei.xj. Euntes
renũciate iohanni que vidistis et audistis
Dñs tanq̃ iustus volebat q̃ aliquis pro
ipso deponeret testimoniũ nisi de illis que
tanq̃ visa et audita audacter posset pro-
ponere in iuditium. Unde ⁊ subdit ceci vi
dent: claudi ambulant: leprosi mũdantur:
surdi audiũt. mortui resurgunt. pauperes
euangelisant. propter quod hic dñs noster
ies⁹ christ⁹ dicit fluuius dorix quia fuit me
dicamentum humane generationis. sequi
tur hic. et quasi aqueductus exiuit de pa-
radiso: natura aque ductus est q̃ tantum
ascendit quantũ descendit et ꝓpter hoc cõ
petenter domin⁹ iesus christ⁹ se aquedu-
ctui cõparauit: q2 et de celo descendit ⁊ ad
celũ ascendit. Ps. A summo celo egressio
eius et occursus ei⁹ vsq̃ ad summum eius
vnde exitum aule regie a qua exierat ⁊ de
scensum miserie ad quam pro nobis descẽ
derat descripsit Johannis.16. Exiui a pa-
tre et veni in mũdum et iterꝝ relinquo mũ
dum et vado ad patrem exponam⁹ ita bre
uiter. Exiui a patre per eternam generati
onem. et veni in mundũ per temporalem
carnis assumptionem et iterum relinquo

mundum id est mundi miseriam. et ascen-
do ad patrem id est ad patris gloriam ubi
christus est in dextra dei sedens. Secūdo
exiuit per officium predicationis Luce. 8
Exijt qui seminat seminare semen suum.
sicut ibidem dicitur. semen est verbum dei
sator aūt christus semen ergo seminare ni
chil aliud est q̄ꝫ verbum dei predicare vl'
docere. Sic ergo christus verbum semina
bat quando verbum suum in virtute ꝛ po
testate ꝓponebat Matei. 7. Erat docens
eos sicut potestatem habens et non sicut
scribe et eorum pharisei. Ille in potestate
dicitur docere cuius doctrinam cōcomita
tur bonitas vite primo vt in seipso osten-
dat quod alijs predicat. sicut christus ostē
dit in se de quo Actuū. i. legitur. Cepit ie
sus facere et docere cōtra multos qui ꝑm
sanctum euangelium bona et honesta pre
dicant per latentem autem malitiam et ex
terius in signis patentem predicationem
suam deturpant quib⁹ ꝯpetit id Genesis
7. Uox quidē vox iacob est man⁹ aūt manus
sunt esau. vox predicatoris vox iacob est.
quando laudabiliter proponit verbum di
uinum sed manus eius sunt manus esau.
quando reprehensibiliter seipsum extēdit
ad opus malum. Tercio exiuit ꝑ exhibitū
beneficium nostre reparatiōis Johis. 19.
Exiuit ergo ihesus portans spineam coro
nam et purpureum vestimentum. In hoc
q̄ exiuit ihesus portans coronam spineaꝫ
designatur ei⁹ afflictio in hoc q̄ exiuit por
tans purpureum vestimentum designatur
eius irrisio. vt per spineam coronā nobis
ostenditur q̄ pro ipso spinas tribulatiōm
libenter sustinere debemus ꝛ ꝑ purpureo
vestimento in quo irrisus fuit ꝓ ipso irri-
siones in omni patientia portaremus sed
sicut boni milites post regem suum exeūt
vt ad modum voluntate eius faciant ita fi
deles christi post ipsum exire debent vt se
ipsos pro christo sicut pro ipsis se exhibuit
ita et ipsi se exhibeant Hebreoꝝ. 13. Exea
mus ad eum extra castra improperium ei⁹
portantes christus improperia peccatorū
portauit pro populo isto vnde et quilibet
improperium eius debet assumere in seip
so. Nam istud non vocat a merito sed re-
muneratur future ciuitatis glorioso pre-
mio et ideo ibidem subditur non habem⁹
hic manētem ciuitatem sed futuram inqui
rimus homo pauper qui non habet ꝓpri
um hospitiuꝫ in quo possit ꝯsistere siue qui
escere conducit alienū hospitium quo pos
sit quoquo modo remanere et id hospitiū

modo consueto conducit ad annū. sed non
est aliquis qui sciat si habeat hospitiū per
diem vnum. ad illam ergo mansionem to-
tis visceribus aspirem⁹ quā futurā nobis
tāq̄ꝫ hereditariā expectam⁹ Tercio descri
bitur nobis xp̄s ab egressu i quo fuit ꝓciū
nr̄e liberatōnis cū dr̄. vt vinceret. Dupli-
cat i hac auctoritate btūs Johānes nomē
victorie. Xp̄s eīm vicit dupliciter. Primo
enim vicit paucos de iudeis id est aposto-
los et discipulos ad familiaritatem suam
trahendo vel vocando. sed postmodum vi
cit aliter vt per predicationem istorum ad
christum vocaretur gentium multitudo.
Actuum. 13. Uobis oportebat primum lo-
qui verbum dei sed quoniam repellis il-
lud et indignos vos iudicatis vite eterne
ecce conuertimus ad gentes sic eīm nobis
precepit dominus. Sciendum est ergo q̄
dominus vicit tripliciter. primo enim vi-
cit falsitatem veritate. secundo vicit forti-
titudinem potestate. tercio vicit vanitatē
firmitate vel stabilitate. Primo ergo chri
stus vicit falsitatem veritate scd̄o. Esdre. 3
Super omnia vincit veritas. Christus est
ille qui de seipso dicit. Ego sum veritas via
et vita Johannis. 14. Christus est via du
cens. veritas lucens. vita indeficiens. iste
qui est veritas omnia vicit quia nullus in
scientia vel veritate potest ei cōparari imo
oportet omnem creaturā sua scientia supe
rari. Job. 36. Ecce deus magnus vincens
scientiam nostram numerus annorū eius
inestimabilis. Quid mirum si sapiētia dei
sapientia nostra vincitur cū numerus die-
rum eius inestimabilis dicatur nos dici-
mus q̄ antiqui debent esse sapientes: dic
mus etiam q̄ nemo eligit iuuenes esse du
ces. eo q̄ non constat eos esse sapientes.
Job. 12. In antiquis est sapientia ꝛ i mul-
to tēpore prudentia. Quomodo ergo crea
tum se auderet creatori suo comparare cu
ius annos non potest aliquatenus nume
rare. Sapientia enim que christus est de
seipsa dicit. Ego sapientia ex ore altissimi
prodij primogenita ante omnem creaturā
Ecclesiastici vicesimo quarto. Antiq̄ores
annos iunioꝝ cognoscere debēt. sed iuni
ores annos antiquoꝝ ignorant ꝛ ideo oci
osi quando de annis antiquoꝝ inquirunt
et si non sunt ociosi videntur tamen esse o
ciosi. Secundo vicit fortitudinem potesta
te Luce. xi. capitulo. Fortis armatus cu
stodit atrium suum in pace sūt omnia que
possidet si autem fortior illo superueniens
vicerit eum vniuersa arma eius auferet in

quibus cōfidebat ꝛ spolia distribuet. Fortis armatus est christus per quem dyabolus qui fortis armatus erat ꝛ fere omnes in carcerem sua potestate trahebat est deuictus et armis tam' ten tationū crudeliū ꝙ vexatione hominum qui demoniaci vocari consueuerunt pro magna parte exspoliatur spolia autē que eius esse consueuerant per christum apostolis suis eam consimilibus in diuersa et honorabilia ecclesie officia distributa sunt. Epheseos. 4. capitulo. Ipse dedit quosdam apostolos quosdam autem prophetas alios vero euangelistas. alios autem postores ꝛ doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij in edificationem corporis christi. Tercio vicit vanitatem firmitati vel stabilitate Johannis decimosexto capitulo. Cōfidite ego vici mundū. Christus vicit mundum qui mundi vanitatem non dilexit. Vñ cum iudei vellent ipsum rapere vt eum facerent regē ab ipis fugit. sicut dicitur Jo. 6. Nos exemplo ipius si filij eius esse velimus mundi vanitatē fugere debemus. Et ẜm istaꝫ viam ꝓ modulo nostro christi exemplo vicimus primo Johis. 5. Omne quod natum est ex deo vicit mundum. si ergo nati vel filij christi sumus mundum cōtemnamus et per contemptum mundi ipꝫ vincamus vt dulcedinem vite eterne assequamur Apocalipsis. 2. Vincēti dabo māna abscōditū. istud māna abscōditū est refectio eterne iocunditatis quam et si deus mō abscondet a nobis tñ ondet nobis in tempore sue retributionis. Ad quā nos ꝑducere dignetur q̄ viuit ꝛ regnat in scła.

¶ De spinea Corona. Sermo secundus.

Egredimini et. videte filie syon regem salomonem in dyademate quo coronauit eum mater sua. Canticoꝝ tercio capitulo. In verbo ꝓposito tria notantur ad que sacra scriptura nos hortatur. Prio enim hortatur nos ad studium consideratonis cum dicit. Egredimini et videte filie syon. Secundo ponit considerationis obiectum. cū dicit regē salomonē. Tercio subdit considerationis fructū. cū dicit in dyademate quo coronauit eū mr̄ sua. Quātū ergo ad primū dicit. Egredimini et videte filie syō. Sciēdū ergo q' tria sunt ad que debemus egredi. Primo em̄ debem⁹ egredi ad studium considerationis. Secūdo ad exercitum bone operatiōis. Tercio ad fastigium sancte contēplationis. Prio em̄ egredi debemus ad studiū cōsiderationes Genesis. 24. Isaac egress⁹ erat ad meditādum in agro declinata iam die. In ista autem auctoritate modus scolariū studentium imprimitur qui inclinata iam die id est circa vesperam ad agros egrediuntur vt circa ea que audierunt et studerunt meditentur. Vt audita vel lecta frequenti meditatione memorie commēdentur et sic sapientia acquiratur. Non enim sapientia de facili potest acquiri sine frequenti meditatione et inquisitione diligenti prouerbiorum secundo capitulo. Si sapientiam inuocaueris et inclinaueris cor tuum prudentie et quesieris eam quasi pecuniam et sicut thesauros effodieris illam tunc intelliges timorem domini et scientiam dei inuenies. Illa diligenter querere solemus q̄ magni valoris esse reputamus. Sapientia enim diligenter debet inquiri cuius valori nichil desiderabile potest comparari. Prouerbiorum. 3. capitulo. Preciosior est sapientia cunctis opibus. et omnia que desiderabantur, huic non valent comparari. Secundo debemus egredi ad exercitium bone operationis. Canticoꝝ. 7. capitulo. Egrediamur in agrum ꝯmoremus in villis mane surgamus ad vineas. Tria sunt operum genera que ponit hic sacra scriptura. quedam em̄ sunt opera laboriosa. que tangit sacra scriptura. cum dicit. Egrediamur in agrum. Quedam sunt opera studiosa que tangit. cum dicitur commoremus in villis. Quedam sunt opera delitiosa. que tangit cum dicit. mane surgamus ad vineas. Primo ergo tāgit opera laboriosa. cum dicit. egrediamur in agrum. Agricole eniꝫ agrum egrediuntur et ibi laboriosis operibus implicantur. homines em̄ ad laborem nascuntur Job. 5. capitulo. Homo nascitur ad laborem sicut auis ad volatum. Opera bona quanꝙ sint laboriosa non tamen sūt euitanda quia sunt fructuosa primo. Chorinteorum. 3. Vnusquisꝙ propriam mercedem accipiet ẜm suum laborē. dei enim sumus adiutores dei agricultura estis. dei edificatio estis. Secundo tangit opera studiosa cum dicit. commoremus in villis enim cōmorantur studiosi tam in liberalibus disciplinis ꝙ in artibus mechanicis. et quicquid sit de artibus alijs precipue et diligēter debemus studere in acquisitione sapiētie salutaris que dupliciter obtinetur. scꝫ studioso labore et diuino munere. propter laborem studiosum dicitur. Sapientie. 9.

Mitte illam de celis sanctis tuis et a sede magnitudinis tue vt mecum sit et mecum laboret Quantum ad munus diuinū dicit Sapiē.9. Difficile estimamꝰ q̄ terra sunt et q̄ in ꝓspectu sunt inuenimꝰ cū labore q̄ in celis sunt autem quis inuestigabit. Sēsum tuum quis sciet nisi tu dederis sapiētiam. Tercio tangit sacra scriptura opera delitiose cum dicit mane surgamus ad vineas. Ex vinea vinum nascitur in quo homines letantur et etiam delectantur. psalmista. Uinum letificat cor hominis. Per vinum istius vinee possumus intelligere dulcedinem charitatis interne. Hoc vino dilecti christi letificātur quando charitas per spiritumsanctum nobis infunditur vt habetur ad Romanos.5.capitulo. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctum qui datus est nobis. Hoc vinum optimū dignum dilectio christi ad potandum. labiis et dentibus illius ad ruminandū. Tercio debemus egredi ad fastigium contemplationis Isaie vndecimo Egredietur virga de radice yesse ⁊ flos de radice eius assendet ⁊ requiescet super eū spiritus domini yesse interpretatur incendium amoris. Tunc ergo virga de radice yesse egreditur quando rectitudo intentionis de incendio amoris oritur tunc autē flos de radice yesse ascendit. quando homo post incendium amori et rectitudinez intentionis ad fastigium contemplatōnis seipsum erigit tunc autem super eum spiritus domini requiescit quando in seipso spiritus domini consolationem [etiam in tribulationibus] sentit. ipse enim est pater misericordiarum et deus totius consolationis qui consolatur nos in omni tribulatione nostra scdo. Chorinteorum primo Huius spiritussancti consolationem in se ipso senserat sapiens qui dicebat. Sapiē. 12. Ꝙ bonus et suauis est domine spiritus tuus in nobis. Sic ergo pmo ponit sacra scriptura considerationis actum cum dicit egredimini ⁊ videte filie syon. Secūdo ponit cōsiderationis obiectum cum dicit. regem solomonem. Salomon interpretatur pacificus. per quez christus bene signatur qui recte pacificus dicitur. qr nos deo prī et angelis reconciliauit Epheseos.2. Ipse est em̄ pax nostra qui fecit vtraꝙ vnum. Homines per peccatum a celestibus spiritibus erant separati et elongati sed ꝑ sanguinem christi quez ꝓ nobis peccatoribꝰ effudit christus ihesus sunt angelis pacificati et reconciliati. Collos.1. Pacificans per sanguinem crucis eius siue que in terris siue que in celis sunt. Nos ergo exemplo christi informati debemus et sicut xp̄s fuit pacificus ita et nos pacifici esse debemus. Sciendū est ergo ꝙ quilibet homo triplicem pacem debet habere. Primo em̄ debet hr̄e pacē ad deum Isaie. 48. Utinā attendisses mādata mea facta fuisset sicut flumen pax tua. Hic habes ꝙ ex obseruantia mandatoꝝ fit ad deum pax et cōcordia electorum. Sed notabile est ꝙ dicit facta fuisset sicut flumen pax tua. Ego video in flumine duo. scꝫ tranquillitatē et abundātiā vel felicitatē. Flumina em̄ trāquillius ꝙ̄ torrentes fluere solent. Unde poeta. Nam qui fluuialibus vndis intumuittorrēs fluit acrius amne perhenni. In fluuio etiam video abundantiā. torrentes enim solent exsiccari non fluuij. in quo notatur ꝙ pax nostra dꝫ esse tranquilla ⁊ debet eē multa. ps. Pax multa diligentibus legem tuam et non est illis scandalum. Ex obseruatione ergo mandatoꝝ fit ad deum recōciliatio animorum et multiplicatio dieꝝ ⁊ annoꝝ. Prouerbi.3. Precepta mea cor tuū custodiāt. longitudinem em̄ dierum et annos vite et pacem apponent tibi. Scd̄o dꝫ homo habere pacē ad seip̄z phili.4. pax dei que exuperat oēm sensū custodiat corda vestra et intelligētias vestras. pax dei duo facit in nobis ipsa enim dulcorat affectum et illuminat intellectum. quātum ad dulcorationem affectionis dicit. pax dei custodiat corda vestra. quantum ad illuminationem rationis. dicit et intelligentias vestras. ista pax in presēti vita inchoatur. sed in vita beata consummabitur Isa. tricesimo secundo capitulo. Sedebit populꝰ meus in pulchritudine pacis et in tabernaculis fiducie in requie opulenta. Tria dicit que erunt in vita beata. Ibi em̄ erit tranquillitas sine perturbatione. et quantum ad hoc dicit. sedebit populus meus in pulchritudine pacis. ibi etiam erit securitas sine timore vel hesitatione. et quantuz ad hoc dicit. in tabernaculis fiducie. ibi et erit abundantia vel vbertas sine defectione. ⁊ quantum ad hoc dicit. in requie opulentia. Tercio debet homo habere pacem ad ꝓximum Romanorum.12.capitulo. Si fieri potest ꝙ ex vobis est cum omnibꝰ hominibus pacem habentes. Dominus vult ꝙ electi sui sint in ecclesia sua. quasi oues in ouili dominico pacem habentes. non sicut canes rabidi inuicem mordentes. Gallath. quinto capitulo. Si inuicem mor

detis et comeditis videte ne ab inuicem cõ
sumamini. hoc est contra regulares clau
strales murmuratores detractores seipsos
ad inuicem et prelatos suos mordentes et
comedentes. boni ergo religiosi de obser
uatione pacis et concordie debent esse sol
liciti. Ephesios quarto capitulo. Solliciti
seruare vnitatem spiritus in vinculis pa-
cis. Ea que in vinculo constringuntur ru-
pto vinculo abinuicem dissoluuntur. Sic ꝑ
pacem et concordiam fit coniunctio animo
rum. per discordiam vero fit dissolutio ⁊ se
paratio. impiorum vt habetur Isa. 57. ca
pitulo. Non est pax impijs dicit dominus
immo impios comparat feruenti mari qđ
vento commotum non quiescit Isaie. 57.
Cor impij quasi mare feruens quod quie-
scere non potest. sic ergo ponit sacra scri-
ptura considerationis obiectum. cuz dicit
regem salomonem. Tercio ponit conside
rationis fructum cum subdit. in diadema
te quo coronauit eũ mater sua. Mater chri
sti synagoga dicitur. a quo christus fuit
triplici dyademate coronatus. Sciendum
ergo ꝙ ẽ triplex dyadema. Primo est dya
dema tribulationis. Secundo est dyade-
ma discretionis et etiam discussionis.
Tercio est dyadema glorie ⁊ honoris vel
eterne tribulationis. Primo ergo est dya
dema tribulationis quo dyademate chri
stus coronatus fuit. Ecclesiastici. xi. Insu
spicabilis portauit dyadema quis vnꝙ̃
posset suspicari ꝙ ille per quem facta sunt
omnia et sine quo factũ est nichil portaret
dyadema de spinis. attamen christus ve-
rus homo et verus deus huiusmodi dya
dema portauit. quis vnꝙ̃ posset suspicari
ꝙ ille ꝑ quẽ ceci vident claudi ambulant.
leprosi mundantur. mortui resurgunt. pau
peres euangelisantur. quis vnꝙ̃ credere
posset ꝙ talis et tãtus dyademate spineo
fuit coronatus Mathei. 27. Milites ple-
ctentes coronam de spinis imposuerũt su
per caput eius in hoc dyademate spineo
posito super caput xp̄i magnificentia dei
patris conscripta fuit. Sapientie 18. Ma-
gnificentia tua in dyademate capitis illꝰ
scripta erat ista magnificentia fuit digni-
tas regia capiti christi sup̱ scripta. Math.
27. Imposuerunt super caput eius causã
ipsius scriptam. hic est ihesus nazarenus
rex iudeoꝝ. Secundo est dyadema discre
tionis vel discussionis Job. 29. Justicia in
dutus sum et vestiui me sicut vestimento
et dyademate iudicio meo. bonuz vestimẽ
tum non potest exterius vetustate cõsumi
Sap̄. i. Justicia ꝑpetua est et immortalis.
Dyadema etiam iudicij ⁊ vltime discussio
nis christus habebit quãdo in die iudiciũ
tam electos ꝙ̃ reprobos iudicabit Danie
lis. 7. Fluuius igneus rapidusꝙ̃ egredie
batur a facie eius. milia milium ministra-
bant ei et decies centena milia assistebãt
ei. iudicium mirabiliter debemus timere
quia velimus nolimus sicut sacerdos va
dit ad synodum oportebit personaliter
comparere. 2. Chorinteorum. 5. Omnes
nos manifestari opʒ ante tribunal christi
vt recipiat vnusquisꝙ̃ ꝓpria corporis ꝓut
gessit siue bonũ siue malum. Tercio ẽ dya
dema glorie et honoris vel eterne retribu
tionis Isaie. 62. Eris corona glorie in ma
nu domini tui deus erit corona glorie ele
ctis suis ipsos in animas gloria et hono
re coronãdo. Erit etiã dyadema regni ele
ctos suos in corpore gloriosis dotibꝰ illu
strando Sapientie. 5. Justi autem imper-
petuum viuent et apud dominum est mer
ces eoꝝ et cogitatio eoꝝ apud altissimum
ideo accipient regnum decoris et dyade
ma spei de manu domini. quod erit in per
ceptione eternalium premiorum. quando
iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eo
rum Mathei decimotercio. c. Ad quod re-
gnum nos perducere dignetur qui viuit ⁊
regnat in secula seculorum. Amen.

¶ De assumptiõe bea te Marie. ¶ Sermo primus.

QUe est ista que
ascendit de deserto delitijs
affluens. Canticorum. 8. Ad
commendationem gloriose virginis in pro
posito verbo notãtur duo. Primo enim no
tatur eius humilitas imitando. cum dici
tur. Que est ista que ascendit de deserto
Secundo notatur eius felicitas appeten
da. cum subditur. delitijs affluens. Quãtũ
ad primũ notãtur duo. scʒ ascẽsionis actꝰ.
cum dr̄. ascendit ⁊ ascensionis locus. cũ dr̄
de deserto. Sciẽdũ est ergo ꝙ beatissima
virgo Maria hodierna die ascẽdit ad celũ
de deserto id est de p̄senti mũdo qui dr̄ de
sertũ triplici rõne. Primo qꝛ est in hoc mũ
do transitoria habitatio. Secũdo quia vel
rara vel nulla est hic verborum bonoꝝ de
lectatio. Tercio quia ẽ hic multimoda ma
lorum tribulatio. Primo igitur qꝛ in mũdo
est transitoria habitatio. idcirco compara
tur deserto vt habetur. Sapientie. xi. ca.

Iter fecerunt per deserta que non habitã
tur et in locis desertis fecerunt casas. Ca
se in hoc loco dici possunt papiliones vel
tentoria que non sunt dominus ciuium sz
militantium. Et nos q̄diu in hoc mundo
sumus in continua militia esse debemus
hostes sensibiles et inuisibiles scz mundũ
carnem et demones sustinemus vt habet.
Job septimo capitulo. Militia est vita ho
minis super terram. Et vt simus milites
strenui i hoc exercitio militari monet nos
apostolus secundo. Chorinteoꝝ. decimo
capitulo. Arma milie nostre non sunt car-
nalia sed potentia deo ad destruitionẽ mu
nitionum. consilia destruentes et omnem
altitudinem extollentem se aduersus sciẽ
tiam dei. Sed in ista militia quidam tota
liter ignorantes sunt qui sunt carnales. i.
Chorinteorum secundo. Animalis homo
non percipit ea que sunt spiritus dei. Qui
dam autem et si sunt spirituales ab operi
bus carnis ad spiritum conuersi non tamẽ
multum possunt in hoc bello spirituali. qz
in eo non sunt exercitati. sed sunt negligen
tes ꝛ pigri. signati per dauid qui cum esset
adhuc iuuenis et esset indutus armis sau
lus dixit. non possum sic incedere quia nec
vsum habeo. sed postmodum post multa
prelia acquirens artẽ bellandi per multum
exercitium dicebat loquens de bello spi-
rituali. Exercitabar et scopebam spiritum
meum. Dominus autem qui suos milites
in bello deserere nescit in isto bello spiri-
tuali nos non deserit. sed est paratus iuua
re ad ostendendem viam in columna nu-
bis. Nubes est gloriosa virgo mater chri
sti in in qua tanq̄ in nube filius dei voluit
incarnari et obumbrari vt nos precederet
et iuuaret in forma visibili. Ecclesia. 24.
capitulo Ego in altissimis habitaui ꝛ thro
nus meus in columna nubis. Secundo di
citur mundus desertũ quia in ea nulla vel
rara est delectatio psalmista. In terra de-
serta inuia et in aquosa. Mundus dicitur
terra ꝓpter absentiam virtutũ. Inuia pro
pter transgressionem mandorũ que sunt vi
ta perueniendi ad celum. sed inaquosa di
citur ꝓpter ariditatem mentiũ. ꝓpter de
fectum roris vel pluuie deuotionis siue la
chrimarum. Unde in huius figura conque
rebantur filij israel. Numeri. xx. Cur indu
xisti nos in desertum locum istum pessimũ
qui ficus non gignit. nec vineas nec malo
grauata insuper et aquam non habet. isto
rũ omnium defectum in nobis sentimus sz
ad consilium domini quod ibidinem datur

recuramus. ibi enim moysi dicitur ꝙ acci
peret virgam et percuteret hijs silicẽ et il
lis daret aquam. Quod cum ita factum es-
et aque latissime de petra fluxerunt. vir
ga est beatissima virgo mari. de qua in ec
clesia cantatur Uirgo dei genitrix virga ẽ
flos filius eius petra vero est christum pri
ma. Chorinteorum duodecimo capitulo.
petra autem erat christus. Ad istam vir-
gam debemus recurrere et ipsam accipere
id est ipsam vt pro nobis roget interpella
re sed dicitur ꝙ virga est petra bis percus
sa per quod datur intelligi ꝙ beatissima
virgo duobus modis filium suum rogare
consueuit. Primo iure dilecte supplican-
do excellentie summe maiestatis: Secũdo
iure matris. Quasi imperando latescenti
dulcedini ex ea assumpte humilitatis. In
cuius figura tercio. Regum secũdo dicitur
Pete mater mea: nez em̃ phas est vt auer
tam faciam tuam. et tunc cum secundo ex
virga lapis id est christus a virga id est vir
gine maria percutitur ex petra aque latis
sime deuotionis et compunctionis ad ab
lutionem peccatorum. hanc aquam de pe
tra acceperat dauid qui dixit Lauabo per
singulas noctes lectum meuz lacrimis me
is stratum meum rigabo. psalmista. Ter
cio mundus iste dicitur. desertum quia in
ipso est multitudo tribulationis. quod be
ne signatum est in filijs israel qui innume
ras tribulationes sustinuerunt quando.
transeundo per desertum ad terram pro-
missionis deuenerunt. et vt multis mini-
ma referemus vt habetur. Numeri vicesi
mo primo capitulo dicitur. ꝙ immisit do
minus serpentes igneos in filios israel ꝓ
pter peccata eorum ad quorum plagas et
mortes plurimorum clamauerunt ad moy-
isen et ille clamauit ad deum qui dixit ei
vt faceret serpentem eneum et pro signo e
rigeret illum ad cuius aspectum filij isra-
el qui serpentum morsibus percuterentur
sanarentur. Bene dicit ꝙ erigeret serpen
tẽ pro signo quia omnia contingebãt illis
in figura sicut dicitur primo Chorinteoruz
decimo capitulo. Unde per serpentem qui
est in palo erectus signatur christus qui ẽ
in patibulo crucis eleuatus ad cuius aspe-
ctum a morsibus serpentum spiritualium.
id est a veneno mortifero peccatorum. li-
beramur vt habetur. Hebreorum duode-
cimo capitulo. Aspicientes in autorem fi
dei consummatorem ihesuz qui proposito
sibi gaudio sustinuit crucẽ ꝯfusioni ꝯtẽpta
istam etiam virtutem serpentes spiritua
les fugandi dominus gloriose virgini ma

tri sue cõmunicauit Ecclesiastici.24. Ego
quasi vitis fructificaui suauitatem odoris
Odor vitis florẽte vinea talis virtutis eẽ
dicitur: ꝙ omne reptile venenatũ ab ea ex
ire compellitur. in quo signatur euidenter
ꝙ potestas fugandi demones gloriosissi-
me virgini ꝯmunicatur. Ad eam ergo per
cussi a serpentibus fiducialiter recurram⁹
sic ergo per desertum signatur ascensionis
locus. Scdo notatur ascensionis actus. cũ
dicitur. Que est ista que ascendit. Et scien
dum ꝙ beatissima virgo hodie tripliciter
ascendit. Primo per modum nubis ad irri
gationem aridorũ. Scdo ad recreationem
infirmoꝝ. Tercio per modum aurore con
surgentis ad illuminationem indoctorum
Primo ergo ascẽdit beata virgo maria ꝑ
modũ nubis ad irrigationem aridorum.
tercio Regũ.18. Nubecula parua q̃si vesti
gium hois descendebat de mari. Nubecu
la parua est virgo maria que dicit̃ nubes
ratione irrigationis. sed dicitur nubecula
parua ratione humilitatis. ipsa eñ ꝛ si sit
dignitate magnifica. fuit tamen humilita-
te modica. que humilitas multũ fuit i ocu
lis redemptoris accepta Luce.1. Respe-
xit humilitatem ancille sue. Uñ ꝛ nos pec
catores multum debemus nos humiliare
quia homo semper est acceptior in oculis
dei quanto magis humiliat. displicet au-
tem deo quantũcunꝗ modicum per super
biam se eleuat: qd cõpetenter potest ꝑ exẽ
plum manufactum videri si hostium opor
teat te transire cuius limen sit ita bassum
ꝙ no possis erecto capite transire nihil no
cet quantũcunꝗ inclinaueris. sed si mensu
ra transumpti digiti subito te erexeris cũ
cassato capite vulneraris. Sic ergo appe-
tenda est humilitas que vulnus fugit de-
clinanda supbia que vulnus infligit. Sic
ergo beata virgo maria dicitur nubecula
parua. sed sequitur. quasi vestigium homi
nis. Homo christ⁹ est de quo in ps̃. 86. dr
homo natus est in eo. ꝛ ipse fundauit eaꝫ
altissimus. iste homo vestigiũ sue sanctita
tis in gloriosa virgine dereliquit. nec miꝝ
pes eñ in solo transitu vestigiũ sui simili-
tudinem in puluerem imprimit. nõ est er-
go miꝝ si filius dei vestigium sue sanctita
tis in gloriosa matre impressit cuius vte-
ro per nouem mensium spacia et tempora
habitauit. Species aromatice in arca in q̃
fuerunt et cũ amore fuerit odoris sui fra-
grantiam derelinquunt. non est ergo mi-
rum si ille qui est origo et thesaurus odo-
ris omnis gratie et virtutis vestigiũ i sua
sacratissima matre dereliquit odoris et su
auitatis. Unde in ꝑsona ipsius dicitur Ec
clesiastici.24. Sicut cynamomũ et balsa-
mum aromatisans odorẽ dedi. quasi myr-
ra electa dedi suauitatẽ odoris. Ista nube
cula parua habẽs quasi vestigiũ hominis
ascendebat de mari. Mare eñ signat pre-
sens seculum qd multis amaritudinibus
est respersum. de hoc maria gloriosa virgo
hodie ascendit et ad portum salutarẽ vite
eterne peruenit. Sciendum est ꝙ mare na
uigantes quanto maiora discrimina tẽpe
states et pericula patiuntur in mari tanto
amplius cum ad portum perueniunt letã-
tur. Sic et sancti quanto maiora certami-
na ludibria et verbera patiuntur propter
christũ tanto amplius letantur quãdo ad
salutis eterne portum peruenerũt quem to
to corde in vita sua desiderauerũt ps. De
duxit eos in portũ voluntatis eorũ. Scdo
ascendit gloriosa virgo maria ad modum
fumi aromatis ad recreationem infirmo-
rum Canticoꝝ.3. Que est ista que ascẽdit
per desertũ sicut virgula fumi ex aromati-
bus mirre ꝛ thurris ꝛ vniuersi pulueꝛ pig
mentarij. Beata virgo ascendit sicut virgu
la fumi. Non ad modum fumi oculos of-
fendentis De quo Prouerbiorũ.x. Sicut
acetum dentibus et fum⁹ nocet oculis sic
piger his qui miserunt eũ sed ascendit ad
modũ fumi aromatici infirmos recreãtis
et obsessos a demonibus liberãtis Tobie
6. Fumus eius extricat om̃e genus demo-
niorũ siue a viro siue a muliere. ita vt nec
accedat vltra ad eos. Natura fumi est vt
quanto altius ascendit tanto amplius ab
humanis aspectibus se subtrahit. Sic be
atissima virgo maria. hodie ab humanis
aspectibus est subtracta et angelicis aspe
ctibus presentata sed sub speciebus aroma
ticis species virtutum quibus beatissima
virgo ornata erat describit sub noie mirre
virtutem abstinentie. siue macerationis
carnis oñdit Mirra eñ corpus conseruat
a putredine. sic abstinentia cõseruat a car
nalis voluptatis putrefactione ꝑpter in ꝑ
sona eius Canticorũ.5. dicitur. Digiti mei
pleni sunt mirra ꝓbatissima. Mirra dici-
tur ꝓbata qñ cum vitijs et cõcupiscentijs
carnem suã crucifigũt penitentes. sed pro
batior est qñ ipsam crucifigũt in virtutib⁹
perficientes sed ꝓbatissima qñ ipsam cru-
cifigũt innocentes. mirra ergo maceratio
nis carnis gloriose virginis probatissima
fuit que tante sanctitatis extitit ꝙ eã altis
simus in vtero matris tanꝗ futurã suã ta

bernaculū ſanctificauit. ſed cū dixiſſet ex
aromatibus mirre vbi ſignatur macera cō
carnis addit et thurris in quo ſignatur de
uotio orationis Apocalipſis. 8. Data ſunt
illi incenſa multa vt daret de orationibus
ſanctoꝝ omniū ſuper altare aureū qđ eſt
ante thronum dei et ſequitur. Et aſcendit
fumus incenſoꝝ de orationibus ſanctorū
Beatiſſima eñ virgo et orationibus ſuis
apud filium nos adiuuat et orationes no-
ſtras efficaces facit. cum ipſas proprio fi-
lio repreſentat. ſequitur et vniuerſi pulue
ris pigmentarij. vbi deſignatur omniū vir
tutum varietas ex quib⁹ quaſi ex veſtimē
to nuptiali eſt varia pulchritudine deco-
rata. ps. Aſtitit regina a dextris tuis i ve
ſtitu de aurato circūdata varietate Tercio
aſcendit ad modū aurore ad illuſtrationē
indoctorū Canticorū ſexto. Que eſt iſta q̄
progredit quaſi aurora conſurgens. Au-
rora conſurgens tenebras noctis expellit
Sic beata virgo hodie ad celū aſcendens
ſuis precibus a peccatoꝝ tenebris ⁊ a pec
catoribus tenebras peccatoꝝ detergit. vt
ſicut aurore lux diei ſuccedit ſic in nobis
lux gratie ⁊ v̄tutis Ephe. 5. Fuiſtis aliqn̄
tenebre nūc autem lux in domino hic aſcē
ſus glorioſe virginis Canticorū. 3. Bene
deſcribitur vbi dicitur. Ferculū fecit ſibi
rex ſalomon de lignis libani colūnas ei⁹
fecit argenteas: reclinatorium aureū aſcē
ſum purpureum. Per regem ſalomonem
ſignatur chriſtus qui fecit ſibi ferculum.
id eſt ſcđm gloſam. cetum apoſtolorū in
quibus ſicut in cathedra ferreretur per or
bem terrarum. 1. Choriateorū. 6. Empti
eſtis precio magno glorificate et portate
deum in pectore veſtro. Iſtud ferculū fuit
de lignis libani glo. Fortibus celſis odo-
riferis imputrabilibus candidis. Apoſto-
li fuerunt fortes per patientiam. celſi per
contemplationem odoriferi per bonam fa
mam: imputrabiles per longanimitatem
candidi per innocentiam ſeu caſtitatem.
ſequitur. Columnas eius fecit argenteas
columne poſſunt dici ſpecialiter tres apo-
ſtoli qui fuerunt pre ceteris ſecretarij do-
mini et pre ceteris quandoꝗ ad ſecreta
opera vocati. Quod tāgit Gallathas ſcđo
Jacobus et cephas ⁊ iohānes qui videbā
tur columne eccleſie dextras dederunt mi
chi. Et barnabe ſocietatis iſti dicuntur co
lumne argentee. Columne quia erecti re-
ctitudine intentionis. ſed argētee dicūtur
quia ſonori fuerunt voce p̄dicationis. ſe-
quitur. Reclinatorium aureum. iſtud re-
clinatorium ſpecialiter beatus iohannes
poteſt dici. quia ſuper pectus domini ca-
put ſuum declinando in cena recubuit. e
ibi aquas ſapientie ſalutaris que auro cō
parantur in tanta abundantia potauit q
ipſe repletus quaſi dominica canalis to-
tam eccleſiam predicando ⁊ ſcribendo qua
ſi ortum dominicum irrigauit. et irrigan-
do vt fructum faceret fecundauit vel ſpūa
liter. reclinatorium aureum poteſt dici re
quies eterna que ſanctis conſeruatur poſt
multas tolerantias laborū ad quod vocat
dominus cum dicit. Uenite ad me omnes
qui laboratis et honerati eſtis et ego reſi
am vos Mathei. xi. ſequit. aſcenſum pur-
pureum iſtum aſcenſum purpureum dñs
ieſus chriſtus primo in ſeipſo exhibuit qn̄
purpuratus proprio ſanguine in die para
ſceues aſcendit. quod admirantes angeli
in die aſcenſionis dicebāt Iſaie. 63. Quis
eſt iſte qui venit de edon tinctis veſtibus
de borſa. iſte formoſus in ſcola ſua gradi-
ens in multitudinem virtutis ſue ⁊ reſpō-
det Iſaias ex verbis ſaluatoris. Ego qui
loquor iuſticiam et propugnator ſum ad
ſaluandum. iterato querit Iſaias ex ver-
bis angeloꝝ: quare ergo rubrum eſt indu-
mentum tuum et veſtimenta tua ſicut cal-
cantiū in torculari et reſpondet ex verbis
ſaluatoris. Torcular calcaui ſol⁹ et de gen
tibus non eſt vir mecum: Calcauerat dñs
in paſſione quaſi muſtū rubeū et ideo non
erat mirum ſi rubrum erat indumentum
eius. ſed quia terreni reges ſolent habere
milites ad veſtes ſuas veſtibus ſuis conſi
miles. iſtam veſtem rubeam dñs non ſibi
ſoli retinuit ſed ſuis apoſtolis ⁊ martiri-
bus ꝯmunicauit Canticoꝝ. 7. Come capi
tis tui ſicut purpurea regis tincta canali-
bus. Come capitis fuerūt apoſtoli et mar
tires chriſti. qr ſicut come adherent capiti
ita ipſi inſepabiliter adheſerunt chriſto vt
nec tormentis nec morte potuerūt aliqua
tenus ſeparari. iſte come fuerunt ſicut pur
pura regis. qr ad ſimilitudinem xp̄i aſcen-
derunt ad chriſtum induti purpura regis
proprio ſanguine laureati. Iſta purpura
fuit tincta canalibus id eſt in xp̄i vulneri-
bus. ad hoc martyres chriſti dñi vocātur.
cum dicitur. veni in foraminibus petre in
cauernis macerie nec chriſtus qui milites
ſuos id eſt martyres ⁊ apoſtolos voluit ſu
is veſtibus induere. voluit matrem ſuam
aliquo modo ſine iſtis veſtibus remanere
et vere lancea que filij ſui latus aperuit
ipſius animā pertrāſiuit ſcđz q ei a ſymeo

ne predictum fuit. Et tuam ipsius animā
pertransibit gladius Luce .2. ⁊ idcirco ho
die cum ascendit purpura regis ornata re
cte dicitur ascensus eius purpureus. Sic
ergo primo notatur gloriose virginis hu
militas imitāda cum dicitur. Que est ista
que ascendit de deserto. sequit. delitijs af
fluens vbi notatur eius felicitas appeten
da Sciendum ergo ꝙ delitie gloriose vir
ginis in tribus ꝯsistunt. Primo enim in vi
sione aperta. Secundo in societate iocun
da. Tercio in fruitione beata. Primo er
go dilitie gloriose virginis marie cōsistūt
in visione aperta Job. 22. Super omni po
tentem delitijs afflues et eleuabis ad dm̄
faciē tuam ꝙ beata virgo modo delitijs
affluit istud est ex potentia summe bonita
tis que se bene regentibus delitijs presta
re consueuit Genes. 49. Aser pinguis pa
nis eius delitias prebebit regibꝰ que est
creatura que ita bene se posset regere si
cut beata virgo que intra se quasi in naui
propria continebat conditorem et guber
natorem vniuerse terre. sequitur. et eleua
bis ad deum faciem tuā. non bene poterat
faciem suam ad filium suum verū hominē
et verū deum leuare quando videbat eum
pendentem in cruce oppressum miseria et
afflictione et ideo adhuc depingitur quo
modo stat iuxta crucē demisso capite iob.
x. Et si iustus non leuabo caput saturatus
afflictione ⁊ miseria. sed si non leuabat ca
put qñ videbat filium pendentē in cruce
audacter modo leuat quando facie ad fa
ciem eū videt regnantem cum patre. Isa.
sexagesimo. Tunc videbis ⁊ afflues ⁊ mi
rabitur et dilatabitur cor tuū videbis ꝑ i
fluentiam veritatis afflues per abundan
tiam bonitatis Mirabitur cor tuū ꝓpter
excellentiam maiestatis et dilatabitur cor
tuū per latitudinem charitatis vt mensu
ra bona cōferta et coagitata et super efflu
ens que in sinum tuū dabitur. Luce sexto
vt ibi cum abundantia possit suscipi. Se
cundo consistunt delitie gloriose virginis
et alioꝝ beatoꝝ in societate iocunda Isa.
51. Ponet desertum eius quasi delitias et
solitudinem eius quasi ortum dei. gratia
et leticia inuenietur in ea gratiarū actio
et vox laudis Beata virgo quasi desertū
dicta fuit qñ a filio suo in morte et in ascē
sione derelicta fuit ⁊ hoc desertum hodie
positum est. in delitijs cum in assumptio
ne speciosa facta est ⁊ suauis i delitijs scʒ
sancta genitrix. Eius etiam solitudo sicut
ortus dei poni debuit. Quia ipsa fuit ortꝰ
conclusus fons signatus signaculo sancti
tatis. sequitur. gaudiū et leticia inuenien
tur in ea. in vita beata modo est gaudium
ex assecutione premioꝝ. leticia ex grata so
cietate sanctaꝝ animarum et angelorum.
Gratiarum actio ex euasione periculorū.
et vox laudis ex glorificatione viuentis in
secula seculoꝝ. Tercio consistunt delitie
beate virginis in fruitione beata Ecclesi.
2. Vadam et affluam delitijs et fruar bo
nis. vadam potest dicere beata virgo non
quasi canis se ingerens ad nuptias. sʒ tā
ꝙ̄. frequēter ad eas vocata. Nuptie enim
non bene possunt fieri sine sponsa Canti.
4. Veni de libano sponsa mea veni de li
bano veni coronaberis. scʒ corona excellē
tis virginitatis que debetur munditie vir
ginali. sequitur. et affluam delitijs. multū
modo affluit delicijs gloriosa virgo mater
christi que super choros angelorum ad ce
lestia regna meruit exaltari. Can. 7. ꝙ̄ pul
chra es et decora carissima i delicijs et fru
ar bonis. Frui est amore inherere alicui
rei ꝓpter se vnde fm Augustinum. Frui
mur cognitis in quibus volūtas ꝓpter se
delectata cōquiescit sicut scitis delectatio
est coniunctio conuenientis cum conuenien
te. que ergo maior potest esse ꝯuenientia
ꝙ̄ spiritus illius qui dicit spiritus meus
super mel dulcis Ecclesiastici. 24. Ad spi
ritum filij sui. de quo Sapientie. 12. ꝙ̄ bo
nus et suauis est dn̄e spiritus tuus in no
bis. Ex ista conuenientia spiritus ad spiri
tum delitijs affluit virgo mater. Et afflu et
quelibet anima sancta in vita beata primo
Chorinteoꝝ. 6. Qui adheret domino vnꝰ
spiritus est. ⁊ si nō substantie vnitate volū
tatis tamen ꝯformitate vbi sunt delitie io
cunditatis eterne Ad quas delitias nos ꝑ
ducere dignetur q̇ sine fine viuit et regnat
in secula seculorum. Ame

¶ De assumptiōe beate marie. ¶ Sermo secundus

Transibo in locum tabernaculi admirabi
lis. ps. quadragesimo pri
mo. In verbo proposito duo notantur a q̄
bus gloriosa virgo commenditur. Primū
est delectatio miserie presentis. quod no
tatur. cum dicitur transibo. Secundum est
assecutio glorie celestis. quod notatur cū
dicitur ad locum tabernaculi admirabilis
Iste transitus inchoatur penaliter sed cō
summatur feliciter. Quantum ad primum

sciendum est ꝙ humanum transitum qua-
druplex conditio cōcomitatur. Primo em̄
habet acerbitatem in dolore. Secundo fe
licitatem in tempore. Tercio recreationē
ex dei consolatione. Quarto delectationē
ex felici comprehensione. Primo ergo no-
ster transitus habet acerbitatem in dolo-
re Isaie. 51. Posuisti profunduꝫ maris viā
vt transeant liberati. Per mare quod ama
rum est tribulatio designatur per quam
homo carnalis frequenter amaricatur.
Trenorum secundo. Magna est velut ma-
re contritio tua. Sed dominus quandoqꝫ
homines carnales spirituales efficit. ⁊ tūc
adiungendo condimentum patiente et de
iectationis salsedinem maris in dulcedi-
nē lactis conuertit Deutronomij. 33. Inun
dationē maris quasi lac sugent. Et scien-
dum est ꝙ non dicit posuisti mare viam. sꝫ
dicit profundū maris quanto enim tribu
lationes amplius ꝓfundantur et multipli
cantur tanto magis placent domino fide-
les qui per eas probantur Judich. 8. Om
nes qui placuerunt deo per multas tribu
lationes transierunt. Sciendum ergo ꝙ
gloriosa virgo q̄ tanqꝫ fidelis deo placuit
per tribulationes istas transiuit. quis em̄
digne sufficiat explicare quantas tribula
tiones sustinuit quando vidit vnigenituꝫ
suum quem sciebat spiritussancti opera-
tione conceptū seruata matris integrita-
te. natum tanqꝫ vnigenitū a patre gratia
et veritatis plenum. istum talem et tm̄ vi
dit insidiose comprehensum. iniuriose dā
natum. ignomiose suspensum. q̄n hec vidit
incompabiles tribulationes sustinuit ſm
prophetiam symeonis Luce. 2. Et tuam
ipsius animam pertransibit gladius. Re
uera ille gladius qui vnigeniti filij in cru
ce positi ꝑforauit latus. sancte dei genitri
cis aiam doloris acumine penetrauit. Se
cundo transitus noster hꝫ velocitatem in
tempore Job. 7. Dies mei velocius tran-
sierūt qꝫ texente tela succinditur scđꝫ bea
tū Gregoriū qui hoc exponit pulchra simi
litudine vitam nostram ꝯparat tele. quia
sicut tela filijs sic vita nostra diebus ꝯsistit
et sicut tela q̄n augmentum percipit ad pre
cisionē tendit. sic in spacio vite nostre q̄n
preterierūt accepta tempora breuiabūtur
futura et tanto pauciora sunt que ventura
sunt quanto plura sunt que transierunt.
Et sciendum ꝙ beatus. Gregorius non so
lum vitam nostram precissioni tele compa-
rauit sed etiam preposuit: quia tele preci-
sionem vite nostre velocitas preuenit. nā
in tela profectus tarditatem habet. in vi-
ita nostra defectus moram non habet in il
la. id est in tela dum texentis. manus figi
tur: aduentus termini elongatur. in ista ve
ro id est in via nostra dum desinente tem
pore indesinenter conferuntur. ad finem
nostri itineris etiam quiescendo perueni-
mus. et per decursū nostri transitus etiam
dormientes imus. quia ergo parum habe
mus de tempore festinanter bonis operi-
bus insudare. illam presens vita est nego
ciationis futura vero erit retributionis.
Unde sicut video ꝙ cum nundine parum
habent de tempore mercatores festinant
vendere et emere. sic nos debemus in hac
breui tempore ad bona opera festinare
Job decimotercio. Homo natus de mulie
re breui viuēs tempore replet̄ multis mi-
serijs. Homo natus de muliere. ecce infir-
mitatis titulus. breui viuens tempore. ec
ce velocitatis impetus repletur multis mi
serijs. ecce aduersitatis cumulus. propter
hoc sancti ista terrena despiciunt et ad ce
lestia totis desiderijs se conuertunt secun
do. Chorinteorum quarto. Non contem
plantibus vobis que videntur sed que nō
videntur que. enim videntur temporalia
sunt que autem non videntur eterna sunt
propter hoc beata virgo maria. cōtempsit
momentanea et transitoria et elegit eter
na Luce decimo. Maria optimam partem
elegit que non auferetur ab ea. Tercio
transitus humanus habet recreationeꝫ ex
dei consolatione psal. Transiuimus per i-
gnem et aquam et duxisti nos in refrigeri
um. Sciendum est qꝫ tam per ignem qꝫ per
aquam signatur aduersitas. sed per ignem
signatur inquantum est acerba. per aquaꝫ
vero inquantum est copiosa Isaie quadra
gesimo tercio. Cum transieris per aquam
tecum ero et flumina non operirent te cuꝫ
ambulaueris in igne non combueris ⁊ flā
ma non ardebit in te quia ego dominus de
us tuus sanctus israel saluator tuus ⁊ ⁊trū
qꝫ scriptum legimus ꝙ tam in igne qꝫ in a
qua positos saluabit dominus. Legimus
Danielis tertio. Tres pueros in fornace
ignis babilonis proiectos et exisse illesos
dextra diuine miserationis protectos. Da
nielis tercio. Angelus domini descēdit de
celo et fecit medium fornacem tanqꝫ ven
tum roris flantem Legimus etiam. 2. Cho
ri. Beatum paulum apostolum nocte ⁊ die
in ꝓfundum maris submersum et diuina
potentia liberatum. erectum et vtilitati ⁊
edificationi ecclesie restitutum sed hec nō

fuit plena liberatio sed sicut superius di-
ctum est quedam recreata ꝯsolatio nā ipsū
legimus postmodum multis tribulationi
bus afflictum et tandem capitali senten
tia punitum. Sed dominus milites suos
in certamine consolatur. ⁊ consolati in spe
obtinendi melioris boni firmantur: anima
enim tribulationibus probata et per pa
tientiam purgata est sicut columba domi
nica que ad tempus dormiuit ⁊ quiescit in
ter medos cleros sortita pennas deargen
tatas. hoc est munditie et patientie cando
rem sperans. vt fiant postmodum posterio
ra eius in pallore auri quando vultus do
mini adimpleta leticia et in sanctorum in
troducta splendoribꝰ diuine visionis ple
nus illustrata erit fulgoribus. modo bea
tissima virgo maria in illo immēso pelago
luminose eternitatis et eterni luminis est
immensa ita ꝙ totaliter videatur mutata
non sit alia substantia sed alia forma. alia
gloria et alia potentia. sicut enim modica
gutta aque multo vino infusa a seipsa defi
cere videtur quando in vini saporem ⁊ co
lorem mutatur. et sicut candens ferrum et
igni simillimum a propria forma exuitur et
forma ignis induitur. et sic aer luce solis
illustratus tanto splendore perfunditur ꝙ
magis lumen ꝙ̄ perfusum lumine videtur
Sic anime sancte a seipsis deficere viden
tur quando in gloria eius eterni luminis
transformantur secundo chorintheorum
tercio. Nos autem reuelata facie gloriam
domini speculantes in eandem imaginem
transformamur a claritate in claritatem.

Quarto iste transitus habet delectatio-
nem ex felici comprehensione Ecclesiastici
vicesimo quarto capi. Transite ad me om
nes q̄ concupiscitis me et a generationibꝰ
meis adimplemini spiritus enim meus su
per mel dulcis ⁊ hereditas mea super mel
et fauum. Verba sunt sapientie icreate q̄
nos hortatur vt ad ipsam transeamus qđ
libenter facere debemus. quia ex isto trā
situ in quandam noue vite similitudinem
transformatur. vnde super illud Cantico
rum secundo. Jam hyems transijt imber
abijt et recessit flores apparuerunt in ter
ra nostra. Dicit beatus Bernardus. Esti
uum tempus cum illo venisse signat qui de
mortis gelu in vernalem quandam noue
vite temperiem resolutus. Ecce ait noua
facio omnia cuius caro que seminata est
morte: refloruit in resurrectione ad cuius
mox odorem in campo conuallis nostre:
ceperunt reuiuiscere frigida. Reuiuiscere
mortua propter quod dicit trāsite ad me
et subiungit: omnes qui concupiscitis me.
Sapientiam debemus toto desiderio con
cupiscere. Jsta em̄ concupiscentia non est
fecunda sed casta. Sapientia enim est ani
me spōsa pulchra pudica morigerata. Tā
tum em̄ est dotis afferēs thesaurꝫ vt ipaz
nō sustineamus in nostris studijs honoro
sam. Sapientie. 7. de sapientia dicit. Jnfi
nitus thesaurus est hominibus ꝓpter hoc
sapiens hanc sponsam diligebat et eam si
bi assumere querebat Sapientie. 8. hanc
amaui et exquisiui a iuuentute mea ⁊ que
siui sponsam michi eam assumere et ama-
tor factus sum forme illius hanc ergo ca-
stam sponsam debemus diligere quia ipa
preoccupat nos in amicitia preueniendo.
Sapientie. 6. Preoccupat qui se concupi-
scunt vt illis priorez se ostendat Sicut em̄
lux solis preoccupat oculum cordis ad in-
telligendum sequitur ⁊ a generationibus
meis adimplemini. Due sunt generatio-
nes sapie ꝫm duo q̄ solet sapiētia in nobis
generare. Generat enim in nobis sapia ca
stitatem Sapiētie. 4. quam pulchra est ca
sta gn̄atio cum charitate. Bene coniungit
ista duo castitatem ⁊ charitatem. Nam ca
stitate mundamur ad sanctificationez. Ca
ritate inflāmamur ad dilectionē. Castitas
facit sponsam idoneam ad hoc qđ sponsus
eā diligat. Caritas autē ipsā sponsā facit
idoneā ad hoc ꝙ ipsa sponso dilectionem
rependat. Secundo generat in nobis cla
ritatem siue honestatē. Sapientie. 7. Cla
re est que nunꝙ̄ marcessit sapientia non so
lum in affectu sed etiam in effectu clara dr
Nam per ipsam homines clari et honesti
efficiuntur. Sapientie. 8. habeo propter
hanc claritatem ad turbas et honorem a-
pud seniores sequitur. Spiritus meus su
per mel dulcis si intelligitur de spūsancto
qui est tercia in trinitate persona. planum
est de eius dulcedine nec oportet in eiꝰ ex
positione laborare. Sapientie. 12. ꝙ̄ bonꝰ
et suauis est dn̄e spiritus tuus i nobis sꝫ
possumus intelligere ꝙ de dulcedīe intel
lectus spiritualis dicit spūs meus sup mel
dulcis. Naz sicut nucleus ex testa elicitur
⁊ sicut ex paleis granum excutitur. ⁊ sicut
ex fauo mel exprimit̄ sic ex cortice littere
spiritualis intelligentie sensus eliquatur
nec habet cortex lr̄e sensum delectationis
nisi assit ꝯdimentum fidelis ⁊ debite expo
sitionis sequitur et hereditas mea super
mel ⁊ fauum hoc dicit de hereditate bea-
torum. ps. hereditas eorum in eternū erit

in qua hereditate erit tanta copia dulce-
dinis et delectationis q̄ non valet per lin
guam humanam explicari .i. Chorintheoꝝ
.ii. Quod oculus non vidit nec auris audi-
uit nec in cor hominis ascendit que pre-
parauit deus his qui diligunt eū. iste dul-
cedines et delectationes modo occultātur
oculis viatoꝝ sed reuelātur oculis beato
rū ps. Q̄ magna multitudo dulcedinis tue
dn̄e quā abscondisti timētibus te. In hac
multitudine dulcedinis modo gloriosa vir
go letatur. quia sibi delectat ōes in dextra
filij sui vsq; in finem immo sine fine repo-
nuntur. Sic ergo primo notatur delecta-
tio presentis miserie. cum dicitur transibo
Secundo notatur assecutio celestis glorie
cum dicitur. in locum tabernaculi admira
bilis. Sciendum ergo q̄ quadruplex ta-
bernaculum reperitur vt ad illud de quo
intendimus ptingamus. Primo est taber
naculum interioris ɔscientie. Secūdo est
tabernaculū singularis pudicitie. Tercio
est tabernaculū militantis ecclesie. Quar-
to est tabernaculum celestis curie. Primo
est tabernaculū interioris cōscientie. Pro-
uerbiorum. 14. Tabernacula iustorū ger
minabit. tabernacula iustorum sunt con-
scientie electorum que debent semen reci-
pere germinare et fructum producere. Cō
scientie electorum que sunt tabernacula
iustorum debent recipere semen predicati
onis verbi dei Mathei. 13. Semen est ver-
bum dei. debent etiam germinare per con
ceptionem vite melioris hebreoꝝ. 6. Ter
ra sepe venientem super se bibens imbrez
et germinans herbam oportunam illis a
quibus colitur accipit benedictionē a deo
Debet etiam pducere fructū bone opera-
tionis Mathei. 3. Facite dignos fruct⁹ pe
nitentie. ōis eīm arbor que nō facit bonuz
fructū excidetur et in ignē mittetur sicut
enim ortulan⁹ arbores fertiles irrigat et
circūfodit steriles aūt excidit et in ignē mit
tit. sic faciet dn̄s reprobis si nō faciūt fru
ctum bone opationis glosa. Uirgo maria
nō fuit arbor sterilis sed fructuosa. Nam
sicut dicitur. Prouerbioꝝ vltimo ipsa ma
num suam misit ad fortia et ideo ex operi
bus suis laudē recipit. Prouerbioꝝ vltio.
Date illi de fructu manuū suaꝝ et laudent
eam in portis opera eius. operationes bo
ne nō sunt aliud q̄ interiores delitie qui-
bus affluxit hodie gl'iosa virgo maria in
assumptione Cāticoꝝ. 8. Que est ista que
ascendit de deserto delitijs affluens. Se-
cundo est tabernaculū singularis pudici-
tie ps. Sanctificauit tabernaculum sibi al
tissimus. Bene altissimus debuit sanctifi
care tabernaculum suū q2 ipse est summus
pontifex qui solus intrauit in sancta san-
ctoꝝ Ecclesiastici. 24. Qui creauit me req
euit in tabernaculo meo glo. requieuit sm̄
humilitatem singulari puritate de spiritu
sancto conceptam et a virgine editā. Spi-
ritus eīm sanctus de cera virginea in vte-
ro gloriose virginis cereum scd̄m humani
tatem xp̄i formauit et sup candelabrum ec
clesie militātis constituit qui etiam modo
in ecclesia triūphante radios sue claritatis
circūquaq; diffundit qd̄ specialiter ad ho
norem virginis gloriose refundit Apoca.
21. Ciuitas illa non eget sole neq; luna vt
luceant in ea: nam claritas dei illuminabit
eam et lucerna eius est agnus. Ego video
q̄ quando in mensa alicuius plures cerei
vel torticij incenduntur q̄uis omnes illoꝝ
lumine perfundātur. tn̄ specialiter honor
ad illū cuius sunt cerei refunditur siue re-
torquetur. sic q̄uis omēs beati in lumine
istius cerei vel lucerne que est agnus dei
siue christus delectantur: tamen gloriosa
virgo cuius est iste cereus singulari puile
gio letatur. Tercio est tabernaculū eccle
sie militantis Canticoꝝ. 1. Nigra sum sed
formosa filie hierusalē sicut tabernacula
cedar: sicut pelles salomonis in hoc nulla
est repugnātia cum dicit: nigra sū sed for
mosa: q2 nigredo ptinet ad colorem forma
vero ad conspectionem nec continuo quic
quid nigrū est deforme est nam nigre puel
le in oculis nō dedecent. aliqui lapti nigri
in ornamentis placent. nigri etiam capilli
candidis vultibus decorem et gratiā pre-
stant. multa etiā inueniūtur in supficie de
coloria que sunt in cōpositione decora Ec-
clesia ergo militans xp̄i cum pulchritudine
cōpositionis habet nigredinē afflictionis
sed istō est in loco sue pegrinatiōis in loco
prie xp̄s eius sponsus ecclesiam gloriosaz
non habentem maculam neq; rugam aut
aliquid huiusmodi exhibebit Epheseos 5
Uolo tibi ostendere nigrā pariter et formo
sam. 2. Corintheo. xi. Epistole inquiunt gra
ues sunt et fortes presentia aūt corporis
infirma et sermo cōtemptibilis paulum lo
quimur in fame et siti in frigore et nudita
te afflictū in laboribus plurimis in plagis
sup modum in mortibus frequēter. expositum vidisti aīam nigram licet tibi videre
formosam. Hec est illa pauli aīa que vnum
et alteꝝ deambulans vsq; ad tercium sua
puritate penetrat celū o pulcherrima anima

tus quam et si infirmũ corpus amiserit tñ pulchritudo celestis amittere nõ despexit. angelica sub limitas nõ reiecit. Reuera er go potuit dicere. Nigra sum sed formosa filie hierusalē. nigra sum sed formosa. di uino angelicoq͡ȝ iudicio. Sequitur sicut ta bernacula cedar sicut pelles salomonis ad idem pōt pertinere q͛ dicit tabernacula et q͛ dicit pelles pro eodē em̃ accipitur hie remie. 4. vbi dicitur. Repente vastata sūt tabernacula mea. subito pelles mee. Ce dar interpretatur tenebra in quo signatur status presentis ecclesie que adhuc ambu lat quasi in tenebris. qr sponsum suum so lum p speculum ⁊ in enigmate ⁊ non facie ad faciem cognoscit. hinc est illa vox flebi lis. heu michi qr incolatus meus prolon gatus est habitaui cum habitantibus ce dar. sequitur sicut pelles salomonis sentio pelles sed nescio quid sublime et sacrũ in his pellibus sit inuolutũ pelles quib⁹ ope riebatur tabernaculũ erant nigre qr quo tidiano soli ⁊ quotidianis pluuiarũ iniuri is erant exposite. cum istis nigris pellib⁹ ornat⁹ tabernaculi interior purior ⁊ splen didior seruabatur. Ego pellem christi me i ecclesie sponsi nigram intueor imo ipm in pelle nigrā amplector. video sub pelle edi qui peccatũ signat manũ que peccatũ non fecit et collũ per quod dolus non transiuit ipse em̃ est qui peccatum non fecit nec inuē tus est dolus in ore eius. sub pelle hyspi da latet ille qui est natura lenis. suauis et mitis. quia vnctus oleo leticie pre consor tibus suis. Niger est ergo christus meus. sed exterius in cute exterius in pelle int⁹ aũt nõ ita: nam intus latet diuinitatis can dor virtutũ decor. gratie splendor. que oia opit despicabilior infirmitatis color. o hu militas/o sublimitas ipe tabernaculũ ce dar et dei sanctuariũ terrenũ habitaculũ ⁊ celeste palatiũ domus lutea et aula regia corpus mortis et templum lucis et despe ctio deniq͡ȝ superbis. Quarto est tabernacu lum curie celestis Apocalipsis. 21. Ecce ta bernaculum dei cum hominibus et habi tabit cum eis. ab eterno fuit solitariũ ta bernaculũ trinitatis sed a principio tem poris angelorum sibi collegium sociauit in fi ne etiam temporum in christo nos pro capite in eius ascensione sibi sociare ichoauit qđ in die iudicii resurgentibus electis ⁊ resũ ptis corporibus ꝯsũmabit. Istud tabernacu lum desiderabat dauid ꝑpheta ps. 14. cũ dicebat. Dñe quis habitabit in tabernacu lo tuo aut quis requiescet in monte sancto tuo. innocens manibus et mundo corde. Due sunt ale anime sancte quibus potest ad celorum fastigia volare manuũ scilicet ino centia et cordis munditia has alas ⁊ has pennas petebat ꝑpheta dauid cum dixit. ps. 54. Quis dabit michi pennas sicut co lũbe ⁊ volabo ⁊ requiescā. auicula simplex sine felle amaritudinis sine dolo deceptio nis aliis inocētie ⁊ mũditie cordis. hoc est qui volare pōt ad celsitudinē regni celestis Ad quod regnũ nos perducere dignetur.

De assumptione Marie Sermo terci⁹.

Tenuisti manũ dexteram meam et in volun tate deduxisti me: ⁊ cũ gloria suscepisti me ps. 72. In verbo ꝓposito no tātur tria a quibus ꝯmendatur beatissima virgo maria. primo em̃ cōmendat̃ ab imu nitate casus: cũ dr̃ Tenuisti manũ dexterā meā. Scđo a securitate ꝑfectus cũ dr̃ ⁊ in volũtate tua deduxisti me. Tercio a dignī tate stat⁹ cũ dr̃ ⁊ cũ glŕa suscepisti me. ipsa em̃ fuit mũda in ingressu. secura in ꝓgres su. gloriosa in egressu. per primum ꝓponi tur nobis vt veneranda p scđm exhibetur vt imitāda. p tercium ostenditur vt admi randa. primo ergo beata virgo fuit mun da ab ingressu. quod notatur cũ dr̃. tenui sti manũ dexteram meam. Cũ enim quere ret ꝑpheta dauid quis habitaret i taber naculo dñi aut quis requiesceret in mon te sancto eius in seipso accepit dñs respon sum vt diceret innocens manibus et mun do corde qđ de beata virgine potest expo ni. ipsa em̃ fuit inocēs manib⁹ ꝑpter mun ditiam operis. ⁊ mũdo corde ꝑpter puri tatem affectionis que non accepit inuano animam suam: nec iurauit in dolo ꝓximo suo p falsitatem sermonis. Sed sciendum scđm q͛ spectat ad ꝓpositũ q͛ manus qua druplex potest distingui. Est em̃ man⁹ pu ra sibi vendicans orõnis suffragium. Est em̃ manus excelsa seipsam extendens ad contemplationis fastigium. Est manus si nistra fugiēs in aduersis desperatõnis pre cipitium. Est manus dextera fugiens ⁊ de uitās in ꝓspis elationis vitiũ. primo er go est manus dura sibi vendicans oratio nis suffragium. ps. Et retribuet mihi dñs scđm puritatem manuum mearum in conspe ctu oculorum eius. Iustus dñs ⁊ iusticias di lexit ideo scđz iusticiā homini retribuit qđ enim seminauit homo hoc et metit. Sed

secundū puritatem manuū: qȝ sicut imundi
tia operū ipm offēdit sic mūditia ipm pla-
cat ⁊ lenit: ⁊ ideo in cō spectu oc͞lo͞ꝝ venire
dicūtur qui ab ipso mūda opera acceptan
tur Abacuth. i. Mūdi sunt oculi tui ne vi
deas malum ⁊ dispicere ad iniquitatem nō
poteris. Istam puritatem manuū habuit
beatissima virgo Canticorum. 5. Manus
illius tornatiles auree plene iacinctis. Qđ
est tornatile solet esse planum et mūdum.
quod est aureū solet esse preciosū qđ est ia
cinctinum solet esse visui gratiosū. Manus
ergo eius tornatiles qȝ eius opatiōes mū
de sine macula peccati, plane p̱ euidentiā
facti nō strumose tergiuersatiōe versi pel
lis. auree qȝ ꝓcedētes ex radice charitatis
que virtutibus omnibus antecellit Grego.
Nichil habet viroris ramus boni operis ni
si de radice ꝓdeat charitatis. plene iacin-
ctis quia gratiose honestate sancte ꝯuersa
tionis Ecclesiasti. x4. Ego quasi vitis fru
ctificaui suauitatē odoris. Scđa est man⁹
excelsa seipsam extendens ad cōtēplatiōis
fastigiū Numeri. 33. Filij israel fecerunt
phase in manu excelsa videntibus cūctis
egyptijs et sepelientibus primogenitos
suos p̱cusserat dn̄s. Filij isrł sūt viri fide
les qui in manu excelsa p̱ rectam fidem do
minū suntvidētes qui fecerūt phase qđ in
terpretatur transitus. istud faciunt qn̄ trā
seuntes a curis et tumultibus huius secu
li se elongant quantū possunt et ꝓ modu
lo suo ad sup̱ne ꝯtemplationis fastigium
se erigunt. ps. Accedat homo ad cor altū.
Tūc homo ad cor altum accedit qn̄ se su-
pra se p̱ cultū ꝯtemplatiōis erigit Treno.
3. Sedebit solitari⁹ ⁊ tacebit qȝ leuabit se
supra se. Primogenita egiptio͞ꝝ dicuntur
peccata originalia q̄ ex peccato primi pa-
rentis ꝯtracta. Tunc ergo dn̄s primogeni
ta egyptio͞ꝝ p̱cutit qn̄ peccata originalia
vel per generationis vel p̱ regenerationis
lauachrū vel qđcunqȝ aliud sue gratie do-
nū remittit. tunc aūt egiptij primogenita
sua sepeliunt qn̄ fideles carnem suam cum
vitijs ⁊ cōcupiscentijs crucifigūt Gallath.
5. Qui aūt sunt christi carnem crucifixerūt
cum vitijs ⁊ cōcupiscentijs. Istam manum
excelsam p̱ contemplationis cultū habuit
virgo maria. vnde de ipsa dicitur Cantico
rū tercio. Que est ista que ascēdit p̱ deser
tum sicut virgula fumi ex aromatib⁹ mir-
re ⁊ turris et vniuersi pulueris pigmētarij
Admirando dicit. que est ista. qȝ vere ad
mirabilis: vere laudabilis. que ascēdit p̱
desertū huius mundi. ascensiones em̄ in
corde suo disposuit. ps. Sicut virgula. qȝ
fuit gracilis paup̱tate. Erecta recta p̱ in-
tentionē. flexibilis obedientia ⁊ mie pieta
te. et non quecunqȝ virgula. sed virgula
fumi. fumus em̄ est residuum ignis. nō tn̄
naturā igneam in se retinet vel custodit.
sic beata virgo et si ortū duxit a carnalib⁹
iudeis nichil tn̄ in se retinuit cōcupiscētie
carnalis. siue enim non fuerit cum peccato
originali concepta. siue concepta in origi-
nali peccato: et postea mundata hoc modo
non diffinio qȝ sermo predicationis ince-
dere debet sine scrupulo. hoc saltem certū
habemus ꝙ in conceptione vnigeniti filij
sui fuit totaliter mundata sicut dicit Au-
gustinus. Post ascensum virginis descen-
dit in eam spiritussanctus mundans eam
et virtutem susceptiuam verbi dei tribu-
ens simul autem et generatiuam. sequitur
ex aromatibus per fragrantiam odoris.
myrre propter macerationem carnis. thu-
ris propter eleuationem contemplationis
thus enim concrematum in altum conscen
dit. et vniuersi pulueris pigmentarij pro-
pter varietatem omnis gratie et virtutis
ps. Astitit regina a dextris tuis in vestitu
de aurato circumdata varietate. Tercio est
manus sinistra fugiens in aduersis despe
rationis precipicium Genesis. 48. Cum
iacob vellet benedicere filijs ioseph ef-
fraim et manasse Cancellatis manibus po
suit dextram super effraim sinistram super
manasse. p̱ manasse qui interpretatur obli
uio signatur homo tribulationi exposi-
t⁹ qui videtur a deo obliuioni datus: sed
tunc verus iacob id est christus manum si
nistram super ipsum caput ponit quando
vel merita examinando peccatum puniens
do ipm tribulationis exponit et illesum
a desperationis precipitio custodit. merce
demqȝ ei eternā pro pie toleratis temꝑalib⁹
malis retribuit Aug⁹. i. de ciuitate di. Dū
me deus aduersis rebus exagitat aut me
rita examinat: aut peccata castigat merce-
demqȝ michi etiā pro pie toleratis malis
temꝑalib⁹ seruat. Quid aduersitatis habuit
puerpera pariendo in presepio cum nō eēt
ei locus in diuersorio. quid fugiēdo in egi
ptum: qđ reuertēdo de egipto. sed vt mul-
ta alia pretermittam⁹ quid habuit afflicti
onis ⁊ doloris videns vnigenitū suū com-
prehēdi. trahi cōspui flagellari. morte tur-
pissima ꝯdēnari. lancea ⁊ clauis cōfigi non
est facile exprimere. Tūc em̄ scđm ꝓphetā
symeonis tuā ipsius aīam gladius p̱tran-
sibit Luce. 2. Dolores em̄ quos in p̱tu ef-

fugit in passione vnigeniti sui sustinuit vt
dicit. Damascenus. sed qui suos desere-
re in tribulationibus nescit. mr̄em suā in
his aduersitatibus non deseruit et ideo in
desperationibus precipitium non corruit.
Nā ⁊ ip̄a apostolis recedētibꝰ a cruce dn̄i
nō recessit a qua dn̄s ip̄am respiciens vir
ginem iohāni virgini ꝯmendauit Johis.
19. Quarto est manus dextra deuitas in ꝓ
speris elationis vitium. Canticoꝝ. 2. Dex
tra istiꝰ amplexabitur me. sicut ꝑ leuā ad
uersitas sic ꝑ dextrā ꝓsperitas designat.
que maior ꝓsperitas ꝙ̄ cū dictū est ei spūs
sanctꝰ superueniet in te ⁊ virtus altissimi
obumbrat tibi. p̄dicatur futura esse mater
dei regina celi. reparatrix mundi. videa
mꝰ tn̄ q̄d rn̄dit. Ecce ancilla dn̄i fiat michi
scd̄m verbū tuū Luce. 1. O humilis vtili-
tas. o vtilis humilitas. nec vtilitas humi
litatem expulit. nec humilitas vtilitatē ex
clusit. Ecce ancilla dn̄i. hec est humilitas.
Beatus bernardꝰ beatissime virginis pre
co precipuus et dulcis cytharedus. O hu-
militas sublimis que intumescere gloria
nescit. nec sedere nouit honoribꝰ. sed quā
to maior est humiliat se in oībus. Non est
magnū esse humilē in abiectione. sed pros
sus est rara virtꝰ humilitas honorata. hoc
est luminare qd̄ minuitur in ꝯsūmatione.
Ecclesiastici. 43. sequitur. Fiat michi ꝯm
verbū tuū. vbi notatur vtilitas. fiat michi
scd̄m verbū tuū. vt fiat incarnatū verbū ꝑ
quod redimetur genꝰ humanū. vnde hoc
exponēs beatꝰ bernardus dicit. fiat ei de
siderij signū nō dubitationis iudiciū quā
ꝙ̄ hoc ip̄m qd̄ est fiat. possit orationis esse
verbum. nullus quippe orat nisi qd̄ credit
et sperat. fiat ergo verbū qd̄ erat in princi
pio apud deū. caro de carne mea. sꝫ verbū
tuū fiat inꝙ̄ verbū nō prolatum qd̄ tran-
seat. sed ꝯceptū qd̄ maneat. Sic ergo ma-
nū dexteram tenuit. ꝯm qꝫ ꝓmissū fuit. in.
ps̄. et tenebit me dextera tua sequitur. Et
in voluntate tua deduxisti me vbi notatur
securitas profectꝰ. Et sciendum ꝙ ipsam
deduxit primo per vallē misericordie siue
pietatis. scd̄o ꝑ montem excellentie sue po
testatis. tercio per planum sapientie siue
veritatis quarto per siccū ꝯtinentie seu ca
stitatis. Primo ergo deduxit eā dn̄s ꝑ val
lem pietatis Ecclesiastici. 22. Pungēs ocu
lum deducit lachrymas. et qui pungit cor
profert sensū. pungens aculeo deuotionis
oculus cordis quātū ad partē pie affectio
nis deducit lachrymas ꝯpassionis. Sic pu
gens dn̄s beate marie virginis oculum de
duxit lachrimam dulcis affectionis. Eccle
siasti. 24 Spiritus meus super mel dulcis
beatus bernardus. Cogita mariam que te
alliciat dulcedine sanctitatis. ipsa em̄ te te
nente nō corruis ipsa ꝓtegente non metu
is. ipsa duce non fatigaris. ipsa ꝓpicia ad
portū salutis peruenis. sequitur. Qui pun
git cor profert sensum. qui pungit calcari
bus frequentis exercitationis cor quantū
ad partē intelligentie vel cognitionis pro
fert sensū salutaris. nā qui nō est expertus
pauca recognoscit. Natura em̄ potentem
ars facilem vsus promptū reddit. sic bea-
ta maria non tam garrula vel ad loquēdū
promptula in seip̄a cōferendo que post mo
dum in medium ꝯfert ꝯseruabat Luce. 2.
Maria aūt conseruabat omnia verba hec
conferens in corde suo. ibi dicit glo. Ma-
ria non minus ore ꝙ̄ corꝑe pudica. secreta
que nouerat nullis diuulgabat. se toto cor
de scrutans congruum tempus quo deus
hoc diuulgari voluit reuertenter expecta
bat conferens ea que viderat circa se acta
et que legerat in scriptura agenda. Scd̄o
deduxit eam per montem excellentie sue
potestatꝫ Abacuth. 3. Suꝑ excelsa mea de
ducet me victor in psalmis canentem. vi-
ctor est christus qui tanꝙ̄ fortis et potens
in prelio superauit dyabolum tanꝙ̄ confi
denter residentem in atrio Luce. xi. Cum
fortis armatus custodit atrium suū in pa-
ce sunt omnia que possidet iste victor bea
tam virginem super excelsa deduxit quan
do caput antiqui serpentis qui est excelsꝰ
per superbiam humilitatis pede contriuit
Genesis tercio capitulo. Ipsa conteret ca
put tuum. et quia ipsa est eminentia pote-
statis ad ipsam debemus recurrere in pe
riculis et aduersis. Beatꝰ bernardus. In
periculis in angustijs. in rebus dubijs ma
riam cogita inuoca nō recedat a corde nō
recedat ab ore. ipsam sequens non deuias
ipsam rogans non desperas. ipsam cogi-
tans non erras. si forte ingruit temptatio-
nis bellum in te sentias potestatis defe-
ctum instanter pete virginis suffragiū. se
quitur in psalmis canātē. tūc in. ps̄. cecinit
qn̄ ex toto cordis affectū deū magnificauit
d. Magnificat aīa mea dn̄m. Non em̄ sicut
dicit ambrosius fuit incredula de oraculo
nec incerta denuncio nec dubia de exem-
plo sed pia ꝓ voto. religiosa ꝓ officio. festi
ua pro gaudio. in voce exultationis et con
fessionis dixit. et exultauit spūs meus in
deo salutari meo. Tercio deduxit eam per
planū sapie siue ỽitatis. Sapiē. 6. In cor

De assumptione Marie. Sermo tercius.

ruptio aũt facit primum esse deo. concupi
scentia aũt sapiẽtie deducet ad regnũ per
petuũ. Incorruptio beate marie virginis
fecit primum esse deo, vt in ipsa habitaret
tanq̃ in templo sancto suo. beatus bernar
dus. Vere primam non solum voluntatẽ
sed carnẽ suã sibi iungeret ac de sua virgi
nis substantia vnum christum efficeret vel
potius vnus christus fieret qui totus dei
totusq̃ virginis esset. sequitur. concupiscẽ
tia dei sapientie deducet ad regnum per-
petuum. Concupiscẽtia sapiẽtie id est chri
sti qui est virtus et sapiẽtia dei fuit in bea
ta virgine vt non solum diceret ipm̃ dili-
gere sed p̃ amore languere. qd̃ deduxit eã
ad regnum perpetuum. Sed notandum q̃
non dixit consideratio sapientie concupi-
scentia sapientie. illa eñ sapientia laudan
da est que est in pia conscientia non illa so
lum que est in tenaci memoria. Unde Au-
gustinus. 7. de ciuitate dei. Melius est ha
bere bonam mentem id est conscientiam
q̃ memoriã quãlibet ingentem. nemo eñ
malus est qui bonã habet mentem. Mul-
ti vero pessimi sunt memoria mirabili. tan
to peiores quãto minus possent quod ma
le cogitant obliuisci. Et sciendũ q̃ conpeten
ter coniungit ista duo incorruptionẽ et sapi
entiã. Sapientia eñ luxuriã expellit. luxu
ria vero sapientiã impedit et offendit. Uñ
Augustinus in primo soliloquiorum querit
sub persona alterius. Nõne interdum te de
lectat mulier pulchra. pudica. morigera. lit
tera. tantum etiam doctis afferens vt eã
ocio tuo nõ reddas onerosam. Respondit
Aug⁹ pro se. Quantumcunq̃ velis ipsam de
scribere et bonis operib⁹ cumulare nichil
michi tam fugiendũ q̃ concubitum esse de
creui. nichil aliud eñ est qd̃ magis ex arte
dei virilem animũ deiciat q̃ blandimenta
illa mulierũ et contractus ille corporũ sine
quo mulier haberi non potest. Quarto de
duxit eã per siccum continentie virginalis. ps̃
Spiritus tuus bon⁹ deducet me in terrã
rectã. In via recta seu terra est consiliorum se
mita. semita eñ est directiuũ vie quantũ
ad id consiliũ qd̃ est de eorum professione vir
ginalis continentie. Ista via est sicca vt dixi
signata per virgam siccam que frõduit et flo
ruit et fructũ fecit. virga est virgo maria
flos filius eius qui est flos odoriferus re-
spectu insipientium. folium prestans refri
gerium respectu proficientium. fructus
dulcis gutturi respectu perfectorum. Unde
beat⁹ bernard⁹. Virga floruit sine germine
virgo concipit sine semine. nec virginis virorẽ

floris lesit emissio. nec marie pudorem sa
cri partus editio recte ergo pudica virgo
maria. virgo mente. virgo corpore. virgo
professione. Sic ergo in voluntate sua eam
dñs deduxit per viã sanctificationis pri.
Thessalonicens. 4. Hec est voluntas dei
sãctificatio vestra sequitur et cum gloria su
scepisti me vbi describitur beatissima vir-
go a dignitate status. Suscepit enim eam
dominus primo tanq̃ exquirentem ad se
creti reuelationem. secũdo tanq̃ peregri-
nam ad thalami introductionem. Tercio.
tanq̃ fatigatam ad requiem expectamus
quarto tanq̃ esurientem ad refectionem.
preparatam. Primo ergo suscepit eam do
minus tanq̃ exquirentem ad secreti reue-
lationẽ. Ecclesiastici. quarto capitulo. Sa
pientia exquirentem se suscipiat et preibit
in via iusticie Sapientia est filius dei. ex-
quirens est eius genitrix que ipsum exqui
siuit id est exquisite quesiuit primo i cubi
culo per secretam contemplationẽ. per vi
cos per consiliorum agressionem. per pla-
teas per mandatorum executionẽ ad mõ
tem mirre per mortificationem carnis ad
collem thuris per fragrantem orationem
Sic ergo beata virgo maria christum ex-
quisiuit christus autem ipsã suscepit oscu
lis in familiare colloquium. in amplexum
in conuiuium indissolibile vinculum vt ha
betur Canticorum octauo. Pone me vt si-
gnaculum super cor tuum. Sic ergo sapiẽ
tia exquirentem se suscipit sequitur et prei
bit in via iusticie. In via iusticie preiuit.
quando nobis vt ipsum rogaremus prece
pit Luce. xi. petite et dabitur vobis queri
te et inuenietis pulsate. et aperietur vobis
sed hoc est in via iusticie iustũ est eñ vt pe
tentes accipiamus qd̃ iniunctũ est nobis
vt petamus Luce. xi. Pater vester celestis
dabit spiritum bonum petentibus se. Hic
est pater qui omnia scrutatur et sic facit ad
secretorũ reuelationẽ. i. Chorinteorum. 2. Spi
ritus omnia scrutatur etiam profunda dei.
Secundo suscepit eam tanq̃ peregrinam
ad cubiculi introductionem. Peregrinam
dico quia sicut dr̃. 2. Chorinteorum. 5. Quãdiu
sumus in hoc corpore peregrinamur a deo.
istam ergo peregrinationem suscepit ad in-
troductionem cubili. ps̃. Transibo in locũ
tabernaculi admirabilis sed posset queri
per quos transibis et quo transibis potest
respondere transibo ordinem patriarcha-
rum a quibus fui sm̃ generationis lineã
propagata transibo ordinem prophetarum a q
bus fui futurorum presagio nunciata. tran

sibo ordinem apostolorum quibus fui familiari contubernio sociata transibo ad ordinē martirum quibus fui consimili martirio coequata transibo ordinem confessorum quibus fui diligenti studio comparata. transibo ordinem virginum de quorum collegio fui virgo virginum per eminentiam predicata transibo ordinē angelorum super quos ero in celis exaltata exaltata est enim sācta dei genitrix super choros angelorum ad celestia regna. sequitur. in locum tabernaculi admirabilis quia nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit que ibi dn̄s genitrici sue gloriosissime preparauit. i. Cho. 2. In illo enim tabernaculo ipsam in cubiculū itroduxit quod signatū est hester. 4. c. vbi dicitur quod introduxit. hester reginam in cubiculum suū et adamauit eam super omnes mulieres. Tercio suscepit eā tanquam fatigatā ad requiē expectatā Unde de ipsa pōt exponi quod dicitur in ps. Suscipe me dn̄e secundum eloquium tuū et viuā et nō confundas me ab expectatione mea. Dn̄e qui potens es venientem suscipere oneratum recreare laborantem reficere suscipe secundum eloquium tuum in quo dignatus es discere Uenite ad me oēs qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. Math. xi. Lumē vite et glorie sequitur. et non confundas me ab expectatione mea ista expectatio est requiei future et procedit a virtute spei spes enim est expectatio future beatitudinis ex gratia dei et meritis proueniens. Ab ista expectatione beata virgo nō confunditur quando in eterna requie colloquatur et si enim in istis inferioribus requies queritur in sola tamen hereditate dn̄i inuenitur Ecclesiastici. 24. In omnibus requiem quesiui et in hereditate dn̄i morabo. In quietū est enim cor meum domine donec requiescat in te vt dicit aug. in libro confessionū. Quarto suscepit eam vt esurientē ad refectionē preparatā. Prouer. xi. Qui suscipit alas sapiēs est. fructus iusti lignū vite ille sapiens animas suscipiens est christus qui eas suscipit sicut dicit glo. vel vt doceat errātes vel cōsoletur tristes vel bonis temporalibus sustentet et venientes ad remedia salutis ducat. vel pastore destitutos gubernet et sic plures ad se cōtrahat et protrahat Canticorum. i. Trahe me post te curremus in odore vnguentorum tuorum sequitur. fructus iusti lignum vite fructus. i. merces iusti est lignū vite id est perceptio beatitudinis eterne Apocalips. 2. Uincenti dabo edere de ligno vite quod est i paradiso dei mei vbi dicit glosa. quod talem proponit xp̄m qui valet cōsolationē eorum quibus tribulationes ingeruntur. xp̄s enim perseueranti est lignū vite et robur et vmbraculum et dans fructū et sanguinem suū et hoc maxime in futuro. Tunc enim maxime dicetur comedite amici mei et inebriamini charissimi. Illi enim inebriabuntur ab vbertate domus sue et torrēte voluptatis sue potabis eos Sic ergo dominus suscepit beatissimam virginem. sed cū gloria adimpleretur Isa. 35. Gloria libani data est ei decora carmeli et saron. Libanus interpretatur candidatio. Carmelus interpretatur sciētia circuncisionis. Saron interpretatur cantans tristiciam. Gloria ergo libani data est beatissime virgini propter eminentiam continentie virginalis. decor carmeli: propter excellentiam cognitionis sapientie salutaris. Decor saron propter latā tolerantiā martyrij et si non corporis tamen mentis: propter quod inuitās ipsam ad palmam sponsus dicit Canticorum. 4. capitulo. Ueni de libano spōsa veni de libāo veni coronaberis Corōa aurea super caput eius expresso signo sanctitatis vt sit regina illius superne ciuitatis vbi sicut dicit Augustinus. 2. De ciuitate dei. Ubi est concordia veritas. vbi dignitas sanctitas: vbi pax felicitas. vbi vita eternitas Ad quam nos perducere dignetur qui viuit et regnat in secula seculorum Amen.

De sancto Bernardo Sermo primus.

Quasi vas auri solidum et ornatum omni lapide precioso Eccle. In verbo proposito cōmendatur beatus Bernardus a duobus Primo a securitate conscientie interioris cum dicitur. Quasi vas auri solidum Secundo a splendore conuersationis exterioris cum dicitur ordatū omni lapide precioso. Sciendum est quod beatus Bernardus fuit vas preciosum. vas musicum. vas aureum vas solidum. Primo fuit vas preciosum propter continentiam sapientie salutaris Prouerbiorū vicesimo: Est aurū et multitudo gemmarum: et vas preciosū labia scientie id est sapientis seipsū secundum formā et regulā scientie dirigentis. auro et gemmis et vasi comparātur labia scientie ista enim inter temporalia preciosa reperiuntur. non tamen ad valorem sapientie attingunt sed ab ipsa potius superantur Prouerbiorū. 3. preciosior est cunctis opibus et omnia que desiderantur huic non valent cōparari. talia fuerunt labia beati Bernardi vt sibi cōpe-

tat id ē ps. Os iusti meditabitur sapientiā
et lingua eius loquetur iudiciū et ideo cō
paratur auro. ꝓpter premium auree mul-
titudini gemmaꝝ propter premiū aureo-
le. in qua tot erunt gemme quot anime fu
erunt per ipsam erudire. vas preciosum dr
propter glorificationē corporis in eterna
beatitudine. Dominus eñ coronauit eum
gloria quantum ad auream: et honore q̄n
tum ad aureolam. et constituit eum super
opera manuum suarū id est celorū quantū
ad corporis glorificationē. celi eñ ab ope
re suo habēt existentiā ⁊ naturā ps Opera
manuū tuarū sunt celi. Secundo fuit vas
musicum ꝓpter opitulamen vel decantati
onem superne iocunditatis. Isaie. xx. Su
spendam super eam omnem gloriā dom⁹
mee et patris eius. Vasoꝝ diuersa genera
omē vas paruulum a vasis craterarū vsq̄
ad omē vas musicoꝝ. Pater istius egregij
cōfessoris et cuiuslibet fidelis est pater no
ster celestis cui dicimus in dominica ora-
tione. Pater noster qui es in celis. Christ⁹
eñ gloriā domus patris eius super eum
suspendit. Primo gloriam decoris in nito
re conscientie. ii. Chorinthe. i. Gloria nr̄a
hec est testimoniū conscientie nostre. Se-
cundo gloriā honoris i. odore bone fame.
Genesis 27 Ecce odor filiū mei sicut odor
agri pleni benedixit domin⁹. Tercio glo-
riam iocunditatis in eterna retributione
Ecclesiastici. 45. Corona aurea super
caput eius signo sanctitatis. gloria hono-
ris et opus formidinis desiderio oculorū
ornata. Ista triplex gloria per vasa signa-
tur et quia sicut ex vase hauritur dulcedo
iocunditas. ista autem iocunditas in tri-
bus consistit. Primo in subiectione reue-
rentie respectu sūme maiestatis ⁊ hoc quā
tum ad gloriā virtutis Mathei. 19. Sinite
paruulos venire ad me taliū eñ est regnū
celoꝝ Cassiodorus. Ad te dn̄e nemo se eri
gendo ꝑuenit sed potius humiliatus ascē
dit. ⁊ cum altissimus sis ꝓximior redde-
ris supplicatione curatis. Secūdo cōsistit
in dulcedine sūme bonitatꝫ et hoc quantū
ad gloriam concupiscibilis et hoc notatur
cum dicitur a vasis ceterarum. tunc enim
erit calix in manu domini vini meri plen⁹
id est pure iocunditatis qui nunc est ple-
nus musto multiplicis afflictionis quan-
do comedent amici et bibent et inebriabū
tur charissimi. inebriabuntur eñ ab vber
tate domus sue et torrente voluptatis sue
potabis eos. Tercio erit ista iocūditas in
claritate prime veritatis ⁊ hoc quantū ad

gloriam rationabilis iste eñ fuit vnus de
cytharedis quos vidit Johānes in apoca
lipsi Vidi hñtes cytharas dei. i. ꝯcordiam
noui et vt̄ deteſtamēti Et hoc ē qd̄ sequitr
cantabant canticum moisi. hoc. dicit quan
tum ad vetus testamentum et canticum a
gni. hoc dicit quantum ad nouum et est tri
plex carmen quod cantatur istis cytharis.
Primum est ad mirationis propter magni
tudinem creature vel creatoris et hoc est
quod sequitur. magna magna sunt et mi-
rabilia opera tua domine. Secūdum car
men est timoris ꝓpter penam reꝓborum
et hoc est quod sequitur. quis non time-
bit te domine. Tercium carmen est laudis
ꝓpter gloriam electorum. vnde sequitur
quis non magnificabit nomen tuum. isto
sancto competit quod dixit hieronimus.
Hic est dauid simphonides noster q̄ chri
stum lira predicauit qui ecclesiam. iuxta
et cristum ecclesie vniuit. sanctarumq̄ ani
marum dulce cecinit epitalamium. Tercō
fuit iste sanctus vas aureum ꝓpter mace
rationem ꝓprij corporis Genesis. 24. pro
latisq̄ abraam vasis argenteis et aureis
ac vestibus dedit rebecce pro munere. In
hac autoritate ornatus anime rationalis
ostenditur q̄ a vero puer abrahe id est chri
sto ornatur et hoc tripliciter. Primo enim
ornatur cōscientia decore multiplicis vir
tutis Prouer. vlti. Stragulatam vestem
fecit sibi. bissus et purpura indumentum
eius hec vestis stragulata est varietas vir
tutum qua ornatur conscientia quam de-
bemus custodire cum omni solicitudine
Apoca. 16. Beatus qui vigilat et custodit
vestimenta sua ne nudus ambulet. sed qui
dam sunt fatui ribaldi qui cum fuerint in
ebriati deludunt vestimēta sua cū taxillis
et postmodum affliguntur. egestate et mi
seria in die frigoris. sic quidam cum fue-
rint inebriati vino concupiscentie carnalis
vel cuiuslibet libidinis peccati ammittūt
vestem innocentie baptismalis vel gratie
penitentialis. quam prius desiccans mul
tiplicibus peccatis reintegrauerant ⁊ con
suerant acu confessionis tales sicut homi
nes in honesti a nuptijs expelluntur et in
tenebras proiciuntur Math. 22. Secundo
ornatur corpus maceratione carnis et hoc
notatur cum dr. ꝓtulit vasa aurea. in pal
lore enim auri signatur maceratio carnis.
ps. Posteriora dorsi eius in pallore auri.
posteriora dicit quia est vtilitas carnis q̄
debet postponi. et est vtilitas spūs que dꝫ
preponi Philipē. 3. Que retro sunt obliui-

tcens.ad ea,que priora sunt meipsum extē
dens ad destinatum persequar ad brauiū
supne vocatiōis.sz multi sūt hodie hoies
mōstruosi qui hñt oculos a posteriori non
anteriori.nō em̄ cogitāt q̄ sunt spūs sz tan
tum que sunt carnis. Tercio ornatur os di
scretione sermonis.et hoc notatur cū dr.q
protulit vasa argētea. Argentū em̄ est pul
chrum et est sonorum. Prouerbiorum.io.
Argētū electū lingua iusti.verba ex labijs
astiue sapientis pcedentia dicūtur argen
tum electum qr dulcia et sonora. Ecclesia.
6.Uerbū dulce multiplicat amicos et miti
gat inimicos.Item qr chara et preciosa.i.
Regū.3.Sermo dñi erat pciosus.Item qr
pura et purgata.ps. Argentum igne exa-
minatū terre pbatū et purgatū septuplum
Sed quorumdam argentū versū est in sco
riam Isaie.i.Eoꝝ scilicz qui nō hñt verba
casta et honesta.sed leuia et turpia de quo
Seneca. A verbis turpibus abstineto eo
rū em̄ licentia impudicitiā parit. Quarto
fuit iste sanctus vas solidū p constantiam
perseuerantie finalis.2.Thi.2.In magna
domo non solum sunt vasa argentea et au
rea sed etiā fictilia et terrea et hec quidem
in contumeliam illa vero in honorem. Ma
gna domus est ecclesia id ē electi qui sunt
in honorem superne retributionis.et va-
sa fictilia et terrea id ē reprobi qui sunt in
cōtumeliam dānationis.Electi ergo dicū-
tur vasa aurea quia pondērosa p morum
grauitatem. preciosa p sapientiam.solida
per constantiam et perseuerantium finalē
sed mali dicuntur vasa fictilia quia leuia
per inconstantiam.quia vilia per ignoran
tiā quia fragilia per culpam. Trenoꝝ.4.
Filij syon incliti amicti auro puro quomo
do reputati sunt in vasa testea opus manū
figuli.Quondā em̄ solebat hre dñs in ec-
clesia sua vasa aurea quantū ad prelatos et
subditos.sed modo habet vasa fictilia qd
signatum est in statua quā vidit nabucho-
donosor Danielis.2.capitulo. Eius em̄ ca
put erat ex auro optimo.pect9 vero et bra
chia de argento.venter et femora ex ere ti
bie vero ferree.pedū autem quedam pars
erat ferrea.quedā fictilis.Similiter si in-
spiciamus modo ad institutores religio-
num inueniemus capita aurea.si respicia
m9 ad pedes id est ad eoꝝ successores in-
uentem9 q q̄dā pedū ps ē ferrea q̄ dā ficti
lis.Quidā em̄ sunt ferrei qr duri ad corre
ctionem quidā aūt fictiles quia imbeciles
ad labores fragiles ad sustinendum oni-
nis rigorem.sequitur. ornatū omni lapidi
precioso.in quo commendatur beatus ber
nar.ab honestate 9uersationis exterioris
Sciendū ergo q beatus bernardus primo
fuit ornat9 ornamento iaspidis id est fidei
se ad virorē operis extendentis.Unde sup
illud Apocalips.21.Primum fundamentū
iaspis dicitur q iaspis est lapis viridis co
loris virorem fidei immarscentem signās
vel iaspis est fides sanctoꝝ non marcescēs
sed ad virorē operis se extendens. et recte
iaspis per quem fides signatur.vt dicitur
in glosa.intelligitur primum anime funda
mentū siue ornamentum.sicut dicitur He-
breoꝝ.xi.Fides est substātia id est funda
mentū reꝝ sperandarum. et recte dicitur
fundamentum esse qr sine fide impossibile
est placere deo.sed iaspis iste dicitur viro
rē habere quia fides se debet per virorem
operū extendere vel ostendere Iacobi.i.
Fides sine operibus mortua est Gregori.
A me fide discrepat qui opere non concor
dat.Isto ornamēto iaspidis fuit ornatus
beatus bernardus.i. Machabeorum.2.
Princeps et clarissimus et magnus es in
hac ciuitate et ornatus filijs et fratribus.
Fides facit hominem principem intellectū
in obsequium christi.captiuando. clarissi-
mum facit pprie illuminationis radijs il-
lustrando magnum facit ad diuinoꝝ fasti-
gium erigiendo.et hec.dicuntur quantum
ad fidei substantiam. Sequitur. ornatus
filijs et fratribus.quantū ad fidei virorē
id est operationem bonam. Sciendum q
bona opera dicuntur filij inquantum egre
diuntur ab arbitrij libertate fratres dicū
tur inquantum digni sunt eterna remune
ratiōe Apocalips.14.Opera eorum sequū
tur illos. Recte ergo beatus bernardus dī
citur fuisse ornatus filijs et bonis operib9
vel ad litteram. filijs id est christi fidelib9
qui dicuntur eius filij inquantum fuerunt
cum eo viuentes super eadem regula fidei
Secundo fuit ornamēto saphiri id est spei
se ad altitudinem premij erigentis.Unde
Apocalips.21.Secundum fundamentum
saphirus.ibi dicit glos.saphirus est simi-
lis sereno celo qui percussus radiis solis
ardentem emittit fulgorem et signat alti
tudinem sanctorum. quorum conuersatio
est in celis qui a vero sole percussi ardenti
us eterna q̄rūt et alios q̄rere docēt dicētes
9uersatio nostra in celis est hic recte sign a
tur ornamentum spei. et hic saphirum vt
dicitur in glosa. Ipse enim similis est sere
no celo propter eleuationem intentionis.
ardentem emittit fulgorem propter ardo

rem afflictionis. probatio experientie diuinorum beneficiorum operatur ſpem eleuationis deſiderij ad expectationē ſupernorum. et ſequitur. Spes autem non confundit. quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris p ſpiritumſanctum qui datus eſt nobis Romanorum. 5. capitulo.
Hoc dicitur quantū ad feruorem affectionis. Hec eſt gemma ſcilicet ſpes de qua dicitur. Prouerbiorum decimo ſeptimo. Gēma gratiſſima expectatio preſtolantis.
Hac gemma fuit ornatus beatus bernardus. ornauit enim eum dominus per eternam predeſtinationem. ⁊ ornauit eum per futurorum certam expectationē. ſtola glorie induit eum per iocundam retributionē. Tercio fuit ornatus ornato calcedonij id eſt charitatis aduerſa fortiter tolerantis. Unde gloſa. ſuper illud Apocalipſis viceſimo primo capitulo. Tercium fundamentum calcedonius eſt. Calcedonius pallentis lucerne colorem habet in obſcuro lucet omnibus ſcalpentium argumentis reſiſtit radijs ſolis excandens paleas ad ſe trahit in quo ſignatur charitas cuius eſt quadruplex proprietas iſtis quattuor proprietatibus calcedonij reſpondentes vt habetur. Epheſeos tercio capitulo. In charitate radicati et fundati. vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis que ſit longitudo latitudo ſublimitas et profundum.
Longitudo charitatis eſt in mortificatione proprij corporis vt ſpiritui ſubdatur. ⁊ hoc eſt quod ſubditur de calcedonio ꝙ colorem pallentis lucerne habet Gregorius Dum pallor in vultu reſpicitur. virtus patefacta laudatur. Secundo conſiſtit latitudo charitatis in releuatione indigētie proximi. vt a ſolo deo premietur Ut habetur. Mathei ſexto capitulo. Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua ⁊ hoc eſt quod dicitur de calcedonio ꝙ in obſcuro lucet. Tercio conſiſtit ſublimitas charitatis in forti tollerantia aduerſorū. ne tribulationibus frangatur. 1. Chorinteorꝝ. 13. Charitas oīa ſuffert omnia ſuſtinet. et hoc eſt qđ dicitur de calcedonio ꝙ omnibus ſculpentium argumentis reſiſtit. Quarto conſiſtit profundum charitatis in dulci comportatione peccatorum vt ad penitentiam conuertantur Auguſtinus de laudibus charitatis. Charitas in aduerſitatibus tolerat in pſperitatibꝰ temperat. in duris paſſionibus fortis. in bonis operibus hilaris. in tentatione tutiſſima. in hoſpitalitate latiſſima. inter veros fratres letiſſima. inter falſos patientiſſima. hoc lapide fuit ornatus beatus Bernardus. Eccleſiaſtj. 21. Ornamentum aureū eſt charitas que habenti dicitur eſſe doctrina. ipſa enī eſt omniū magiſtra Auguſtinus. Ille totum habet et quod latet et quod patet in diuinis ſermonibus qui charitatē tenet in moribus. Quarto fuit ornatus ornamento ſmaragdi id eſt virginitatis corpus eius immaculatum et integrū conſeruantis. Smaragdus eſt lapis magne viriditatis ita ꝙ omnes herbas et frondes viriditate ſuperat et ꝙ circumfuſum aerem viridem reddat. huiꝰ diuerſa ſunt genera ſed precioſius inuenitur in ſicilia terra deſerta. hos lapides cuſtodiunt grifes animalia habentia quattuor pedes admodum leonum quibus currunt ſuper terram et alas ſicut aquile quibus per aerem volant et cuſtodiunt iſtos lapides nū ſibi ſed hominibus quibus auferunt eos contra iſtos grifes pugnat climaſcus populus. id eſt eſt homines vnicum oculum habentes et auferunt ab eis. per ſmaragdum qui ē gratie viriditatis ſignatur virginitas que a deo et angelis eſt grata et accepta. precioſa autem virginitas reperitur in terra deſerta id eſt in carne per abſtinentiam macerata hanc volunt auferre grifes id ē demones. vnde de beato bernardo legitur. ꝙ cum mulier intraſſet lectum eius volens cognoſci ab eo ipſe exclamauit latrones. vnde ipſe fuit de populo elemoſinarum habentium vnum oculū quia non ad terrena ſed a ſolum deum conuertebat totum deſiderium et affectum. et ideo bene defendit illū lapidem precioſum qui erat eius ornamentum. nunquid obliuiſcetur virgo ornamenti ſui et ſponſa faſcie pectoralis ſue. Hieremie. 2. Ipſe non debuit obliuiſci vt agnum in eterna beatitudine cum alijs virginibus poſſit ſequi. Ad quam beatitudinem nos perducere dignetur.

De ſancto bernardo.
Sermo ſecundus.

Dedit illi cor ad precepta et legem vite et diſcipline. Eccleſiaſti. decimonono. In verbo propoſito commendatur beatus bernardus a tribus. Primo ab obſeruatione mādatorꝝ cū dicitur. dedit illi cor ad ꝑcepta. Scđo ab aggreſſione conſiliorꝝ dei. cū dicitur. et legem vite. Tercio a regula et informatione. cum dicitur. diſcipline. Quantum ad primū ſciendum ꝙ

obseruantia mandatoꝝ valet ad tria. pri
mo ad declinationez vitioꝝ. scđo ad cogni
tionē secretoꝝ tercio ad executionē operū
bonoꝝ. Prima ergo obseruantia manda
toꝝ dei valet ad declinationem vicioꝝ. Ec
clesiastes.8 Qui custodit precepta nō expe
rietur quicꝙ mali. bona est ergo p̄ceptoꝝ
obseruātia ꝑ q̄m vitat̄ maloꝝ experientia
Fatuus esset qui vellet experiri vtrū veꝝ
sit qđ ꝯmuniter dicitur ꝙ venenū potantē
se interficit. sed longe magis fatuus est q̄
vult experiri vtrū verū sit qđ dr̄ ꝙ peccatū
mortale ad mortē eternā ꝑducit cede ergo
temeritati experiendi male et crede solidi
tati eloquij diuini. Numeri.16. dicitur. ꝙ
dathan et abiron fuerunt inobedientes p̄
ceptis moysi que precipiebat ex ore domi
ni. terra ip̄os viuos absorbuit. vnde ibi le
gitur. Dirupta est terra sub pedibus coꝝ
et aperiens os suum deuorauit illos cum
tabernaculis suis. ⁊ vniuersa substātia eo
rū descenderuntꝙ viui in infernū Cū ergo
oppositoꝝ eadē sit disciplina cū inobediē
tie ꝑuersitas ita sit dānosa ꝑpēdere potes
ab oppositis obedientie humilitatis fru
ctuosa Beatus ergo bernardus videns ꝙ
non est tutum vicino cohabitare serpenti
mundū fugit ⁊ ad claustrū se transtulit ibi
ad vnguē mādata dn̄ica obseruauit Eccle.
8. Ego os regis obseruo ⁊ p̄cepta iuramē
ti dei. illoꝝ obseruamus ora a quibus re
cipere solē salutifera ⁊ fructuosa documē
ta propter hoc ergo beatꝰ Bernardus. os
christi regis diligenter obseruauit qr̄ inde
mel ⁊ lac suscipiebat que postmodum in ec
clesia dn̄i refundebat. Lac simplicioris do
ctrine quantum ad nutrimentum minorū.
mel quod ē penetratiuū subtilioris docti
ne quantum ad solidamentum maiorū sic
ergo beatus bernardus os regis obserua
uit. sequitur. et precepta iuramenti dei. p̄
cepti dei precepta iuramenti dicuntur qr̄
sicut illud quod iuramꝰ inuiolabiliter ser
uamus. ita precepta dei inuiolabiliter cu
stodire debemus. Scđo valet obseruantia
mandatorum ad cognitionem secretorum.
ps. Preceptum domini lucidū illuminans
oculos. nec mirū si p̄ceptum domini est lu
cidum cuz procedebat ab eo qui est lux ve
ra que illuminat omnem hominem venien
tem in hunc mundū Johis. Omnis effectꝰ
habet aliquā assimilationem ad suam cau
sam et ideo non est mirum si precepta ha
beant virtutē illuminatiuam cum ꝓcedāt
ab illo qui solꝰ habet immortalitatē et lu
cem habitat inaccessibilē. i. Thimotei. 6.

Ut sic per participationez diuini luminis
peruenimꝰ ad perceptionē diuine immor
talitatis Beatus ergo benardus precepta
domini seruauit et per hoc ad cognitionē
secretoꝝ peruenit Ecclesia. 29. Pone the
sauꝝ tuum in preceptis altissimi ⁊ ꝓderit
tibi magis q̄ꝫ aurum. istud ad litteram ve
rum est nichil em̄ beato benardo ꝓfuisset
si omne aurum huius mundi successoribus
congregasset. imo potius ꝓbabiliter obfu
isset forsitan enim illud reliquisset homini
nibus ingratis qui illud expendisset in di
spendium sue salutis. sꝫ longe potiora re
liquit et ligauit filijs et successoribus suis
ipse enīz claustralibus legauit ex constitu
tione monachica in informationem morū.
ipse legauit secularibus ex vitute diuina.
ostensionem miraculoꝝ ipse legauit scola
ribus ex sapientia sibi data et industria ꝓ
pria copiam librorum. ad exercitationem
studiorum. hic est ille beatus diues qui in
uentus est sine macula. qui post aurūz non
abijt. Nec sperauit in thesauris pecunie.
Ecclesiastici. 31. Sequitur. Quis est hic et
ladabimus eum. hic est beatus bernardꝰ:
ip̄m enīz laudemꝰ quia ip̄e est laudabilis
et in secula gloriosus. Tercio valet obser
uantia mandatorum ad executionz agen
doꝝ Leuitici. xx. Custodite precepta mea
et facite ego dn̄s em̄ q̄ sāctifico vos. Tria
dicit Custodite precepta mea per iugē ani
mi meditationem ⁊ facite ea per strenuam
operis executionē. tercio ponit sequentē
vtilitatem enim dominus qui sāctifico vos
per interiorem scilicet iustificationē. Pri
mo ergo debemus custodire mandata dei
per iugem cordis meditationem. Debemꝰ
esse sicut animalia munda lege quia debe
mus vngulam. diuidere per discretionem
et ruminare per cōtinuam mādatoruz me
ditationem: vt sic offeramus nosmetipsius
hostiam viuentem deo placentem. Roma
noꝝ. 12. Debemus etiam mandata dei nō
solum custodire sed etiam facere seu ope
re implere vnde dicit et facite ea. quando
enim cognitioni et predicationi coniungi
tur opus tunc auditur in diuinis auribus
dulcis melodia sed qn̄ operatio a cognitio
ne et predicatiōe disiungitur dulce melos
in diuinis auribus non auditur Unde quā
tuncunꝙ corde chytare tendantur melos
non resonat. nisi arte dictante manu tan
guntur. ꝓpter hoc apostolus paulus cor
dam chytare sue tenebat et arte spiritus
sancti dictante manu tangebat et ideo dul
ce melos in diuinis auribus resonabat.

De sancto bernardo Sermo secũdus.

Chorinteoꝝ.9.Castigo corpus meuꝫ ꝛ in
seruitutem redigo ecce extensio cordaruꝫ
sic curro non quasi in incertum. sic pugno
non quasi aerem verberans. in quo notat
boni operis fructum.Ecce arte spiritussã-
cti dictante percussio digitoꝝ.Ne forte cũ
aliis predicauerim ipse reprobus efficiar.
minus dicit et plꝰ signat sciebat em̄ q̄ non
reprobus sed electus et preelectus erat ꝛ
ideo dulce melos sue predicationis in dei
auribus resonabat ita q̄ ꝑpter melodiaꝫ
sue predicationis. raptus fuit vsq̄ ad ter
cium celum siue in corpore siue extra corpꝰ
nescio deus scit.et ibi ideo diuinaꝫ chyta
rã sua chytara dulcius resonantem audi-
uit audiuit em̄ arcana v̄ba que nõ licet ho
mini loqui.2.Chorinteorum.xii.capi.Sic
beatus bernardus fuit peritus chytaredꝰ
dñi in sono tube in psalterio et cythara in
tympano et choro in cordis ꝛ organo dñs
ꝯmendauit.Ipse em̄ specialis symphoni-
des christi dulce epitaphium nuptiarum
sponso et sponse christi et ecce super canti
ca canticoꝝ suauissime decantauit ipe em̄
fuit gemula carbunculi in ornamento au-
ri et ꝯparatio musicaꝝ in conuiuio vini ip
se em̄ carmen nuptiale coniunctionis xp̄i.
et ecclesie stilo lucidissimo super cãtica cã
ticoꝝ descripsit in quibus nuptiis xp̄s aq̄
in vinum mutauit quãdo insipiditas cor-
ticis litteralis in dulcedinem intelligẽtie
spiritualis mutata fuit.in qua est manna
dulcedo spiritualis delectationis.Et ideo
spirituales ioculatores libenter conueni-
unt ad illas nuptias ꝛ ꝯgregantur in istis
nuptiis ioculatores eniꝫ non libenter con
ueniunt ad illas nuptias in quibus vinuꝫ
reperiri non possunt vnde dicitur. q̄ apõ
sites non sunt ioculatores q2 ibi non sunt
vites. Secundo cõmendatur beatus ber
nardus ab aggressi one cõsilioꝝ cum dici
tur et legem vite.Sciendum est q̄ lex con
siliorum dei est puritate gratiosa claritate
radiosa vtilitate fructuosa. Pri̊o dico lex
consilioꝝ dei est puritate gratiosa Sapi.
18. Inclusos custodiebant filios tuos per
quos incipiebat incorruptum legis lumẽ
seculo dari. Magna fuit cura beato Ber
nardo et aliis sanctis patribꝰ homines dis
solutos a lasciuiis seculari reuocare et ad
religionem attrahere et in tuto claustri p̄
sidio clausos custodire recte claustrũ voca
ui ad tutũ presidium.Tutiꝰ est em̄ claustꝝ
q̄ castrum suauior est tunica ordinis q̄ lo
rica militis tollerabilior est obedietia ab
batis vel prioris q̄ violentia regis vel im
peratoris.ꝑpter qđ dicit inclusos custodie
bant sanctos tuos sequitur. Per quos in
cipiebat incorruptũ seculo dari.Duplex di
stinguit lex noua et vetus. Lex vetus fuit
lex corruptionis lex noua est integritatis
et incorruptionis.In lege enim veteri con
iugibus vt crescerent et multiplicarentur
et repletur terram iniungebatur. sterilis
in lege veteri maledicebaᷓ.sanctis patriar
chis vt haberent simul plures vxores per
mittebatur.homini etiam vt acciperet vxo
rem fratris mortui suscitaret semen fratre
mortuo p̄cipiebatur que omnia sine carnis
corruptione non obseruabantur.sed corru
ptum legis lumẽ innotuit qñ christus enu
chos qui se castrauerũt ꝑpter regnum ce-
loꝝ ꝯmendauit consilium altissimi de vir-
ginibus per totam ecclesiam preceperunt.
quando vox turturis in terra nostra audi
ta est Canticoꝝ.2.Turtur est auicula casta
que vno compare qñ illum amiserit alium
non admittit.solitaria incedit gemitum p̄
cantu emittit super ramos aridos arborũ
residere consueuit. vt sic instruaris exem
plo auicule caste virgulta vitiorum viren
tis vacare.hanc incorruptioneꝫ legis bea
tus bernardus in semetipso custodiuit.cu
stodiendam predcauit.et in libris suis ser
uandam esse conscripsit. Scđo lex ꝯsilioꝝ
dei est claritate radiosa. Prouerbioꝝ.6.
Mandatum lucerna est et lex lux via vite
increpatio discipline.Lucerna est lux in te
sta.vos scitis quando candela in lucerna
ponitur lux eius nõ ita in sua puritate cer
nitur sicut cum ex lucerna exultabitur sic
obseruatio mandatoꝝ secum compatitur
possessiones rerum dilectionem vxorum.
filiorum et filiarum.libertatem propriarũ
voluntatum. sed cum possessio reꝝ in pau
pertatem.dilectio vxoꝝ in castitatẽ.liber
tas voluntatum in obedientiam commu
tatur.tunc lumen a lucerna extrahitur ꝛ i
puritate sua cernitur. Hec est lex domini i
maculata conuertens animas. sequitur.
in predicta auctoritate. Uia vite increpa
tio discipline.Qui ergo vult peruenire ad
vitam obseruet viam scilicet increpatioeꝫ
Job.5.Increpationem dñi ne reprobes fa
tuus esset infirmus qui reprobaret ferruꝫ
medici per quod apostema sciditur sanies
eiicitur.apostema curatur. Unde in aucta
ritate sequitur. ipse vulnerat et medetur.
Tercio lex consiliorum dei est vtilitate fru
ctuosa. Prouerbiorum.13.Lex sapientis
fons vite vt declinet a ruina mortis.Bene
ergo est lex consilioꝝ dei vtilitate fructuo

ſa per quã declinatur mortis ruina ꝓpter hoc beatus Bernardus lubricum carnis in mundo perpendit et ideo pedes ſuos ſtatuere ſuper ſolidam petra clauſtralis cuſtodie decreuit. ne compelleretur plangere carnis lubricum et hoc ad modum illoꝝ de quibꝰ Trenoꝝ.4. Lubricauerũt veſtigia noſtra in itinere plateaꝝ noſtrarum ipſe iacula tentationũ dyaboli preuidit. ꝛ ideo ipſa tãta ſollicitudine declinauit. Gregorius. Iacula minus feriũt que preuidẽtur ipſe etiã rethica cupiditatꝫ recognouit et ideo ad frugem melioris vite volauit. Prouerbioꝝ.1. Fruſtra iacitur rhete ante oculos pennatoꝝ. Aues habent oculos quibus rethia vident. habent pennas quibus volando ipſa deuitãt. ſic nos oculis diſcretionis debemus peccata et pericula preuidere et pennis virtutum volando vitare Tercio ꝯmendatur beatus ~~Bartholomeꝰ~~ a regula ꝛ informatione morum cum dicit et diſcipline. Sciendum ergo ꝙ diſciplina valet ad tria primo eñ culpam ꝑ correctionem excludit: ſcdo gratiam iuſtificantem adducit. tercio ad gloriam eternam perducit. Primo ergo diſciplina culpam per correctionẽ excludit. ps. Diſciplina tua correxit me in finem. Benedicit in finem quia et ſi religioſus diſciplanatus quandoqꝫ erret tamen finaliter non oberrat quia diſciplina ordinis ipſum ad vitam veritatis reuocat. Diſciplina eñ eſt virga dñi per quã ipſe oues ſuas et agnos ſuos ad caulas reducit et minando vſqꝫ ad ouile perducit. prouerbiorum.22. Stultitia colligata eſt i corde pueri. ſed virga diſcipline fugabit illã. Si ergo ita in tuto poſitus eſt religioſus diſciplinatus multum debet ſibi timere religioſus indiſciplinatus Leuitici.26. Si volueritis recipere diſciplinam. ſi ambulaueritis ex aduerſo michi ego quoqꝫ contra vos aduerſus incedam et percutiam vos ſepties. hoc ẽ ꝑfecte ꝓpter peccata veſtra Audi ergo et time religioſe indiſciplinate quid eñ facies puluis et cinis qñ aduerſatur tibi ira ſummi imperatoris. quid facies ſordens in ſterquilinio cui iratus eſt potens in celo. Secundo diſciplina grãm iuſtificantem adducit prouerbiorũ.3. Diſciplinam dñi fili mi ne abijcias cum ab ea corripieris. quem eñ diligit dñs corripit ꝛ quaſi pater in filio ꝯplacet ſibi illi diſciplinam dñi abijciunt. qui domum diſcipline id eſt capitulum quantũ poſſũt refugiunt cum tñ Eccleſiaſtici.51. Dicatur a ſapiente Congregate vos in domũ diſcipline. Iſti cum corripiantur deficiunt qui ad excuſandas excuſationes in peccatis falſas allegationes in capitulis ꝓponũt vel qui eis ex caritate eos accuſant et qui ex charitate eos corripiunt odiũ pro dilectione ſua ipſis retribuunt ſequitur. quẽ eñ diligit dñs corripit. pater multum eſt ſollicitus de correctiõe filioꝝ ꝓprioꝝ nõ multũ curat de correctione alioꝝ. ſic exhibitio diſcipline argumentũ eſt dilectionis diuine. Tercio diſciplina ad vitam eternam ꝑducit. Hebre.12. Omnis diſciplina in preſenti quidem non videtur gaudij ſꝫ meroris. poſtea aũt fructũ pacatiſſimũ exercitatis ꝑ eam reddet iuſticie. Dñs ꝑ diſciplina reddet fructum pacatũ pacatiorẽ peccatiſſimũ pacatum a peccato liberando. pacatiorẽ in dei ſeruitio cõſtituendo. pacatiſſimum vitam eternã tribuendo ſicut Romanoꝝ.6. Nũc aũt liberati a peccato ecce primũ. ſerui aũt facti deo: ecce ſcdm habetis fructũ veſtrũ in ſanctificationẽ. finẽ vero vitã eternam ecce terciũ. per primũ ad ſcdm nos perducat ad tercium xp̄us ieſus filius dei. ꝛc.

De sancto Bartholomeo Sermo primꝰ

P Ercuſſerũt me et vulnerauerant me tulerũt palliũ meũ cuſtodes muroꝝ Canticorũ.5. Homines qui fuerũt magne probitatis ſolẽt filijs ſuis facta ſua ardua enarrare vt poſſint ipſos ad conſimilia prouocare. ꝓpter hoc in verbo ꝓpoſito facta egregia bti bartholomei nobis ꝓponũtur vt ad conſimilia agẽda vel patiẽda ꝓ chriſto loco et tẽpore ꝓuocemur. Sciendũ eſt ergo ꝙ beatus bartholomeus paſſus eſt pro chriſto grauia grauiora grauiſſima. que per ordinem tanguntur in verbo ꝓpoſito Grauia paſſus eſt in ꝑcuſſione quod notatur cum dicitur ꝑcuſſerunt me. Grauiora paſſus eſt in vulneratione: qđ notatur cum dr: vulnerauerunt me. Grauiſſima paſſus eſt in pallij carnis ammotione vel excoriatione qđ notatur cũ dicitur tulerunt pallium meũ cuſtodes muroꝝ. Quantum ergo percuſſerũt me. Sciendũ ergo ꝙ ſunt tria genera ꝑcuſſionum vel percuſſoꝝ. Quidã eñ ꝑcutiũt vga ad eruditionẽ Scdi ꝑcutiunt lingua ꝑ detractõnẽ. tcij plaga ad interfectionũ primi ꝗ ꝑcutiũt vga ad eruditionẽ prouerbiorẽ.23. Noli ſubtrahere a puero diſciplinã ſi eñ ꝑcuſſeris eum virga non morietur in virga ꝑcutis eum et animam eius de inferno liberabis Bona ẽ iſta percuſſio

cussio per quā homo liberatur de inferno.
Unde beatus gregorius narrat de beato
benedicto. ꝙ cum quidam iuuenis mona-
chus nō vellet stare cum aliis in oratione
vidit beatus benedictus quendam maurū
paruulū qui ipm ꝑ cucullā tenebat ⁊ ipm
de monasterio extrahebat. Beatus aūt be-
nedictus virga ꝑcussit iuuenē monachum
et sic castigauit ipm ⁊ extūc ille maurꝰ par-
uulus quem diabolum fuisse intelligimus
ad illum extrahendum de ecclesia accede-
re nō est ausus ac si eadem virga ꝑcussus
fuisset et correctus. Contra multos religi-
osos qui se exterius percutiātur in corpo-
re parum vel nihil interius corrigūtur in
corde. Hieremie. 5. Percussisti eos et non
doluerunt. attriuisti eos et renuerunt acci-
pere disciplinam: multi eñ religiosi in ca-
pitulis disciplinātur virgis atterūtur etiā
grauioribus regule institutis. attamen re-
periuntur indisciplinati quia sunt homies
duri cordis Ecclesiastici. 3. Cor durū male
habebit in nouissimo. Scdī percutiūt lin-
gua per detractionem Hieremie. 18. Veni-
te et percutiamꝰ eum lingua et non attēda-
mus ad vniuersos sermones eius: illi pla-
ga crudeli lingue percutiūt qui iustis be-
ne operātibꝰ detrahūt ps. Qui retribuūt
mala ꝓ bonis detrahebant michi qm̄ seq-
bar bonitatem. Ista ꝑcussio lingue est val-
de mala ⁊ vituꝑabilis ⁊ hoc triplici ratio-
ne. primo qꝛ est crudelis. scdo est genera-
lis. tercio quia plena est calamitate et mi-
seriis. Primo ergo ꝑcussio lingue est ma-
la qꝛ est crudelis Ecclesiastici. 28. Flagel-
la plaga liuorem facit plaga autem lingue
cōminuet ossa. ecce detractōes malorū vsqꝫ
ad medullas ossiū ⁊ fortitudinē ꝑtingunt
Scdo ista percussio est mala qꝛ generalis
Eccle. 26. Flagellū lingue omnibꝰ ꝯmuni-
cans flagellū lingue oibꝰ ꝯmunicare dicit.
qꝛ non est qui se abscondat a calore eius.
Tercio ista ꝑcussio est mala qꝛ plena cala-
mitate ⁊ miseriis Job. v. A flagellum lin-
gue abscōderis ⁊ nō timebis calamitatem
cum venerit. Terciū percutiūt plaga ad in-
terfectionē Trenorū. 3. Percussisti occidi-
sti nō pepercisti Tyrāni percusserūt beatū
bartholomeū apostolum et alios sanctos
verberibꝰ affligendo Hebreorū. xi. Sancti
ludibria et verbera experti insuper ⁊ vincu-
la et carceres. Occiderūt eis diuersis tor-
mentis mortē inferendo Hebreorū. xi. La-
pidati sūt / secti sūt / tentati sūt in occisione
gladii mortui sūt ꝓ christo. Nō pepcerunt
etiam eorū corpora feris ⁊ volatilibꝰ expo-
nendo ps. Posuerūt mortalia seruorū tuo-
rū escā volatilibꝰ celi. carnes sanctorū tuo-
rū bestiis terre. sed sicut qui accipit gladi-
um frequenter gladio perit. sic eadem ra-
tione percutiet qui iniuste percutit Actuū
23. Princeps sacerdotū ananias precepit
astantibꝰ sibi percutere os eiꝰ scꝫ pauli tūc
paulus dixit ad eū ꝑcutiet te deꝰ paries de-
albate et tu sedens iudicas me scdm legē
et cōtra legē iubes me percuti. Similiter
legitur Actuū. 12. ꝙ ab herode iacobꝰ fra-
ter iohānis gladio percussus est ⁊ occisus
et ideo herodes ab angelo ē percussꝰ Actu-
um. 12. Confestim percussit herodē angelꝰ
domini eo ꝙ non dedisset honorem deo et
cōsumptus a vermibꝰ exspirauit. similiter
astrages rex per quem beatus bartholo-
meus gladio percussus ⁊ occisꝰ a demoni-
bus percussus et arepticius effectus. Pri-
mo ergo notatur afflictio grauis in percus-
sione. cum dꝛ percusserūt me. Secundo af-
fectio grauior in vulneratione. cuꝫ dicitur
vulnerauerūt me. Sciēdum ergo ꝙ est tri-
plex vulnus: primo enim est vulnus concu-
piscentie carnalis. Secundo est vulnꝰ cha-
ritatis vel dilectionis. Tercio est vulnus
penalis afflictionis. Primo ergo est vulnꝰ
concupiscentie carnalis Isaie primo. Vul-
nus et liuor et plaga tumens non est cir-
cūligata nec curata medicamine neqꝫ fota
oleo: Vulnus pertinet ad inuidiam. plaga
tumens ad superbiam. vulnus concupiscē-
tie debent circumligari cingulo castitatis
Liuor inuidie debet curari medicamine
fraterne charitatis. plaga tumens super-
bie debet foueri oleo sancte et vere humi-
litatꝫ. ps. xxviii. Tu humiliasti sicut vulne-
ratum superbium. Vulnus ergo pertinet
ad concupiscentiam carnalem qd ortum
suum precipue habet per mulierem. Pro.
7. dicitur de fatua muliere. Multos vul-
neratos deiecit ⁊ fortissimi quiqꝫ interfe-
cti sunt ab ea. Via inferi domus eius pene-
trantes interiora mortis. qui vult ergo si-
bi cauere a morte sibi caueat a fatua mu-
liere. ⁊ non solum ab ea sed pulchre mulie-
ris quāuis bona frequentatione. Uñ Da-
nielis. 13. dꝛ ꝙ duo senes sacerdotes in cō-
cupiscentia susanne exarserūt. ⁊ huius ra-
tio redditur qꝛ erāt ambo vulnerati amo-
re eius. Scdo est vulnus charitatis vel di-
lectionis Prouerbiorū. 27. Meliora sunt
vulnera diligentis ꝙꝫ fraudulenta odiētis
oscula: fradulenta odiendis oscula non tē-
dunt nisi ad deceptionem. vulnera autem
diligentis tendunt ad correctionē ⁊ emen-

dationem. Prouerbioꝝ vicesimo capitulo.
Liuor vulneris absternet mala liuor vul
neris est vulnus charitatis que multitu-
dinē maloꝝ vel peccatoꝝ abstergit Pro.x
Uniuersa delicta opit charitas. Charitas
ita multitudinē peccatoꝝ operit ꝙ expel-
lit. et ea facie ipsius peccatoꝝ multitudo
deperit. Dulce ergo vulnꝰ charitatis qm̄
non diuidit sed vnit. non cruciat sed dele-
ctat. non mortificat sed viuificat. Uñ Au-
gustinus. Charitas est cōcordia mentium
societas electoꝝ angeloꝝ et animaꝝ neqꝫ
em̄ anime neqꝫ angeli sine charitate viuūt
ideo dulci vulnere charitatis vulneratum
se dicit. qꝫuis sit impassibilis. Cāticorum.
quarto. Uulnerasti cor meum soror mea
sponsa mea. Tercio est vulnus penalis af
flictionis Ecclesiastes.x. Qui scindit ligna
vulnerabitur ab eis. Sanctus bartholo-
meus ligna scindebat quando infideles a
silua infidelitatis separabat et ipsos in ec
clesia tanqꝫ in christi edificatio ponebat.
sed a linguis siluestribus beatus bartho-
lomeus est vulneratus et occisus. Unde in
legēda eius legitur. ꝙ astrages rex iussit
eum decollari. sꝫ dñs iam in beato bartho
lomeo vulnera alligauit et percussurā pla
gaꝝ sanauit Isaie.xxx. alligabit dominus
vulnus populi sui et percussuram plage
eius sanabit. iam dñs ab oculis ipsius et
alioꝝ sctōꝝ oēm lachrimā abstersit et ama
rum dolorem ammouit Apocalip.xxi. Ab
sterget deus omnem lachrimam ab oculis
eoꝝ. et mors vltra non erit. neqꝫ clamor ne
qꝫ dolor que prima abierunt. Sic ergo no-
tatur scdo afflictio grauior vulneratione.
cum dicitur. vulnerauerunt me. Tercio no
tatur afflictio grauissima in palliū carnis
sue ammotione. cum dicit tulerunt palliuꝫ
meū custodes muroꝝ. Per custodes muro
rū signātur tyranni et tortores sanctorum
sicut em̄ custodes muroꝝ quantū possunt
eos qui obsident castra vel ciuitates expu
gnāt sic isti sanctos apostolos et martyres
qui infidelitatem expugnabant quantum
poterant debellabant. De istis dicitur. tu
lerunt pallium meum. Sciendum est ergo
go ꝙ est triplex pallium primo est pallium
carnis. scdo est palliū iniuste indignatio-
nis. Tercio est pallium iocunde retributio
nis. Primo ergo est palliuꝫ carnis mich.2.
Desuper tunicam pallium sustulistis ⁊ eos
qui transibant simpliciter cōuertisti in bel
lū. Tyranni desuper tunicam carnis bea
ti bartholomei palliū cutis sustulerunt qñ
ipsum excoriari fecerunt hoc signatum est

Josue.7. Uidi pallium coccineuꝫ valde bo
num et abstuli. pallium coccineum potest
dici pellis beati bartholomei qd coccineū
dicitur qꝛ rubricatum fuit effusione ꝓpriꝫ
sanguinis. et istud pallium erat valde bo
num quia deo totaliter dedicatū ⁊ ad chri
sti honorem in sacrificiuꝫ oblatum Ro.xij.
Obsecro vos vt offeratis corda vestra ho
stiam deo. Hec est pellis de qua potest ex-
poni illud Job.i. Pellem pro pelle et cunc
ta que habet homo dabit pro anima sua.
Beatus bartholomeus dedit pellem pro-
prij corporis pro assequenda pelle glorie
et honoris que signari potest per pelles sa
lemonis Canticorum.i. Nigra sum sed for
mosa filie hierusalem sicut tabernacula ce
dar sicut pelles salemonis. Sic ergo p̄mo
est pallium carnis. istud palliū amisit bea
tus bartholomeus in quo erant tyrāni et
tortores sui Prouerbioꝝ.xxv. Et amittit
pallium in die frigoris id est infidelitatis.
Scdo est palliū iuste indignationis Isaie.
59. Opertꝰ ē quasi pallio zeli sicut ad vin di
ctā q̄si retributionē indignationis hosti-
bus suis. Hoc est palliū helie p quod heli
seus aquā iordanis diuisit. Aque multe
populi sunt multi Apoca.17. Aquas quas
vidisti populi sunt et gētes. Aque diuide
bantur ergo qñ in passione beati bartholo
mei quidā in fide firmabantur alij a demo
nibus obsidebantur. Unde in legēda bea
ti bartholomei legit. ꝙ venerūt rex astra-
ges ⁊ artifices temploꝝ ad ecclesiam bea
ti bartholomei obsessi a demonibus istud
fuit ex zelo diuine indignationis de quo
fuit prepictum Isaie.9. zelus dñi exercitu
um faciet hoc et hoc iuste. qꝛ beatus bar-
tholomeus zelo zelatus est ꝓ dño deo suo
Tercio est pallium iocunde tributionis.
Isaie.61. Dabit coronam ꝓ cinere oleum
gaudij pro luctu. palliū laudis ꝓ spū mero
ris. Dñs ꝓ cinere penitentie salutaris dat
coronā glorie ⁊ honoris. Jam em̄ dñe bea
tū bartholomeū gloria et honore corona
uit. dñs etiā ꝓ luctu facto ꝓ peccatis dat
oleū eterne ꝯsolationis Mat.5. Beati qui
lugent qm̄ ipi ꝯsolabūtur. ipe etiam ꝓ spū
meroris dat palliū laudis in iocunditate
eterne retributionis in vita de qua Isaie
51. Gaudiū et leticia inuenietur in ea gra-
tiarum actio et vox laudis. Ad istam vitā
nos perducere dignetur.

De sancto barthol.

Sermo secundus.

De sancto Bartholo Sermo secundus.

Audiui post me vocem magnam tanq̄ tube Apocalips. i. In verbo proposito tria notātur a quibus eruditio beati bartholomei commendatur. Primo em̄ notatur eruditionis actus noie vocis cum dicit. vocem magnā. Scdo notatur eruditionis mod⁹ cū dicit. tāq̄ tube. Tercio notatur eruditionis fructus nomine audit⁹. cū dicitur. Audiui. Primo ergo notat̄ eruditionis act⁹ cū dicit vocem. Sciendum ē ergo q̄ vox bar. fuit vox valida ad incussionem terrenoꝝ. Scdo fuit vox libera ad eruditionē indoctoꝝ. Tercio fuit vox fructuosa ad operationem miraculoꝝ. Primo ergo vox beati bartholomei fuit vox valida ad incussionem terroꝝ. ps. A voce tonitrui tui formidabūt. Vox beati bartholomei ꝛ alioꝝ apostoloꝝ ad modum tonitrui incutiebat formidinē vel terrorem audientibus populis. ꝛ huius causa erat quia ipsi tonabant minis et choruscabāt miraculis Hec est vox illius tonitrui de quo in. ps. dicitur. Vox tonitrui tui in rota. Rota est circularis figure et voluitur circūquaq̄. sic fuit vox tonitrui beati bartholomei ꝛ aliorū apostoloꝝ in rota vt ibi audirentur predicatione sua et quidē in omnem terrā exiuit sonus eoꝝ ꝛ in fines orbis terre verba eoꝝ. Sapientia p circuitum queritur et p circuitum predicatur Sap. 8. Circuibā q̄rens vt michi illā assumerem. sic ergo p circuitum etiā vt diximus p̄dicatur. ps. Caput circuitus eoꝝ labioꝝ ipsoꝝ operiet eos. Caput apostoloꝝ et totius ecclesie est xp̄s qui p ciuitates ꝛ castella circuibat ꝛ ibi v̄bū dei p̄dicabat. sic p̄dicatores xp̄i ad exēplū ipius debēt circuire ꝛ verbū dei p̄dicare vt labor ipsoꝝ possit eos feliciter operire. Tūc laborare labioꝝ peccator feliciter opitur qn̄ p labioꝝ labore sicut indumento lumine vestitur. Danielis. 12. Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamēti et qui ad iusticiā erudiūt multos q̄si stelle iperpetuas eternitates Scdo fuit vox beati bartholomei vox libera ad eruditionem indoctoꝝ. Canticoꝝ. 2. Onde michi faciez tuā sonet vox tua i aurib⁹ meis vox em̄ tua decora et eloqui tuū dulce. Istā vocē debēt audire om̄s xp̄ifideles. nā qui audire cōtēnūt finaliter dolebūt Pro. 5. Cur detestat⁹ sū disciplinā ꝛ increpationib⁹ non acquieuit cor meū nec audiui vocē docentiū me. et magr̄is nō inclinaui aurem meam. pene fui in omni malo in medio ecclesie et synagoge. audienda est ergo vox docentiū nā sicut gust⁹ bn̄ disposit⁹ delectat̄ indulcedine ciboꝝ sic auditus bn̄ disposit⁹ delectatur in dulcedie verboꝝ diuioꝝ hāc dulcedinē senserat pp̄ha dō q̄ dicebat q̄ dulcia faucibus meis eloq̄a tua super mel ori meo Tercio fuit vox beati Bartholomei vox fructuosa ad opationem miraculoꝝ ps. Dabit voci sue vocem virtutis Uirtus vocis beati bartholomei apparuit in delectione ꝛ obediētia spirituū inmundoꝝ in curatione egrotoꝝ. in cōmunicatione idoloꝝ in subuertione temploꝝ sicut i legenda ipsius plenius reperitur. Unde ibi pōt adaptari quod dicitur Apocalips. 18. Uidi angelum descendentē de celo habentē potestatem magnā ꝛ terra illuminata est a gloria eius. Beatus bartholomeus pōt dici angelus descendēs de celo ppter celestem ꝯuersionem dr̄ etiā hr̄e potestatem magnā ppter miraculoꝝ operationē. Terra etiam dr̄ illuminata a gloria ei⁹ ppter eius gloriosam et fructuosā predicatiōē Sic ergo primo notatur eruditiōis actus noie vocis cū dr̄ vocem. Secūdo notatur eruditionis modus cum dicit tanq̄ tube. De beato bartholomeo legitur vox beati bartholomei tanq̄ tuba vehemens Sciēdū ergo q̄ ista tuba vtilis erat ad tria ad que tuba est necessaria. Ad cōgregatiōē populoꝝ Scdo ad reuocationē peccatoꝝ Tercio ad resuscitationē mortuorum primo ergo fuit necessaria ad cōgregationē populoꝝ Numeri. x. Qn̄ congregandus ē populus simplex tubarū clangor erit. In simplici clangore tubaꝝ designatur mansuetudo predicatoꝝ ad eruditionē populoꝝ sicut enim aues nō capiuntur flabello sed sibulo sic frequēter plus proficit auditoribus mensueta quā aspera predicatio Math. xi. Discite a me quia mitis sum et humilis corde sic p̄dicatores euāgeliū xp̄i exemplo mḡri informati debēt esse mites siue mansueti Eccle 3. Fili in māsuetudie opa tua pfice ꝛ sup gloriā hoim diligeris māsuetudo in hac vita sibi vendicat dilectionē et in futura vite eterne possessionē ps. Mansueti aūt hereditabunt terrā et inhabitabunt in seculū seculi sup eā. Scdo est ista tuba vtilis ad pctoꝝ reuocationē Isaie. 58. Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuā ꝛ annūtia populo meo scelera eoꝝ ꝛ domui iacob peccata eoꝝ Duob⁹ modis offendunt deū peccatores p infidelitatē ꝛ quātū ad hoc dicit annūtia populo meo scelera eoꝝ ꝛ p malos mores ꝛ ppt

hoc dicit ꝛ domui iacob peccata eoꝝ. Et ꝓpter hoc ꝑdicatio dꝫ versari circa duo scꝫ circa fidē et circa bonos mores fides enim est fundamentū sup̄ qđ ↄstruitur edificiū bonoꝝ moꝝ.i.Chorinteoꝝ.3.Fundamentum aliud nemo pōt ponere ꝑter id qđ positum est quod christꝰ ħ est fides xp̄i ihesu super id fundamētum dꝫ ꝑ ꝑdicatōēꝫ construi edificium bonoꝝ moꝝ.i.Chorinte.3. Sup̄ fundamentū aūt hoc alij edificāt aurū alij argentū alij lapides ꝑciosos. Auꝝ edificant sancti hoies ꝑ ↄtemplatiōēꝫ eternoꝝ argentū ꝑ predicationē. eloquioꝝ diuinoꝝ lapides ꝑciosos ꝑ varietateꝫ virtutū ꝛ exercitationē bonoꝝ oꝑm sic ergo circa duo debent insistere boni predicatores s.circa fideꝫ ꝛ mores qđ bñ dicitur Isa.27 In die illa clāgetur tuba magna ꝛ ꝟcient qui perditi fuerāt de terra egipti ꝛ adorabunt dñꝫ. Assirij interpretantur diligētes ꝑ quos signantur peccatores ꝑ immoderatum amorem terrenoꝝ et ꝑuersos mores deū offendētes. Egiptus interpretatur tenebra in quo signantur infideles in tenebris ignorantie ꝑsistentes et ꝑ predicationē beati bartholomei et alioꝝ apostoloꝝ infideles ad fidē xp̄i cōuertebantur ꝛ peccatores a ꝑuersis moribꝰ ad exercitiū bonoꝝ operū reuertebātur. Tercio ē vtilis ad resuscitationem mortuoꝝ.i.ad Tessal. 4. Ip̄e dñs in iussu et in voce archangeli et in tuba dei descendet de celo et mortui qui i xp̄o sūt resurgēt ꝑmi deiñ nos q̇ viuimꝰ q̇ relinq̇mus simul rapiemur cum illis obuiā in christo in aera ꝛ sic sēper cum dño erimus istā vocē tube beatus hieronimꝰ sicut ip̄emet dicit multū timebat ꝛ ip̄aꝫ sibi ꝑ frequentē recordationeꝫ representabat sic et nos multū ipsaꝫ debemus timere: qꝛ post istā vocē nos oportebit coraꝫ destricto iudice ↄparere ꝛ ſm opera nostra bona vel mala recip̄e Apocalips.xx. Uidi mortuos magnos et pusillos stantes in cōspectu throni. et libri a ꝑti sunt ꝛ aliꝰ liber aꝑtus est qui est liber vite et iudicati sunt mortui ex his q̄ scripta erant in libris ſm oꝑa eoꝝ sic ergo scđo notatur eruditiōis modus cū dꝛ tanꝙ tube. Tercio notatur eruditionis fructus noīe auditus cum dꝛ. audiui. Sciendum ergo ꝙ auditus verbi diuini ad tria vtilis est Primo enim vtilis est ad eruditionem ignorantis. Scđo ad incussionem timoris. Tercio ad assecutionem eterne salutis. Primo ergo auditus verbi diuini vtilis est ad eruditionem ignorantis Prouerbioꝝ.i. Audiens sapientior erit. sicut em̄ ex multiplicatione lignorum augetur flāma sic ex multiplici auditu eloquioꝝ diuinoꝝ augetur sapientia. sed multi sunt sicut noctue vel vespertiliones qui lucem sapientie fugiunt et ideo semꝑ in tenebris ignorantie ꝑsistunt.2. Thimo 4. Erit tempus cum sanam doctrinam nō sustinebunt. sed ad sua desideria coacerubunt sibi magistros prudentes auribus ꝛ a veritate quideꝫ auditū auertēt ad fabulos aūt ↄuertētur istud iam accidit in multis temporibus nostris. multi em̄ sunt qui libentius audirent vnum ioculatorem. ꝙ̄ vnum bonū predicatorē. Scđo auditꝰ verbi diuini vtilis est ad incussionem timoris Abacuth.3. Domine auditū tuū et timui. Auditus verbi diuini nō immerito est incussiuus timoris: quia est enunciatiuus futuri iudicij in quo dominus consilia cordium manifestabit.i.Chorinteoꝝ.4. Nolite ante tempus iudicare quoadusqꝫ veniet dominus qui et illuminabit abscondita tenebraꝝ et manifestabit consilia cordium. Incussio ergo istiꝰ timoris sicut iam diximus multum nobis est vtilis. Ecclesiastici.25. Quam magnus qui inuenit sapientiam et scientiam si nō est super timētem dominū. Timor dñi sup̄ omnia se sup̄ posuit sicut lapides in tecto supponūtur asseribus ne vento dispergantur. sic timor domini supponitur bonis cordibus ne vento elatiōis vel sap̄bie ab ipsis virtutes sufflent. Tercio auditus verbi diuini vtilis est ad assecutionem eterne salutis. Actuū.13. Audiētes gentes gauise sunt ꝛ glorificabant verbum dñi et crediderūt quotquot erant preordinati a deo ad vitā eternā. Auditꝰ ordinatꝰ est ad assecutionē eterne salutis.i. Thimo.4. Attende tibi et doctrine insta in illis. hoc em̄ facies et teip̄ꝫ saluū facies et eos qui te audiunt. Bñ dicit attende tibi et doctrine. Predicator em̄ primo sibi dꝫ attendere ꝑ bonā vitam. Scđo dꝫ attēdere doctrie ꝑ alioꝝ eruditionē. Dñs det ita nobis doctrine attendere ꝙ nos et auditores possumus ad vitā eternā ꝑuenire.

¶ De sancto Augustino Sermo primus.

Dedit dominus confessionem sancto et excelso in verbo glorie. Ecclesiastici. 47. capitu. In verbo proposito commendatur beatus augustinus a tribus. Primo a puritate cōscientie cum dicitur. Dedit ↄfessionem sancto. Scđo a sublimitate scientie cum dꝛ et excelso. Tercio ab

edificatione ecclesie cum dr. in verbo glo
rie Quantū ad primū sciendum ꝙ triplex
est ꝯfessio. Est enī ꝯfessio peccati ad exclu
sionē vitioꝝ. Scđo est ꝯfessio fidei ad edi
ficationē ꝓximoꝝ. Tercio est ꝯfesso laudis
ad cōmēdationē diuinoꝝ. Primo est ꝯfes
sio peccati de qua Prouer. 28. Qui abscon
dit scelera sua nō dirigetur qui aūt cōfess⁹
fuerit et reliquerit ea miscđiaꝫ ꝯsequetur
Nō debemus peccata nr̄a abscōdere sꝑ
ꝯfessionē detergere. Fatuus est q̇ abscon
dit serpentē in lectulo vbi absconsus vene
nū diffundet. et ignis absconsus in sinu si
nū incendit qđ accidit illi qui in lectulo cor
dis vel in sinu ꝯscientie peccatū. abscōdit
Peccatū enī diffundit venenū Prouerbi.
23 Nouissimo mordebit vt coluber ⁊ quasi
regulus venena diffūdet. Peccatum etiaꝫ
in ꝯscientia absconditū incēdit sinū Pro.
6. Nunquid pōt homo abscondere in sinu
vt vestimenta illius nō ardeant et loqtur
de igne carnalis cōcupiscentie subdit enī
qui adulter est ꝓpter cordis inopiaꝫ ꝑdet
animam suam. Nam de igne carnalis con
cupiscentie ꝓicitur miser peccator i igne
gehenne ꝓpter qđ dicit qui abscondit sce
lera sua non dirigetur. Et quare ille q̇ pec
catum abcondit non potest dirigi rō est q̄r
peccata infirmatur morbo virginis. quo
morbo qñ aliquis infirmatur sic in visu ꝑ
uertitur ꝙ illud qđ infra est superius illđ
quod sup⁹ est inferius eē videatur et idō
talis homo manente morbo non dirigitur
Isaie. 19. Dñs miscuit in medio egipti spi
ritū vertiginis ⁊ errare fecerūt egiptū in
omni tempe suo sequitur. qui aūt ꝯfessus
fuerit et reliquerit ea miscđiaꝫ ꝯsequetur
Bene ꝯiungit ista duo scꝫ ꝯfessioneꝫ et de
relictionē q̄r quidaꝫ sunt qui peccata sua
cōfitentur sed statim post ꝯfessioneꝫ quasi
canis ad vomitum reuertūtur ⁊. quasi sus
lota in volutabro luti sorditantur. Nos ḡ
peccata nostra ita confiteamur vt ea totali
ter relinquamus ⁊ sic misericordiā ꝯsequa
mur et gratiam inueniam⁹ in auxilio opor
tuno hebreoꝝ. 4. Sic beatus augustinus
peccata sua ꝯfessus fuit et idō christus ipꝫ
a peccatꝫ purgauit Ecclesiastici. 47. Chri
stus purgauit peccata ipsi⁹ ⁊ exaltauit in
eternū cornu eius et non solum beatus au
gustinus ꝯfessionem fecit de peccatis imo
libꝝ cōfessionū ad edificationem totius ec
clesie ꝯposuit. Felix culpa que talem ⁊ tan
tū meruit habere cōfessorem ad totius ec
clesie ministratōeꝫ ⁊ edificatōnē ro. 3. Corde
creditur ad iusticiam ore autē fit confessio

ad salutem. Justicia fidei est causaliter ra
tio iustificationis nostre mentis Abacuth.
2. Justus ex fide viuit. sed hoc intelligitur
de fide que secum hꝫ sociā fecunditatem.
charitatis. que quasi fecunda matrona ꝓ
lem bonoꝝ opeꝝ ꝓducit. Nos ergo si spi
ritualiter viuere volumus sic fidem tenea
mus vt dilectionē fraternitatis seruemus
et in bonis opibus fecūdi simus Jacobi.
2. Sicut corpus sine spū mortuum est ita fi
des sine opibus mortua est. Sic ergo cor
de creditur ad iusticiā id est iustificationē
animaꝝ: sequitur: ore aūt fit ꝯfessio ad sa
lutem. et hoc fit ꝯd edificationē ꝓximoꝝ
talem ꝯfessionem bene habuit beatus au
gustinus Ecclesiasti. 39. Ipe tanꝗ imbres
mittet eloquia sapie sue. ⁊ in oratione con
fitebitur dño. Beatus augustin⁹ tanꝗ im
bres eloquis sapientia misit quibus totā
ecclesiam xp̄i irrigauit. Imo vt verius lo
quar quasi cathaclismus id est generale di
luuium ecclesiam dei inebriauit. Ecclesia.
39. Benedictio illius quasi fluuius inun
dauit: et quomodo catheclismus terrā in
ebriauit: iste est cui catharecte celi apti sūt
iste est cui rupti sunt oēs fontes abissi ma
gni iste est qui ꝓfunda fluuioꝝ scrutat⁹ est
iste est qui abscondita in lucem produxit.
Job. 28. Iste est cui ꝓprie conuenit quod
dicitur Danielis. 2. Ipse reuelat profunda
et abscondita: hoc intelligitur quantuꝫ ad
difficultatem sacratam scripturarum. ipse
nouit in tenebris cōstituta hoc dicitur q̄n
tum ad oscuritates librorum philosopho
rum. et ratio redditur cum subdit: Et lux
cum eo est. quod intelligitur de luce diuie
sapientie ad reuelationē diuinoꝝ. Nunꝗ
in aera domini iuuentus consimilis venti
lator: nullus similis paleaꝝ excussor null⁹
similis sanarum sententiarum quasi domi
iminicoꝝ frumētorum in horreum domini
cum congregator. Nec mirū ipse enim fuit
in cuius manum dominus ventilabrum po
suit et aream domini permundauit: pale
as sūt igni inextinguibili comburēdas ex
posuit. Recte ergo de ipso dicitur: ipse q̄si
imbres mittet eloquia sapiētie sue: sequi
tur ⁊ i oratione cōfitebitur domino quod
vt dictum est intelligitur de confessione fi
dei ad edificationem ꝓximorū Daniel. 2.
Tibi deus patrū nostrorum cōfitebor teqꝫ
laudabo quia sapientiam et fortitudinem
dedisti michi in edificationem catholicorū
Fortitudinē dicit in defectionem heretico
rum ad commendationem beneficiorum
diuinorum. ps. Confitebor tibi in ecclesia

magna in populo graui laudabo te. eccle
sia catholi. dr ecclesia magna numero ma
gna merito. magna dignitatꝫ fastigio. ma
gna eterni regis cōnubio Christ⁹ synago
ge iudeoꝝ dedit repudij libellū tuz quia
in venusta erat transgressione mādatoꝝ
diuinoꝝ ad moduz decursus preтereūtiū
annorum. tum qa rugosa erat varijs scri
barum traditionibus ꝛ phariseoꝝ in ple
risqꝫ locis legem frangentium. tum quia
sordida erat ꝛ immunda culturis ꝛ vene-
ratione idoloꝝ. et ideo mirum non fuit si
dedit ei libellū repudij. ꝛ qꝛ etern⁹ spon-
sus sine sponsa esse noluit sibi ecclesiam
magnam de gentib⁹ desponsauit Ephe-
seos. v. Christ⁹ dilexit ecclesiam ꝛ semet
ipsum tradidit ꝑ ea. vt illaz sanctificaret
mūdans eā lauachro aque in verbo vite
vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam nō
habentē maculaz aut rugam aut aliquid
huiusmodi. sed vt sit sancta ꝛ imaculata.
hec ecclesia magna in qua debemus do-
mino confiteri per recordationem benefi
cioꝝ dei ps. Confitebitur tibi cum bene-
feceris illi. sequitur. in populo graui lau
dabo te. populus fideliuz dicitur popul⁹
grauis non pondere peccatoꝝ: sed graui
tate morum. in quo populo p̄fuit beat⁹
augustinus vt senator egregius ad exem
plum ꝛ informationem ipsoꝝ Thitum. ij.
In omnibus temetipsum prebe exemplū
bonoꝝ operum in doctrinā in integritate
in grauitate. in doctrina dicit quantū ad
eruditionem idoctoꝝ. in itegritate quan
tum ad mundam custodiam membroꝝ. in
grauitate quantū ad maturitatem morū.
Beatus augustinus sicut erat grauis ita
monasteria clericorum qui in grauitate
moꝝ sancte viuerent sub regula aposto
lorum habere voluit. Unde de ipso legiꝰ
ꝙ fact⁹ presbyter monasterium clericorū
mox istituit ꝛ cepit viuere ꝫm regulā sub
sanctis apostolis constitutam. Istoꝝ aūt
ordo ꝛ dispositio bene describiꝰ Ecclesia-
stici quadragesimoquarto. vbi diciꝰ. ho-
mines diuites in fide pulchritudinis stu
diū habentes pacificantes i domib⁹ suis
vbi notatur triplex votum quod i religio
ne solet emitti. Primū est votum obedien
tie vel abrenunciationis proprie volun-
tatis. quod notatur cum diciꝰ. homines
diuites in fide. Secundo notatur votum
castitatis. cū dicitur. pulchritudinis stu-
dium habentes. Tercio notaꝰ votū pau-
pertatis. cū dicitur. pacificantes i domi-
bus suis. Quantū ad votum obedientie
dicit homines diuites i fide tota enim fa
brica edificij spiritualis i virtute obedi
tie solidaꝰ. ꝛ sic corruerit per virtutem et
humilitatem obedientie reparatur. Ver
bi gratia. Aliquis religiosus in verbo in
disciplinato ex ore suo labitur. aliquis re
ligionis statum transgreditur. aliquis in
graui enormi et manifesto peccato labiꝰ
adhuc in omnib⁹ istis est spes si obedien
tia seruaꝰ. Religiosus eñ ex humilitate
obedientie patienter sustinet quando in
capitulo corripiꝰ. ex humilitate obedien
tie libenter sustinet penas que sibi exclu
dūtur ꝛ virtutū ornamenta restaurātur.
et sic vir obediens victorias loqtur Pro
uerbioꝝ. xxj. Uir obediens victorias loq
tur ꝛ dicit. qꝛ vir obediēs habet victoriā
de diabolo ꝛ de peccato ꝛ de seipso. ꝛ hoc
est quādo sibi de seipso ꝓprio iudicio nō
credit: sed supiores sui arbitrio totaliter
se committit. Secūdo ostendit votū casti
tatis cū dicit. pulchritudinis studium ha
bentes Sapientie quarto. O q̄ pulchra est
casta generatio cū charitate ꝛ tūc pulchra
quando ꝑ confessionem est christo ꝓmis-
sa. qa tunc anima religiosa specialiter est
christo dño desponsata. ij Chorintheorū
vndecimo. Despōdi eñ vos vni viro vir
ginem castam exhibere christo: sed nota
ꝙ non dicit homines pulchritudinem ha
bentes: sed pulchritudinis studiū haben
tes. qa cum magna cautela ꝛ sollicitudie
studere debemus quomodo thesauꝝ ca
stitatis possidem⁹. habem⁹ enim istū the
saurum i vasis fictilibus. ij. Chorinteoꝝ.
quarto capitulo. Tercio describiꝰ votuꝫ
pauꝑtatis vel abrenūciationis ꝓprie vo
luntatis. cum dicitur. pacificantes in do
mibus suis. sicut scitis meum ꝛ tuuz sunt
origo omniū discentionum ꝛ litigiorum.
propter hoc enim litigia ꝛ discentiones i
monasterijs ꝛ i cathedralib⁹ ecclesijs ori
untur ꝙ administratio vel dignitas que
vni debetur a plurib⁹ ambigitur. hic est
ꝙ in monasterijs martha conqueritur de
maria ꝛ mariā accusat martha. teste euan
gelio: vt habeꝰ Luce decimo capi. Duas
sorores legimus: martham que circa fre
quens ministerium satagebat. mariam q̄
sedebat secus pedes dñi verbum ipsius
audiebat. Dominus partem marthe non
reprehendit: sed partem marie cōmenda
uit. Modo autez aliter est ecclesijs ꝛ clau
stris. ꝛ intelligatis ꝙ per martham signā
tur officiales rerum monasterij admini-
stratores. per mariam signantur claustra

les. Modo martha de quiete Marie non
curat. Modo Maria laborem Marthe ac
cusat. sicut dicere ceperā martha de quie
te Marie non curat: sed quantum potest
eius quietem recusat et ne ad ipsam per-
veniat et etiam totis viribus procurat.
Hinc est ꝙ quando aliquis officialis vel
administrator rerū monasterij ex aliqua
causa rationabili a sua administratione
absoluitur inquietatur turbatur et se pa
cem cordis sui amisisse profitetur. non di
ligens quietē: sed exteriorē turbationē
tales similes sunt piscibꝰ marinis qui in
salsis maris fluctibus viuūt in sereno au
tem aere moriuntur. hoc diximus de mar
tha. quid facit modo in claustris maria.
iste mariote sunt claustrales q̄ contra offi
ciales rerum procuratores murmurant
eorum egressus et regressus condemnant
eorum labores suis colloquijs deprauāt.
eorum turbationes recreationes esse in-
dicant. dicit maria ꝙ aer claustri est sibi
infirmus ꝙ sanatiuus esset sibi liber dis-
cursus. odiosus est ei silentij status quie
tus. melodiosus est ei secularis tumultꝰ.
isti similes sunt apibus que in cimbulorū
tinnitibus et tumultibus delectātur. nec
est iste cōuentus qui sub regula sua viue
re et in quo tanꝗ in graui populo domi
num laudare. Sic ergo primo commenda
tur beatus Augustinus a puritate consci
entie. cum dicitur. dedit dominus confes
sionem sancto. sequitur. et excelso. in quo
commendatur a sublimitate scientie. Sci
endum est ergo ꝙ beatus Augustinꝰ fuit
excelsus tripliciter. Primo enim depres-
sione peccatorum. Secūdo in eruditione
indoctorum. Tercio in confutatione he-
reticorum. Primo ergo beatus Augusti-
nus fuit excelsus in depressione peccato
rum. iij. Regum tercio. Ascendit Salo-
mon in Gabaon vbi erat excelsū magnū
Gabaon interpretatur vallis mesticie in
quo designatur status presentis miserie.
in quo non est locus nisi tristicie. in hoc lo
co beatus Augustinus inuenit excelsum
magnum maius maximum. Magnum in
recordatione preteritorum peccatorum.
ipse enim sicut de eo legitur. A conualle
plorationis ascendit et fluebāt lachryme
et bene erat ei cum illis. Secundo inue-
nit excelsum maius in dulcedine ecclesia
sticorum canticorum. Unde de ipso legi-
mus ꝙ fluebat vberrime in hymnis et cā
ticis suaue sonantis ecclesie vocibus ve-
hementer affectus. Tercio inuenit in hac
valle miserie excelsum maximum per con
siderationem et dolorem ciuiū suorū per
euntium siue subditorū. Nam legimus
in legenda ipsius ꝙ obsessa erat ciuitas
yponensis in qua ipse erat episcopus ab
exercitu barbarorum in qua mala fuerūt
augustino. lachryme sue panes die ac no
cte atꝗ sub hoc euentu ad extremā horā
perueniens obdormiuit ī pace. Unde be
atus Augustinus fuit sicut piscis dn̄icus
qui ꝑ aquam venit per lauachrū genera-
tionis et regenerationis sancti spiritus in
aquis lachrymarū vixit in aq̄s lachryma
rū vitā finiuit. Scd̄o fuit beatꝰ Augusti
nus excelsus in eruditione īdoctorū. Re
gū. xxij. Tonauit de celo dn̄s et excelsus
dedit vocem suā. Tonitruū est extinctio
ignis in nube. tūc ergo dominꝰ de celo in
corde beati augustini tonauit quando in
ipso ignem carnalis concupiscentie et se-
cularis lasciuie extinxit. Tūc Augustinꝰ
a facie tonitrui dn̄i formidauit et conuer
sus ad dominū totam ecclesiam voce sue
predicationis fecundauit. imo vt propri
us loquar non solum vocem dedit: sed to
nitruum pro tonitruo reddit vt habetur.
Ecclesiastici quadragesimotercio capitl̄o
Uox tonitrui eiꝰ verberauit. terrem tem
pestas aquilonis et congregatio spiritus.
Uox tonitrui beati augustini verberauit
terram id est terrenos, per predicationē
contemptus terrenorū. tempestas aqui
lonis fuit quantum ad perfectionem he-
reticorum ecclesiam christi impugnantiū
vt habetur Hieremie ꝑmo capitulo. Ab
aquilone pandetur omne malum. sequi-
tur. congregatio spiritus q̄ facta fuit spi
ritu sancto per beatum Augustinum qui
collegit fideles in vnum sancte matris ec
clesie sinū peruerterent dispersi per ver
sutias inimicorum. Tercio fuit beatus au
gustinꝰ excelsus in detectione hereticorū
vt habetur Iudicū nono capitulo Erat
autē in media ciuitate turris excelsa. Ci
uitas ecclesia est. Hec est enim hierusalē
que edificatur vt ciuitas. Ciuitas em̄ di
citur: quia ciuium vnitas. quod debet re
periri in sancta dei ecclesia. et inueniēba
tur in ecclesia primitiua: vt habetur Act.
quarto capitulo. Multitudinis credētiū
erat cor vnū et anima vna. In ista media
ciuitate tanꝗ turris excelsa fuit positꝰ be
atus Augustinus Canticorum quarto ca
Collū tuū sicut turris dauid que edifica
ta est cū ꝑpugnaculis mille clipei pendē
tur ex ea ōis armatura fortiū. Beatꝰ Au-

gustinus fuit sancte ecclesie collũ. Naz si
cut scitis in collo verba formantur. collo
etiam membra capiti vniuntur. qđ bñ be
ato augustino ꝯuenit. ipse enĩ ad edifica-
tionẽ ecclesie verba formauit Ecclesiasti.
xv. In medio ecclesie aperuit os eius ꝛ i
pleuit eum dominus spiritu sapientie ꝛ i
tellectus. ipse etiaz multa ecclesie mẽbra
xp̃o capiti recõciliauit. Sapientie. xviij.
Properans homo sine querela deprecare
pro populis ꝛ pferens seruituꝫ sue scutũ
orationem ꝛ per incensũ deprecationem
allegans resistit ire istud collum ecclesie
hoc est beatus augustinus vacatur turrꝫ
dauid edificata cũ propugnaculꝫ. Turrꝫ
dauid dicit̃ propter fidei firmitatẽ. sꝫ edi
ficata cũ propugnaculis dr̃ propter ratio
num ꝛ autoritatũ soliditatẽ. Unde et q̃si
exponendo subditur. mille clipei penden
tur ex ea omnis armatura fortium. Ho
mines isti bellicosi ꝛ militares solent ha
bere duo genera armorũ. quedaz ad pro
tectionez alia ad impugnationẽ. Sic bea
tus augustin⁹ pro armis habuit rationes
validas ad munitõnem catholicorũ. Ha-
buit etiã autoritates ꝛ rationes validas
ad ipugnatõnem hereticorũ. qui eniz fu-
erũt libri theologici vel diuini ex quibus
beatus augustinus. ad ecclesie munitõnẽ
et hereticorũ ipugnatõnem arma non ꝓ-
tulerit. ipse enĩ de omnib⁹ disseruit. Dis-
seruit enĩ de visibilium inuisibilibus for
mis. qđ pertinet ad mathematicã. ip̃e ẽt
disseruit de visibilium inuisibilib⁹ causis
qđ pertinet ad phisicaz. ip̃e etiã disseruit
de iuisibilib⁹ substantijs qđ pertinet ad
teologiam. Primo dico disseruit de visi
bilium iuisibilib⁹ formis qđ pertinet ad
mathematicã. Mathesis doctrina est que
in quattuor diuiditur. Musicaz. Arisme-
tricam. Geometriam. Astrologiam. In q̃
bus ita ꝓfecit q̄ om̃s mathematicos per
seip̃m nullo docente cognouit. ipse etiam
disseruit de visibiliũ inuisibilibus causis
Nullus enĩ nunq̃ de causis originalib⁹
de rationib⁹ supernaturalibus disseruit
sicut augustin⁹. hoc dixi pertinere ad phi
sicã. Phisica est naturalis scientia que in
trib⁹ consistit. in ratione. experimento et
vsu. Nullus vnq̃ augustino inter confes
sores ratione acutior. Nullus augustino
in experimento diligentior. Null⁹ augu
stino i vsu exercitior Tercio vt dixi disse
ruit de inuisibilibus substantijs. quod ꝑ
tinet ad theologiã. Theologia quadrifa
rie diuiditur sꝫ quattuor sacre scripture
sensus scilicet hystoriam. Allegoriam.
Tropologiam. Anagogiaz. Nullus eniz
augustino hystoriograph⁹ celsior. quod
pertinet ad hystoriam. Nullus augustio
informandis similitudinib⁹ lucidior. qđ
pertinet ad allegoriam. Nullus etiaz au
gustino informandis moribus vtilior qđ
pertinet ad tropologiam. Null⁹ augusti
no in perscrutandis secretꝫ celestib⁹ sub-
tilior. quod pertinet ad anagogiã. Unde
illud quod communiter de confessoribus
dicitur sibi specialiter conuenit. Non ẽ i
uent⁹ similis illi qui conseruaret legẽ ex
celsi. Non solum dico q̄ cõseruaret sed q̄
sciret custodiret ꝛ defenderet. Tercio cõ
mendatur beatus augustinus ab edifica
tione ecclesie. cum dicitur. i verbo glorie
Sciẽdũ ergo q̄ verbũ dei. dicitur verbũ
glorie triplici ratione. Primo q̄ valet ad
salutez auditorũ. Secundo quia valet ad
consolationem afflictorum. Tercio quia
valet ad gloriam doctorum. Primo ergo
verbum dei valet ad salutem auditorum
Jacobi primo capitulo. In mansuetudi-
ne suscipite insitum verbum. quod salua
re potest animas vestras. si loquamur de
verbo quod est filius dei. de quo Johã.
primo capitulo. Uerbum caro factum est
ꝛ habitauit in nobis. Istud verbum fuit
insitum in trunco siluestri nature humãe
generis ꝛ hoc in ortu florenti id est in vte
ro beate virginis. austro flante id est ope
ratione spiritussancti vt habetur Luce p̃
mo capitulo. Spiritussanctus superueni
et in te ꝛ virt⁹ altissimi obumbrabit tibi
Si vero loquamur de verbo predicatõis
ꝛ illđ vere est verbũ dei primo ad Thes-
salonicenses secundo. Cũ accepistis a no
bis verbum auditus accepistis illud non
vt verbum hominis sed vt verbũ dei istđ
verbũ inseritur qñ cũ mansuetudine sus-
cipitur. meditatõe frequentatur. Sꝫ mul
ti sunt per quoꝝ corda quasi super lubri-
cam glatiẽ transit verbũ diuinũ ꝛ ideo in
ipsis non est verbum insitũ sed fluidũ seq̃
tur. qđ põt saluare animas vestras. si ali-
quis medicus h̃ret herbã aliquã que va
leret ad curã ꝛ salutẽ omnis infirmitatis
corporis multũ ipsã diligeret et care ven
deret. Uerbum diuinũ ꝛ si non ordinetur
ad curã ꝛ sanatõez corporis infirmitatis
ordinatur tñ ad sanitatẽ cuiuslibet infir
mitatis sp̃ualis Sapientie. xix. Neq̃ her
ba neq̃ malagma sanauit eos sed sermo
tu⁹ domine q̃ sanat omnia. Secũdo valet
verbũ diuinũ ad ꝯsolatõem afflictoꝝ. Hic

remie.xv. Factũ ē michi verbũ tuũ i gau
dium ⁊ leticiã cordis mei q̃ȝ innocatũ est
nomen tuũ sup me dñe deus exercituum
Magna dr̃ esse consolatio nobis istud ꝙ
innocatur sup nos nomen dñi vt a Christo
dicamur christiani. istud ꝓ magno repu-
tabat beatus augustinus cũ dixit. nomie
suo vocauit me vt memoriale eius esset a
pud me vt ab vncto vnctus essez. ⁊ a chri
sto christianus. ita sicut dixi verbum diui
num valet ad ꝯsolatõnē afflictoꝝ Apoca
vi. Uidi subt̃ᵃ altare animas iterfectorũ
ꝓpter verbũ dei. ⁊ sequitur ꝙ dictũ ē eis
vt requiescerēt adhuc modicũ tp̃s. ecce con
solatio ex dulcedine v̄bi. ⁊ dr̃. ꝙ date sũt
illis singule stole albe. ecce consolatio ex
distributione donoꝝ. Tercio valet v̄buz
diuinũ ad gloriã doctoꝝ. Philipeñ. 2. Lu
cetis tanq̃ luminaria in mundũ verbũ vi
te ꝯtinentes ad gloriã meaz. Luminaria
mundi sunt p̄dicatores ⁊ doctores lumie
veritatis mundum illustrãtes. iter quos
xp̄s voluit facere luminare maiꝰ id est be
atum augustinum vt preesset diei ⁊ alios
excederet in lumine cognitionis verita-
tis in die euangelice predicationis quod
bene signatũ ē Apocalips. xix. Uidi ange
lum vnum stantem in sole et clamauit vo
ce magna dicens oĩbus auibus que vola
bant per mediũ celi venite ⁊ ꝯgregamini
ad cenã magnã dei. iste angelus fuit bea
tus augustinꝰ qui dicitur stare in sole. q̃ȝ
sicut vestimento fuit amictꝰ diuino lumi
ne. iste clamare nō cessabat auibus volã
tibus per mediũ celi hoc est studiosis ⁊ cō
templatiuis in ecclesia dei. hec est Beata
vocatio. hec ē beata ꝑuentio Apoca. xix.
Beati qui ad cenam nuptiaꝝ agni vocati
sũt. in ista eñ cena nobis a christo ꝓponi
tur mensa in qua nullius boni erit indi-
gentia sed omnis dulcedinis omnis bea
titudinis excellens abũdantia Luce. xxij
Dispono vobꝫ sicut disposuit mihi pater
regnum vt edatis ⁊ bibatis sup mensam
meã i regno meo. Ad qd̃ regnũ nos ꝑdu-
cere dignet q̃ viuit ⁊ regnat i secula Amē

De sancto augustino
Sermõ secundus.

Fuistis aliquã-
do tenebre nunc autē lux ĩ
domino Ephe. v. c. In ver-
bo ꝓposito notatur duplex
statꝰ beati augustini scꝫ culpe. Uñ primo
describit ꝑterita obnubilatio falsitatis.
cũ dr̃. Fuistis aliqñ tenebre. Scd̃o p̄sens

cognitio veritatis. cum dicitur. nunc aũt
lux in domino. ¶ Sciendum est ergo ꝙ
status peccatoris maxime infidelis nota
tur nomine tenebrarum quadruplici ra-
tione. Primo propter nubilum excecatio
nis Secundo propter periculum precipi
tationis. Tercio propter inquietudinē i
terne tribulatõnis. Quarto propter simi
litudinem eterne damnatõnis. Primo er
go status augustini pro tempore infideli
tatis notatur nomine tenebrarum pro-
pter nubilũ excecationis vt habetur Ec-
clesiastes secundo capitulo. Uidi ꝙ tantũ
precedebat sapientia stulticiam quantuz
differt lux a tenebrꝭ. Lux sua irradiatõe
facit diem. tenebre sua obnubilatõe faci
unt noctem. sic sapientia sua irradiatõne
facit intellectum diem recte cognitionis
stulticia vero sua obnubilatiõe facit i eo
dem noctem erroris vt habetur Genes. i
capitulo. tenebre erãt super faciē abyssi
Cor humanum potest abyssus vocari.
quia sicut abyssus non potest mensurari
ita cor hois nõ pōt ꝑscrutari Iere. xvij.
Prauum est cor hominis ⁊ inscrutabile et
quis cognoscet illud. tenebre erãt super
faciem abyssi id est sup intelligentiaz cor
dis augustini tempore infidelitatis. qñq̃
ad tantas nebulas fuit deductꝰ vt crede
ret ficum plorare qñ decerpitur. sed dixit
deus. fiat lux ⁊ facta est lux. ille ei qui ve
nit illuminare his qui in tenebris ⁊ i vm
bra mortis sedebant ad dirigēdũ pedes
eoꝝ in viam pacis, magnus dominꝰ ⁊ lau
dabilis nimis cuius sapientie non est nu
merus. de tenebris gentium lumen eccle
sie vocauit augustinum. Secũdo notatur
status ĩfidelitatis nomine tenebraꝝ pro
pter periculũ precipitatõis ps̃. Fiant vie
illorũ tenebre et lubricum. Ista eniz duo
se concomitantur mutuo tenebraꝝ obscu
ritas ⁊ pedũ lubricitas Iohis. 3. Lux ve
nit in mundũ ⁊ dilexerũt homines magis
tenebras q̃ȝ lucem Erant eniz opera illo
rum mala. Lux est christus q̃ venit in mũ
dũ Iohannis. xvi. Exiui a patre per eter-
nam generationem et veni in mundũ per
humane nature assumptionem. Iohãnis
i. In mundo erat et mundus per ipsũ fa-
ctus est. Si in mundo erat ⁊ venit in mũ-
dum. ergo venit vbi erat. Fuit in mũdo a
principio mũdi ꝑ diuinitatez. venit in mũ
dum in fine seculi per humanitatem. Sic
ergo lux venit in mundum. sequitur. ⁊ di
lexerũt homies magis tenebras q̃ȝ lucez
Nec miꝝ quelibet ei res solet id diligere

in quo cōsueuit gaudere. Unde aues diei
gaudent in luce diei et horrent tenebras
noctis. Aues aūt noctis tenebras diligūt
et diem odiūt. Sic peccatores diligūt te
nebras vitioꝝ ⁊ abhorrent honestatē vir
tutum. Unde Boetius. Nequiunt homi
nes tenebris assuetos oculos ad lumē ꝑ
spicue veritatis attollere. Similes auibꝰ
quarū intuitum nox illuminat dies cecat
Unde subditur. Erant enim opera eorū
mala Johānis. iij. Qui male agit odit lu
cem. In isto enim precipitio tenebrarum
quando fuit augustinus. Unde de ipso le
gitur. ꝙ cum grauiter egrotaret iam ibat
ad inferos portans secū peccata: sed ista
opera tenebraꝝ abiecit ⁊ arma lucis idu
it secundo Chorinteorum sexto capitulo.
Per arma iusticie a dextris ⁊ sinistris. A
sinistris fuit Augustinꝰ munitus fortitu
dine in aduersis ne desperatione frange
retur. Fuit a dextris munitꝰ humilitate
in prosperis ne superbia inflaret. Arma
iusticie post tempꝰ sue conuersionis ha
buit quandoqꝫ isidias hereticorū cautis
sima humilitate euitando. Arma iusticie
habuit a dextris isidias hereticorū quan
doqꝫ veritate solidissima retondēdo. Un
de i libro de trinitate dicitur. Dentem ca
ninum vel euitas vel cautissima humili
tas vel retondit solidissima veritas secū
do Choriteorum decimo capitulo. Arma
iusticie nostre non sunt carnalia: sed potē
tia deo ad destructionem munitionū con
silia destruentes et omnem altitudinē ex
tollentem se aduersus scientiā dei. Ter
cio comparatur status infidelitatis tene
bris propter inquietudinem interne tur
bationis: vt habetur Isaie quito capitu
lo. Aspiciemus in terram et ecce tenebre
tribulationis et lux obtenebrata est in ca
ligine eiꝰ. quando homines ex toto istis
scientijs secularibus intendūt ⁊ ad ipsas
totaliter sua ingenia deflectunt. inqetis
turbationibꝰ se inoluūt: vt habetur Job
septimo capitulo. Si dormiero dicā quā
do exurgam ⁊ rursus expectabo vesperā
et replebor doloribus vsqꝫ ad tenebras.
Bene describit statū hominis inquieti et
afflicti q̄ quādo iacet vellet surgere. quā
do meridies est vellet vesperā venire. et
vsqꝫ ad tenebras inqetatur afflictione et
dolore. talis erat status beati Augustini
tempore infidelitatis. ipse eñ inquietus
erat. nam modo carthagini modo Rome.
modo mediolani docebat ⁊ quasi auis in
quieta de loco ad locum volitabat. vt ha
betur Isaie quadragesimosexto. Vocās
ab oriente aūt de terra longinqua virum
voluntatis mee. Augustinus potest dici
auis ratione inquietudinis. Auis eñ de
ramo in ramum volitat. de arbore ad ar
borem transuolat. sicut Augustinꝰ de lo
co ad locum de secta ad sectam transcur
rebat: sed quando dominus eum ad fidē
vocauit ipsum virum sue voluntatis effe
cit et super seipsum solidauit vt habetur
Ephe. iiij. Non sumꝰ sicut paruuli fluctu
antes ⁊ circūferamur omni vento doctrie
Res q̄ fluctuat nō habet stabilimētū: sed
huc atqꝫ illuc deferť ſm fluctus impetum
vel impulsū. sic fluctuabat augustinꝰ quo
vsqꝫ supra firmā petrā id est xp̄m solida
retur. Quarto comparatur status ifideli
tatis tenebris ꝓpter similitudinē eterne
dānatōis Trenoꝝ. iij. In tenebrosis col
locauit me quasi mortuos sempiternos.
Statꝰ culpe signať i tenebris. Culpa eñ
similitudinē hꝫ eterne mortis vel dāna
tionis ps. Nescierūt nescierūt neqꝫ itelle
xerūt i tenebris ambulant ⁊ ideo in tene
bris peccatoꝝ ad tenebras inferni ruunt
Mathei. xxv. Seruū inutilem ꝓijcite in te
nebras exteriores vbi erit fletꝰ et stridor
dentiū. Peccatores vanitates huius mū
di amatores cum lamech quasi cum dua
bus vxoribꝰ contrahūt. Una est secularis
pompa. alia carnalis voluptas: sed velit
nolint compellenť in morte istis duabus
vxoribus libellū repudij dare et cū alijs
duabꝰ vxoribus istis contrarijs cōtrahe
re Apocalipsis. xviij. Quātū glorificauit
se ⁊ i delitijs fuit tantū date illi tormentū
et luctū. Quantū glorificauit se ecce pom
pa secularis. ⁊ in delitijs fuit. ecce volu
ptas carnalis. tantū date illi tormentum
cōtra voluptatē carnalē. ⁊ luctū id est abū
dantiā lachrimaꝝ contra secularē pom
pā. Sed istis tenebris noluit dominꝰ lu
men ecclesie sue cecari vel sociari. ij. Cho
rinteorū. vj. Que societas lucis ad tene
bras quasi diceret: nulla. Dñs enim illud
quē preordinauerat ponere sup ecclesie sue
candelabrū nullo mō voluit abscōdi sub
modio ifernaliū tenebraꝝ Mat. v. Nemo
accendit lucernam et ponit eam sub mo
dio: sed super candelabrum. Sic ergo pri
mo notatur preterita obnubilatio. cuꝫ di
ciť. Fuistis aliquando tenebre. Scđo no
tatur presens cognitio veritatis: cum di
citur. Nūc aūt lux in dño. Sciendum er
go ꝙ status egregiosissimi doctoris nota
tur in nomine lucis post statum sue con

uersionis ⁊ hoc propter quadruplicem ꝓ
prietatem lucis. Lux enim habet clarita
tem in essentia. Jocunditatem ex presen
tia. Utilitatem ex influentia. Perpetuita
tem ex duratione eterna. Primo ergo lux
habet claritatem in essentia. iij. Regū. ij.
Lux que per infusionez diuine gratie ori
tur fidelibus christi post statum culpe. Ut
habetur Jsaie nono capitulo. Habitanti
bus in regione vmbre mortis lux orta est
eis: vt habet̃ Sapientie octauo capitulo
Per hanc habeo immortalitatem ad tur-
bas ⁊ honorem ad seniores ⁊ facies prin
cipium mirabuntur me. tria describit ge-
nera clericorum ⁊ maxime theologorum.
Jncipientium / proficientiuz ⁊ perfectoꝝ.
Quantum ad incipientes dicit. ꝑ hanc id
est per sapientiam habeo honorez ad tur
bas id est ad cōmunes theologos qui in-
cipiētes audire theologiam ⁊ sancta ver
ba sancti augustini audientes in suis ver
bis et sententijs ipsum honorant. Profi-
cientes qui seniores vocantur ipsum glo
rificant et clarificant. Facies etiam prin-
cipum id est perfectorū vel doctorum sa-
cre theologie mirantur verborum suorū
profunditatem: vt habetur Job vicesimo
octauo capitulo. Profunda fluuiorū scru
tatus est ⁊ abscondita produxit in lucem
Beatus enim Augustinus semper augu
stus in mense augusti de hoc mūdo ad pa
trem translatus est. reliq̄t nobis tantam
abundantiam ⁊ profunditatem libroꝝ ꝙ
vix vita humana sufficit ad perscrutatiō
nem eorum. Jdeo beatum Augustinū vo
luit vocare semper augustum: quia ꝯm de
cursum ⁊ processum temporum magis ac
magis augetur ⁊ notatur vtilitas libroꝝ
suoꝝ. Secundo lux habet iocunditatem
ex presentia: vt habetur Ecclesiastes vn-
decimo capitulo. Dulce lumen ⁊ delecta
bile oculis videre solet sic sapientia salu
taris post statū sue conuersionis ī beato
augustino fecit ⁊ in alijs sctīs doctorib⁹
facit iocunditatem spiritualem. Cū enim
lux gratie vel sapientie ī corde sapientis
oritur tūc ex claritate ⁊ puritate conscien
tie letat̃ ps. Lux orta est iusto ⁊ rectis cor
de leticia. Unde Sapiētie octauo capitu
lo. Commemorans in corde meo ꝙ̄ imor-
talis est in cognitione sapientia. ⁊ in ami
citia illius delectatio bona. ⁊ p̄claritas ī
communicatione sermonum illius. circuz
ibam querens vt michi illam assumerem
Beat⁹ augustin⁹ circuiuit ꝙ diuinā sapi
entiā in spōsam assumpsit ⁊ sibi in matri-
moniū copulauit. ⁊ hoc sapiēter fecit. illa
est em̄ vxor pacifica. vxor pulchra vxor fe
cūda. hō q̄ cū vxore litigiosa ꝯtrahit dies
suos in amaritudīe anīe sue deducit. Un̄
vulgariter dicit̃ ꝙ tria sunt que solent ex
pellere hoiez đ domo sua. stillicidiū fum⁹
et vxor litiosa. non talis est diuina sapi-
entia: sed q̄eta ⁊ pacifica. Sapientie. viij.
Jntrans in domū meam conq̄escam cum
illa. ista etiā vxor ē vxor pulchra siue spe
ciosa. Sapiētie. vij. Est em̄ speciosior sole
Unde si queratis a me quomodo vocatur
ista vxor speciosa. respōdeo vobis modo
ꝙ vocatur dn̄a clara. Sapiētie. vj. Clara
est ⁊ que nunq̄ marcessit sapientia. Jsta
etiam vxor est vxor fecūda. Ex ipsa enim
beat⁹ Augustin⁹ genuit filios vel filias.
Filius versutias sermonū ⁊ dissolutiōes
argumentoꝝ. validas rationes ad confu
tationes hereticoꝝ. Filias nobis genuit
in formationē moꝝ regulam clericoꝝ. vi
sitationē ad exercitiū bonoꝝ opeꝝ. Bea
t⁹ talis spōsus beata talis spōsa ex quib⁹
proles tā benedicta nobis est exorta. Un̄
ista mater beata vocare nos nō desinit vt
impleamur generationib⁹ suis Ecclesia-
stici. xxiiij. Ego mater pulchre dilectiōis
et timoris et agnitiōis et sancte spei. trā
site a me oēs q̄ concupiscitis me ⁊ a gene
rationibus meis adimplemini. Tercio lux
habet vtilitatem ex influentia. Lux eniz
corpoꝝ supioꝝ facit ad generationē isto
rū inferioꝝ. Unde philosophus. ij. phisi-
coꝝ. Homo generat hominē ⁊ sol. homo
sicut agens ꝓpriū et particulare sol sicut
agēs cōmune ⁊ vniuersale. sic iste sanctis
simus doctor habuit effectū vtilitatis ex
influentia lucis sapientie salutaris Eccle
siastici. l. Quasi stella matutina in medio
nebule. ⁊ quasi luna plena ī dieb⁹ suis sic
ille effulsit in templo domini. Sapientia
lucem istius egregij beati augustini luce
stelle matutine ⁊ solis ⁊ lune ꝯparauit q̄r
nichil clarius cui comparare posset ī cor
poribus īuenit. Jsta lux habuit vtilitatē
ex efficatiam. Unde immediate dicitur q̄
preualuit amplificare ciuitatez ⁊ adept⁹
est gloriā in conuersione gentis. Ciuitas
est ecclesia que dicitur ciuiū vnitas Act.
quarto capitulo. Multitudinis credētiū
erat cor vnum et anima. Jstam ciuitatem
beatus Augustin⁹ amplificauit: quia fu-
niculos tabernaculoꝝ ecclesie expositiōe
scripturaꝝ ⁊ cōpositiōe libroꝝ dilatauit
et acies hereticoꝝ ecclesiam īpugnantiū
gladio spiritus quod est verbum dei ⁊ ra

tionibus validis a funibus illius longiꝰ
propulsauit. Sic ergo preualuit ampliſi-
care ciuitatem. ſequitur. ⁊ adeptus ē glo
riam in conuerſione gentis. ipſe eniz ſan
tis p̄dicationibus ſuis multos a deuiovi
tiorum ad vitaz virtutum reuocauit ⁊ ad
huc ſuis ſacris libris reuocare nō deſinit
et ideo adeptus eſt gloriam in conuerſio
ne gentis. gloriam ſcilicet eterni fulgoris
Danielis duodecimo capitulo Qui docti
fuerint fulgebunt quaſi ſplēdor firmamē
ti ⁊ qui ad iuſticiam erudiūt multos qua-
ſi ſtelle i perpetuas eternitates. Quarto
habet lux perpetuitatez ex duratōe eter
na. Lux enim perpetua eſt et īmortalis vt
habetur Iſaie triceſimo capitu. Erit lux
lune ſicut lux ſolis ſeptempliciter. lux em̄
corporum ſuperiorum non ceſſabit ſed re
munerabitur in augmento luminis pro-
pter obſequium qḋ impendit electis pro
pter hoc ſapientia diuina poteſt luci com
parari. Quia eſt indeficiens ⁊ inextingui
bilis vt habetur Sapientie ſeptimo capi
tulo. Super ſalutem ⁊ ſpeciem dilexi ſapi
entiam ⁊ propoſui pro luce habere illam
ꝙ inextinguibile eſt lumen illius. Tem
poralis abūdantia. ſecularis pompa. mū
dana ſapientia ⁊ ſi videantur eſſe quedā
luminaria. tamen cito extinguuntur ſicut
ignis in ſtupa. ⁊ quia beatus auguſtinus
luci inextinguibili ſapiētie ſtuduit. ideo i
mortalem gloriaz acquiſiuit ⁊ litteras te
ſtimoniales ſuis imitatoribꝰ ⁊ regule ſue
profeſſoribꝰ acquirendi dereliquit. vt ha
betur Sapiētie octauo capitulo. Per hāc
habeo immortalitatem ⁊ memoriaz eter
nā his qui poſt me futuri ſunt relinquam
⁊ ideo ſicut i memoria eterna erūt iuſti. id ē
imitatores ⁊ profeſſores regule beati au
guſtini ⁊ illḋ qḋ ſequitur obtinebūt ꝙ ad
auditōe mala nō timebūt. ab illa. ſ. q̄ tur
babūtur reprobi tiore horribili qñ dicet
eis Ite maledicti. ſed recreabūtur leticia
inenarrabili qñ dicetur eis venite benedi
cti patris mei Mat. xxv. Ad qḋ regnum.

De decollatione iohā nis baptiſte ¶ Sermo primus.

ODio habuerunt corripiētē i porta Amos. v. In verbo propoſito tria notantur
que i nobis cōſiderāda proponūtur. Pri-
mo em̄ nobis ꝓponitur i beato Johāne
correctōnis liberalitas. cum dictur. cor-
ripientem. Scḋo notatur i eodem dilecti
onis generalitas. cum dicit. i porta. Ter
cio notatur i herode herodiade ⁊ filia ſal
tatrice querelitas. cum dr. Odio habuerūt.
Johānes em̄ correxit liberaliter. dilexit
generaliter. p̄cepit herodes damnabilit.
Primo ergo notatur i iohanne correctio-
nis liberalitas cum dr. corripientē. Scien
dum eſt ergo ꝙ beatus iohānes corripie
bat herodē tripliciter. Primo em̄ corripu
it ꝯſtanter. Scḋo corripuit ſapiēter. Ter
cio corripuit miſericorditer. Primo ergo
beatus iohannes corripiebat conſtanter
Sapientie. i. Probata virtus corripit inſi
pientes. Probata virtus conſtātia poteſt
dici que nec allicitur proſperiz nec dicitur
aduerſis. Audacter homines ꝯſtātes cor
ripiunt homines nec parcunt maioribus
ſicut non parcunt minoribꝰ. Contra mul
tos predicatores qui audacter peccata re
darguunt in pauperibus ⁊ in inferioribꝰ ſ
parcunt ⁊ quaſi oleo adulationis perungūt
aures ſuperiorꝝ. de quo i pſ. dr. Oleū aūt
peccatoris nō impinguet caput meū. Ta
les predicatores magnos homines i viaz
veritatis nō dirigūt ſed potius a via veri
tatis auertūt Iſaie. 3. Popule meus qui
beatum te dicunt ipſi te decipiunt ⁊ viaz
greſſuū tuorꝝ diſſipant. Audacter debēt
corripere boni predicatores ⁊ confeſſores
quia homo magnus et ſi in principio mo
leſtetur ꝓpter correctionis acerbitatez fi
naliter tñ letatur ꝓpter ſequentis corre-
ctōnis vtilitatem. prouerbiorꝝ. xxviii. q̄ cor
ripit hoiem gratiā poſtea inueniet apud
eum magis ꝙ ille qui per lingue blandi-
menta decipit. Sic ergo beatus iohānes
baptiſta ꝯſtanter arguebat herodē Mar.
vi. Dicebat iohānes herodi nō tibi licet
habere vxorē fratris tui. Scḋo arguebat
beatꝰ iohes ſapienter. In correctōne em̄
cum ꝯſtantia debet eſſe ſapientia Eccle.
xix. Corripe amicū ne forte non itellexit ⁊
dicat nō feci. aut ſi fecerit ne iterꝝ addat fa
cere. Multi ſūt homies ſimpliciores qui
neſciunt cōſcientias ſuas diſcutere ⁊ vbi
culpa nō eſt credunt culpam eſſe. et ideo
ſapientes predicatores ⁊ ꝯfeſſores debēt
eos ꝑ interrogationem dirigere ⁊ culpā
ſuam eis oſtendere Eccleſiaſti. xi. priuſꝙ
interroges ne vitupes queniꝙ ⁊ cū inter
rogaueris corripe iuſte. Bonus predica-
tor debet iuſte corripere vt peccator ꝑ cor
rectionē conetur peccatū fugere ⁊ ad pe-
nitentiā ꝯuertere Eccleſiaſti. xx. ꝙ bonū
eſt correctū manifeſtare penitentiam. ſic
em̄ effugiens voluntariū peccatum. Cor

baptiste. At illa petitionem īpleuit cū festinatione ad regem petiuit dicens. Uolo vt ꝓtinus des mihi in disco caput iohis baptiste. Uñ sibi misso spiculatore p̄cepit auferri caput iohānis baptiste ꝛ decollauit eū ī carcere. Herodes ergo caput proprium extulit caput iohānis baptiste abstulit. Sed christ9 caput iohannis baptiste sustulit ꝛ etiā exaltauit ps. cix. De torrente ī via bibet ꝓpterea exaltauit caput. Beatus iohānes baptista ī via p̄sēt vite bibit de torrēte mortis et decollationis. sed dñs exaltabit non solū caput sed animam et totū corp9 ī glorie eterne retributionis. Ad quā nos perducere dignetur qui viuit ꝛ regnat ī secula seculorū. Amē.

De decollatione Jo. Baptiste sermo scđs

uentum diuine gratie recreatur. hoc petebat pſalmiſta. dicẽs. Emitte ſpiritum tuum et creabũtur et renouabis faciẽ terre. Nos enim de vetuſtate culpe tranſire debemus ad nouitatem gratie. i. Chorinteoꝝ. 5. Expurgate vetus fermentum vt ſitis noua cõſperſio ſicut eſtis azimi. Sic ergo quando dominus emittit ſpiritum ſuũ anime creã tur id eſt recreantur. ſequitur ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. tunc ſpiritus innouantur quando nos in nouitate gratie ambulamus. vt habetur ad Romanos ſexto capitulo. Quomodo chriſtus ſurrexit a mortuis per gloriã patris ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemus. Iſte ſpiritus humanus nõ ſolum debet eſſe nouus ſed etiam rectus propter quod hic dicit ſpiritum meum innoua. Tunc autem ſpiritus rectificatur quando regula fidei et mandatorum dei regulatur. Gallatas ſexto. Quicunqꝫ hanc regulam ſecuti fuerit pax ſuper illos: in preſenti vita pax pectoris et in futura pax eternitatis. Tercio eſt ſpũs angelicus Hebreoꝝ. i. Omnes ſunt adminiſtratorũ ſpiritus in miniſteriũ miſſi propter eos qui hereditatem capiunt ſalutis iſti angelici ſpiritus recte dicuntur adminiſtratorũ quia miniſtrant creatori ⁊ creato homini. quomodo creatori Danielis. 7 Milia milium miniſtrabant ei. et decies centena milii aſſiſtebant ei. Miniſtrabãt etiam creato homini. vnde hic dicit miniſterium miſſi propter eos qui hereditatez capiunt ſalutis. vnde et ille angelus qui beato Johanni ſecreta celeſtia oſtendebat in apocalipſi ſe conſeruum noſtrum humiliter appellauit. Apocalipſis viceſimo ſcdõ poſtqꝫ vidiſſem et audiſſem cecidi vt adorarem pedes angeli. qui michi oſtendebat et dixit mihi. Uide ne feceris. Conſeruus enim tuus ſum. iſte ſpiritus angelicus eſt ille ſpiritus bonus de quo Luce. xi. Pater veſter celeſtis dabit ſpiritum bonũ petentibus ſe. Sciendum eſt ergo q͛ iſte ſpirit⁹ angelicus ſpiritus bonus poteſt dici propter tria bona que facit in nobis. Primo enim nos ſtabilit per conſeruationem. Secundo erigit ad contemplationem. Tercio adducit ad glorioſam viſionem. Primo ergo ſtabilit per conſeruationem Ezechielis 2. Ingreſſus eſt in me ſpiritus poſtqꝫ locutus eſt mihi. et ſtatuit me ſuper pedes meos homines ſuper pedes ſuos ſtatuere eſt ipſos per cuſtodiam angelicam firmare et in gratia ſeruare ps. Angelis ſuis mandauit de te vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. in manibus portabunt te ne vnqꝫ offendas ad lapidem pedem tuum. Iſta verba dicebat ſathanas chriſto vero deo ⁊ homini. ⁊ interpretabatur de capite quod dictum fuerat de membris. ſaluator non eñ indigebat cuſtodia angelorum ſed angeli cuſtodia ſaluatoris. ſequitur ibi. Super aſpidem ⁊ baſiliſcum ambulabis ⁊ conculcabis leonem et draconẽ. Recte firma ſtabilitio pedum vſqꝫ ad conculcationem peccatorum et ſpirituum immundorum. Secundo erigit ad contemplationem vt habetur Ezechielis vndecimo capitulo. Eleuauit me ſpiritus et introduxit me ad portam domus domini orientalem qui reſpicit ſolis ortum. tunc homo a ſpiritu angelico eleuatur quando eius auxilio ad contemplationem ſublimatur. Sunt autem duo que debent contemplari. Primo enĩ debent contemplari exordium ſue natiuitatis. Secundo debent contemplari terminum ſue natiuitatis in hoc contemplabatur ſapiens vt habetur Sapientie ſeptimo. In ventre matris figuratus ſum caro. decem menſiũ tempore coagulatus in ſãguine ex ſemine hominis et delectamẽto ſomni conuenientis. et ſequitur. et primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans. Prima vox quam infans emittit eſt vox ploratus ipſe enim ex fletu quem in natiuitate emittit eſſe videtur ꝓpheta ſue future calamitatis. quod conſiderans iob dicebat. Job decimoquarto. Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miſerijs qui quaſi flos egreditur ⁊ conteritur. ⁊c. Homo naſcitur de muliere ⁊ ideo cum immunditia et fetore. Breui viuens tempore. et ideo debet vitam ſuam deducere cum timore repletur multis miſerijs et ideo vitam ſuam deducit cũ dolore. Sic ergo homo primo debet contemplari initium ſue natiuitatis. et hoc notatur ꝑ portam orientalem in auctoritate ꝓphetis. ſequitur qui reſpicit ſolis ortum. ortus ſolis eſt charitas ſaluatoris in cuius cõtemplatione vita beata conſiſtit Malachie. 4. Orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſticie: tũc ſol iuſticie in mentibus noſtris oritur quando ſublimitatem claritatis diuine; et felicitatis noſtre contemplamur. Tercio adducit ad glorioſam viſionem. vt habetur Ezechielis octauo. Eleuauit me ſpiritus inter celum et terram ⁊ adduxit me in hieruſalem in viſione dei: anima a ſpiritu angelico inter celũ et terram leuatur quando in die mortis ab angelis

in eternam requiez portatur Luce.16. Factum est autem vt moreretur mendicus et portaretur in sinu abrahe: p sinũ abrahe requiem beatorum possumus intelligere: vnde de beato michaele Cuius festum hodie celebratur in ecclesia cantatur. Sed signifer sanctus michael archangelus representet eas in lucem sanctaz quã olim abrahe promisisti et semini eius. Tercio commendatur spiritus angelicus ab vtilitate regiminis et directionis ad vitam glorie. quod notatur cũ dicitur deducet me in terram rectam. Sciẽdum est ergo ꝙ spiritus angelicus educit a pena et miseria dirigit in via. introducit ad celestia. Primo ergo spiritus angelicus educit a pena et a miseria. ps. Immittit angelus domini in circuitu timentium eum et eripiet eos Sciendũ est ergo ꝙ sicut spiritus malignus circuit ad subuersionem. j. petri.5. Aduersarius vester diabolus tanꝗ leo rugiens circuit querens quem deuoret sic spiritus angelicus circuit ad defensionem et erectionem. Unde hic dicitur ꝛ eripiet eos. Unde Danielis.3. legitur ꝙ angelus domini cũ azaria et socijs eius in fornacem descendit et medium fornacis quasi ventum roris flantem fecit. et sic eos de incendio eripuit siue liberauit. Angelus esse domini beatũ petrum apostolum de carcere herodis in quo ligatus tenebatur eduxit Actuum.12. Angelus dñi astitit ꝛ lumen refulsit in habitaculo carceris: percussoꝗ latere petri excitauit eum dicens. surge velociter ꝛ ceciderũt cathene de manibus eius. Secundo angelus domini dirigit in via Tobi.v. Egressꝰ tobias inuenit iuuenem splendidum stantem precinctum et quasi paratum ad ambulandum: ignorans ꝙ angelus domini esset salutauit eum. Iste angelus tobiam iuniorem duxit ꝛ reduxit sicut tobie seniori promisit. Tobie.v. Ego sanum ducam et sanũ tibi reducã filiũ tuũ. Tobias etiam eiꝰ consilio et auxilio piscem qui eum vorare volebat apphendit ꝛ attraxit. Ipe etiã tobiã seniorẽ a cecitate curauit Ipe etiã vxorem tobie iunioris a demonio liberauit. Tobie.12. Et nunc misit me dñs vt curarẽ te et sarram vxorẽ filij tui a demonio liberarẽ. Ego enim suz raphael vnus de septẽ angelis qui astamus ante dominum. Tercio angelus domini introducit ad celestia Exodi.23. Ecce ego mittam angelum meũ qui precedat te et custodiet in via et introducet ad locum quẽ preparaui. Iste locus a deo electis suis paratus est terra promissionis: per quam signatur vtilitas et iocunditas glorie celestis. dominus deus tuus introducet in terram bonam vbi absꝗ vlla penuria comedes panem tuum. et rerum omnium abundantia perfrueris. In eterna enim gloria nullus potest esse defectus quia ibi est status omnium bonorũ aggregatione perfectus. 1. Chorin.2. Oculus nõ vidit nec auris audiuit in cor hominis nõ ascendit que preparauit deus diligentibꝰ se Ad ista bona electis suis preparata nos perducere dignetur. et cetera.

De Angelis Sermo Secundus

Angeli eorũ semper vident in celis faciem patris mei qui in celis est Mathei.18. In verbo ꝓposito duo notantur a quibus angeli cõmendant̃. Primo cõmendantur ab humilitate sollicite administrationis cum dicitur angeli eorũ. Secundo a celsitudine diuine contẽplationis cũ subditur semper vident faciẽ patris mei qui in celis est. Quantũ ad primũ hebreo.1. dicitur oẽs sunt administratorij spiritus in ministerium missi ꝑpter eos qui hereditatem capiunt salutis. Angeli dicuntur nuncij vel missi. Sciendũ ergo ꝙ quadruplici ratione ad nos mittuntur. Primo mittuntur ad directionem deuiorum. Secundo ad consolationem afflictorum. Tercio ad reuelationem secretorum. Quarto ad denunciationem gaudiorum. Primo ergo mittuntur angeli ad directionem deuiorũ Genesis.21. Dicitur ꝙ vidit angelus domini agar ancillam sarre errãtem in solitudine bersabee et vocauit eam dicẽs qd agis agar. et sequitur. Surgez tolle puez et tene manum illius. qꝛ in gentem magnã faciam eum. aperuitꝗ dominus oculos eius que videns puteũ aque abijt ꝛ impleuit vtrez deditꝗ bibere puero ꝛ fuit cũ eo Ex hac auctoritate tantum accipio ꝙ angelus domini errantem vidit. ipsam direxit. Ex quo patet ꝙ ministerium angelorũ est directio deuioꝝ Exodi.23. Ecce ego mittam angelum meum qui precedat te et custodiet te in via et introducet te in locum quem preparaui. Tria dicit que erga nos faciunt angeli. primo precedunt ne in via morum deuiemꝰ. Exodi.14. Angelus dñi precedebat castra. Secũdo custodiunt nos ne in lubrico huius vite positi cadamus et sic offendamus ps. Angelis suis mandauit de te vt custodiant te in omnibus vijs

tuis. Tercio introducunt nos vt luce gloriosa fruamur vnde ecclesia cantat de beato michaele signifer sanctꝰ michael archāgelus representet eas. in lucem sanctam. quam olim abrahe promisisti et semini eiꝰ Numeri.x. Profecti sūt filij ruben per turmas et ordinem suum quorum princeps erat elisur. elisur interpretatur dei mei princeps quod bene conuenit beato michaeli qui in defendendis ⁊ presentandis animabus princeps vocatur Danielis.x. Michael vnus de principibus venit in adiutoriū meum Secundo mittuntur angeli ad consolationem afflictorum Mathei. 28. Ecce terremotus factus est magnus. angelus domini descēdit de celo erat aspectus eiꝰ sicut fulgur vestimenta autem eius sicut nix. Terremotus in corde peccatoris efficitur quando ex recordatione peccatorum et consideratione diuinorū iudicioꝝ concutitur psal. Terra tremuit ⁊ quieuit cū exurgeret in iudicio deꝰ terra cordis nostri tremit ex recordatione peccatoꝝ et cōsideratione diuinoꝝ iudicioꝝ ps. Timor ⁊ tremor venerūt super me. Sed quieuit cessando ab executione opeꝝ meritoꝝ vel demeritorioꝝ Apoca.x. Angelus leuauit manū suam ad celum et iurauit ꝑ viuentem i secula seculoꝝ. qꝛ tempus non erit amplius ad merendum vel demerendū. Sed tūc recipiet vnusquisqꝫ ſm exigentiā suoꝝ meritoꝝ. ii. Chorinth.5. Oīs nos manifestari oꝫ añ tribunal xp̄i vt recipiat vnusquisqꝫ ꝓpria corporis sui ꝓut gessit siue bonū siue malū sic ꝙ terremotus factus est. magnus sequitur. Angelus eñ dn̄i descendit de celo et describit ip̄m sub duplici spē scꝫ fulguris et niuis. in fulgure est impulsiuū terroris et hoc ſm duo que angelus domini facit in nobis. qñqꝫ eñ terret ne in prosperis ꝑ superbiam erigamur Judicum.2. Angelus dn̄i ascendit de galgalis ad locū flentiū vbi habetur et legitur ꝙ dure ⁊ terribiliter increpauit peccata eoꝝ ⁊ ibi sequitur. Eleuauerunt filij israel vocem suam ⁊ fleuerunt. vocatumqꝫ est nomen loci illius locus flentium siue lachrimaꝝ. Scdo angelus demulcet in aduersis ne per desperationem frangamur et ideo mōstratur sub blandimento niuis Danielis.3. Angelus domini descendit cū asaria ⁊ socijs eius in fornacem ignis et excussit flāmaꝫ ignis de medio fornacis fecitqꝫ medium fornacis quasi ventum roris flantem tunc ignis de fornace excutitur et medium eius tanq̄ ventum roris efficitur quādo angelꝰ nos in nostris aduersitatibus cōsolatur. quod specialiter cōpetit beato michaeli cuius festum hodie celebratur Danielis.xii. In tēpore illo consurget michael princeps magnꝰ qui stat pro filijs populi sui et erit tempus quale non fuit ab eo ex quo ceperunt esse homines super terrā vsqꝫ ad illud tempus: loquitur de tēpe vltime tribulationis que tanta erit ꝙ moueant̄ si fieri potest etiam electi tūc boni bone indigebunt auxilio et solatio sancti michaelis archangeli: tunc enim electi impugnabuntur per seuitiam tirānoꝝ. per astutiam hereticoꝝ per fallantiā ypocritarū. Sed beatꝰ michael consolabitur eos tirannorū seuitiā temperendo. hereticorū astutiam reuellendo ypocritarū fallatiā detegendo Jsaie.33.c. Introducuntur electi clamantes ad dominum pro acerbitate tante tribulationis. Ubi dicitur Domine miserere nostri te eñ expectauimus. esto brachium nostrum in mane et salus nostra in tempore tribulatiōnis et statim subditur ꝙ a voce angeli fugerunt populi. Tercio mittuntur angeli ad reuelationem secretorum Judicum.xiii. Angelus apparuit manue et vxori eius. et dixit ad eam sterilis es et absqꝫ liberis sed concipies et paries filium. Et quibusdam interpositis subditur. Quod tulerunt hedum de capris et libamenta et posuerunt super petram et obtulerunt domino qui facit mirabilia. Cumqꝫ escenderet flamma de igne altaris angelus domini pariter cū igne ascēdit: dixitqꝫ manue ad vxorē. morte moriemur quia vidimus dn̄m. Cui respondit mulier. si dominus nos vellet occidere nequaq̄ holocausta et libamenta de manibus nostris accepisset. nec que ventura sunt dixisset nobis. In sacrificio manue describitur que requiruntur ad hoc ꝙ secreta nobis ab angelis reuelentur. Primo requiritur peccatorum detestatio quod signat̄ in hedo de capris. hedus est animal fetidum: in quo designatur. detestatio peccatorum. hic est cibus quo verus ysaac libenter vescitur. Nam cum homo in dolore contriti et humiliati cordis detestatur turpitudinem et felicitatem peccati sui ad illū respicit dominꝰ oculis sue mie siue pietatis Jsaie 3. Ad quem respiciam nisi ad pauperculū et contritū spiritu et trementē sermones meos. Secūdo requirit̄ lachrimosa confessio q̄ signat̄ per libamēta libamentū et humidū ⁊ ore traijcitur. sic verbū cōfessionis debet esse cū lachrimis ⁊ ore ꝓlatū vt sic salutē cōsequat̄ Romanoꝝ.x. Cor

de creditur ad iusticiam. ore aut fit confessio ad salutem. Hoc libamentum beatus petrus habuit quando post ternam negationem conuersus amare fleuit. tercio requiritur solida fidei confessio quod signatur per petram super quam facta est oblatio. quia nullum sacrificium a domino acceptatur nisi super soliditatem illius petre de qua primo Chorinteorum .10. dicitur. Petra autem erat christus offeratur. Quarto requiritur feruens dei et proximi dilectio que quamuis in omnibus fidelibus requiritur. tamen requiritur specialiter in predicatoribus et scolaribus bonis qui frequenter proponunt et audiunt verbum dei quia debet eos inflammare sicut ignis Luce vltimo. Nonne cor nostrum erat ardens in nobis dum iesus colloqueretur nobis in via et aperiret scripturas. et hec feruens dilectio in igne designatur qui rursus erigebatur Isaie .26. anima mea desiderabat te in nocte. sed et spiritu meo in precordiis meis de mane vigilabo ad te. Sexto requiritur humilis oratio que in ascensu angeli designatur. Quamdiu enim in hac vita sumus pondere corporis grauamur nec ad celum volare possumus et ideo humilem orationem tanquam angelum id est nuncium illi mittimus. Ecclesiastici .xxxv. Oratio humiliantis se nubes penetrabit. et donec propinquet non consolabitur non discedet donec altissimus aspiciat. istis sex concurrentibus quorum quinque in oratione humili terminantur nobis ab angelis secreta celestia reuelantur Mathei vndecimo. Confitebor domine tibi pater celi et terre quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis id est humilibus humilia sentientibus et humiliter orantibus. Quarto mittuntur ad angeli denunciationem gaudiorum. Luce .2. Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo. quia natus est nobis hodie saluator qui est iesus christus iste angelus fuit nuncius bonus et bona nuncians. et ideo animas audientium refrigerans Prouerbiorum .25. Aqua frigida anime sitienti: et nuncius bonus de terra longinqua: nam sicut aqua frigidat animam sitientem sic nuncius bonus animam desiderantem Aggei .2. Adhuc modicum et mouebo celum et terram et veniet desideratus cunctis gentibus. quantum Isa. pro se et aliis aduentum istum desiderabat exprimebat cum dixit. Isaie .64: Utinam dirumperes celos et descenderes. Sed ne ad denunciationem tantorum gaudiorum parua videretur esse auctoritas vnius angeli subditur vt habetur Luce secundo. Subito cum angelo facta est multitudo militie celestis exercitus laudantium et dicentium Gloria in altissimis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis Sic ergo primo commendantur angeli. ab humilitate sollicite administrationis. cum dicitur angeli eorum. Secundo commendatur a celsitudine diuine contemplationis cum subditur. Semper vident faciem patris mei qui in celis est. ¶ Sciendum est quod facies patris est filius. sicut enim homo in facie cognoscitur ita pater per filium factus est in fidelibus manifestus vt habetur Job. decimo quinto capitulo. Pater manifestaui nomen tuum hominibus. Sed vt secundam partem huius sermonis ad nos conuertamus. Sciendum quod angeli dicuntur sacerdotes siue presbiteri et scolares boni ad sacerdotium dispositi Malachie .2. capitulo labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem de ore eius requirent. quia angelus domini exercituum est. de his per gratiam dei quanque poterit dici. sempe vident faciem patris mei qui in celis est. Sciendum est ergo quod huiusmodi visio est penitentibus fructuosa. admirantibus gratiosa. contemplantibus speciosa comprehendentibus gloriosa. primo ergo est istis penitentibus fructuosa. Job vltimo. Auditu auris audiui te. nunc oculus meus videt. idcirco ipse me reprehendo. et ago penitentiam in fauilla et cinere. dominus vocat peccatores vt conuertantur ab iniquitate ad penitentiam. De morte ad vitam. sed multi sunt sicut galline in autumnis que nolunt audire vocem mulieris vocantis sic ipsi nolunt audire dominum vocantem in prosperis Prouerbi. i. vocaui et renuistis. Extendi manum meam et non fuit qui aspiceret. Ego quoque in interitu vestro ridebo id est in interitu eterno Ezechielis .18. Quare moriemini domus israhel Quod hic est de morte et vita. Sed responsio huius questionis est voluntas perniciosa Ecclesiastici .15. Ante hominem vita et mors bonum et malum quocunque voluerit dabitur ei stulti sunt miseri peccatores qui sibi preposita vita mortem eligunt qui malum bono preponunt. qui dimissa aqua refrigerante ad ignem comburentem manum extendunt. Sed beatus Job cuius sunt verba ista non fuit de illis. vnde dicit. Auditu auris audiui et sequitur nunc autem oculus meus videt te. quod exponens beatus

gregorius conferens visum ad auditum. In hoc ostendit q quanto visus auditu est superior tāto differt qd prius extitit ab eo ad qd postmodum p flagella profecit. per flagella em̄ longe melior effect⁹ fuit Eccle. 27. Vasa figuli probat fornax et homines iustos tentatio tribulationis. Sed qr quā to aliquis minus videt sibi minus displi cet et quanto maioris gratie lumen perci pit tanto magis comprehensibilem se se es se cognoscit ideo subditur. idcirco me ipsū reprehendo. Sed quia parum valet cogni tio reprehensionis nisi sequatur lamenta tio penitudinis ideo subditur z ago pn̄iaz in fauilla et cinere in faulla z cinere pn̄iaz agere est seipum fauillam et cinerem co gnoscere. Unde dominus reprobis ciuita tibus dicit ve tibi corozain. ve tibi betsay da qr si in tiro z sydone facte fuissent vir tutes que olim facte sunt in te egissent pei tentiam in cilicio et cinere. In cilitio desi gnatur punctō ex malicia culpe. Ihere. 2. Arguet te malitia tua et auersio tua incre pabit te. In cinere notatur resolutio ex sē tentia iusticie diuine qua dictum fuit. Ge nesis tercio. Cinis es et in cinerem reuer teris hec ergo visio primo est penitentib⁹ fructuosa Mathei tercio capitulo. Peni tentiam agite appropinquabit em̄ regnū celorum. Secundo est admirantibus gra tiosa. hester quindecimo. valde em̄ mira bilis es domine z facies tua plena est gra tiarum non cessat propheta clamare i ps. Domine domin⁹ noster q̄ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Eius faci es dicitur gratiarum plena. Nam de pleni tudine eius nos omnes accepimus et gra tiaz pro gratia. Johānis primo capitulo. Eius faciei visio electis promittitur pro p̄ mio vt habetur Job. xxxiij. capitulo. Vide bit faciem eius in iubilo. et reddet homi ni iusticiam suam hoc exponit beatus gre gorius dicens iubilus dicitur cum ineffa bile gaudium mente concipitur quod nec possit abscondi nec sermonibus explicari igitur enim in quibusdam motibus osten ditur vt nullis proprietatibus exprimatur vnde propheta videns electorum mentes tantum gaudium accipere quantuz sermo ne non poterant. explicare. Dicit beatus populus qui scit iubilationem. non dicit qui loquitur. sed qui scit iubilatio enim in tellectu potest capi. dictu autez non potest exprimi dicitur ergo videbis faciem eius in iubilo. Sequitur. Et reddet homini iu sticiam. homo enim iusticiam suam per didit quando preceptum discipline preua ricando peccauit. sed dominus illi iusticiā suam reddit quando sibi patris iusticiam sobrietatem virtutem et fortitudinem qui bus nichil vtilius est in hac vita homini bus infundit. Sic dicit beatus Gregorius Iusticia dr̄ nr̄a non qr de nr̄o nr̄a sit diuia largitate nr̄a sit. vn̄ in orone dn̄ica dicim⁹ panem nostrū quotidianum da nobis ho die. ecce panem nostrum dicimus. et tn̄ vt nobis detur oramus. quia dei est ex mune re. et noster fit ex acceptione. Tercio hu iusmodi visio est ꝯtemplantibus speciosa. Unde in. ps. Qm̄ apud te est fons vite z in lumine tuo videbimus lumen. apud chri stum est fons vitalis. Ecclesiastici. i. Fons sapientie verbum dei in excelsis ab isto fō te riuuli totius veritatis defluunt et vsq ad nos deriuati descendūt Jacobi. i. Om̄e datū optimū et om̄e donum perfectum de sursū est descendēs a patre luminū hester. x. Fons puulus creuit in fluuiū magnū z in solē lucēq ꝯuersus est. Christus fuit fons paruus in natiuitate Luce. 2. Inuenietis infantem iacentem in presepio pannis in uolutum. sed fuit fluuius magnus in predi catione et miraculoꝝ operatione Marci. i. Erat docens. eo s quasi potestatem habēs Sed in lucem solemq conuersus est in re surrectione Mathi. 13. tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eoꝝ quanta fuit claritas illius qui est fons et origo totius claritatis et decoris nō bene intellectu cō prehendi potest. propter quod dicitur. qm̄ apud te est fons vite. sequitur. Et in lumi ne tuo videbimus lumen. in lumine gratie lumen glorie. in lumine contemplationis et momentanee degustationis lumen eter ne comprehensionis Mathi. 17. Cum bea tus petrus visa transfiguratione dn̄i quasi inebriatus diuina dulcedine diceret. Dn̄e bonuz est nos hic esse si vis faciamus tria tabernacula. Nesciebat quid diceret sicut alius euangelista. quantumcunq em̄ ocul electoꝝ in hac vita per contemplationem se eleuent. tamen illius lucis incōprehen sibilis excellentia repercussi subito cali gant. sed quando oculi mentis purgabun tur difformitate glorie. tunc videbitur illa summa claritas in sua fonte. secundo. Cho rinteorum tercio. Nos autem reuelata fa cie gloriam domini speculantes in eandez ymaginem trāsformamur a claritate in cla ritatem. a claritate gratie in claritatē glo rie a claritate contemplationis in clarita tem comprehensionis. Quarto ista visio ē

comprehensoribus gloriosa Isaie.6.Vidi
dñm sedentem sup solū excelsū et eleuatū
dicit glosa.hoc Isaias dicit quando domi
ni gloriamvidit sed dicit vidi sedentem id
est regnantem sup solium excelsum quan-
tum ad statū animaꝝ sanctaꝝ et eleuatum
quātum ad statū angeloꝝ Geneſ.22. In
baculo meo transiui iordanem istū.et rur-
sus cum duab⁹ turmis regredior.domin⁹
ies⁹ xp̄s in bacullo sancte crucis trāsiuit
iordanem huius mundi tempore sue pas-
sionis.sed cum duabus turmis regressus
est in die resurrectionis cum duab us tur-
mis animarum scilicet et angelorū.in qui
bus et super quos regnat . Cuius regnum
et imperium sine fine permanet in secula
seculorum.

¶ De saucto iheronimo Sermo primus.

Filie syon exul-
tate et letamini in domino
deo vestro quia dedit vobis
doctorem iusticie Ioelis.2.Sanctus Ioel
propheta ad modum boni rectoris.In ver
bo proposito tria tāgit per que auditores
attentos reddit.Primo enim captat beni-
uolentiam.cum dicit.Filie syon.Scd̄o su-
scitat attentionem cum dicit , Exultate et
letamini in domino deo vestro.Tercio pre-
parat docilitatem cū dicit.quia dedit vo-
bis doctorem iusticie.in primo notatur au
ditorum qualitas cum dicit filie syon . In
secundo excitatur animarum hylaritas cū
dicitur . Exultate et letamini in domino
deo vestro.in. Tercio ꝯmēdatur doctoris
et docentium vtilitas cum dicit . quia de-
dit vobis doctorem iusticie. Quantum ad
primum ergo dicit filie syon.syon interp̄-
tatur specula . per quam signatur ecclesia
que in statu cōtemplatiōis est posita quod
bñ signatur Thobie.xi.vbi dicitur ꝙ an
na sedebat quotidie in supercilio montis
vnde respicere poterat de longinquo vt ex
eo loco specularetur aduentum filiȷ̈ sui.an
na interpretatur gratia.per quam signat
ecclesia . que gratia dei est sanctificata et
mundata Ephese.5.Christus dilexit eccle
siā et semetipsum tradidit pro ea mundās
eam lauacro aque in verbo vite. ista anna
sedit in supercilio montis quia ecclesia q̇e
scit in fastigio contēplationis . ipsa de lon
ginquo respicit quia incolatus presentis
miserie ipsam affligit et desiderium ⁊ aspe
ctus celestis glorie ipsam allicit per longa
tionē huius incolat⁹ lachrymabiliter plā
gebat ꝓpheta.cū dixit heu michi q꞉ icola
tus meus prolongatus est anna aduētū fi
liȷ̈ sui speculatur quia ecclesia aduētū chri
sti ad iudiciuꝫ prestolatur christus dicitur
ecclesie filius nature conformitate ipse est
ecclesie sponsus spiritualium filioruꝫ gene
rositate et fecunditate ipse etiam est eccle
sie dn̄s diuinitatis excellētia siue dignita
te huius aduentum ad iudicium expectat
ecclesia in filiȷ̈s suis tā electis ꝙ̄ reprobis
vnde dominus loquens de die iudiciȷ̈ di-
cit Luce.21. Tunc videbunt filium hoīs
venientē in nube cum potestate magna et
maiestate possumus intelligere cum pote
state magna ꝓpter dānationem reproboꝝ
et maiestate propter glorificationem ele-
ctorum sic ergo per syon signatur ecclesia
que in specula contemplationis est posita
huius ecclesie sunt filiȷ̈ qui matri sue de-
bent assimilari . et ad modum ipsius pecu
lariȷ̈.Sunt aūt tria que debent filiȷ̈ eccle-
sie speculari in ecclesia.Primo debent spe
culari avera ad cognitionem.Secūdo bo
na ad operationem. Tercio eterna ad ser
uitionem.Primo ergo debent filii ecclesie
speculari vera ad cognitionem Ezechielis
3.Fili hominis speculatorem dedi te do
mui israel et audies de ore meo verbum ⁊
annunciabis eis ex me. speculator debet
in specula sua vigilare. venientes hostes
debet de longinquo prospicere et ciues cō
tra hostes ad prelium prouocare.Ezechi.
33.Si viderit speculator gladium veniē
tem et non insonuerit tuba veneritꝙ gla
dius sanguinem populi mei de manu spe
culatoris illius requiram Beatus. Iero
nimus fuit magnus speculator in ecclesia
contra hostes ecclesie id est contra hereti
cos tuba predicationis adūt et non solum
ciues ecclesie id est doctores contra hereti
cos ad prelium ꝓuocauit.sed tanꝙ̄ stren
nuus miles in prima acie contra ipsos in
obuiū seipsum opposuit et ipsorum iacula
scuto cautissime humilitatis deuitauit.Et
eorum dentes caninos gladio spiritus qd̄
est verbū dei solidissima veritate retrudit
propter quod dicitur hic speculatorem de
di te domui israel. et sequit̃ audies de ore
meo verbum et annunciabis eis ex me sicut
beat⁹. Hieronimus a prima veritate que
in sacra scriptura loquitur verba veritatis
audiuit infidelibus nunciauit Ecclesiasti.
37.Anima viri sancti enunciat aliquando
vera ꝙ̄ septem circumspectores sedentes
in excelso ad speculandum circumspecto-
res possunt dici heretici qui circūcirca ve
ritatem deambulant expositoribus pallis

et non pertingunt vsq ad intima verita-
tis. vltra ipsos et contra ipsos soliditatem
veritatis beatus hieronimus nunciauit.
Isaie. xi. Pone speculatorem et quodcunq
viderit annunciet. Secundo debent filij
ecclesie speculari bona ad operationem.
Isaie quinquagesimo scdo. Quam pulchri sup
montes pedes annunciantis et pdicantis
pacem. annunciantis bonum. et predican-
tis salutem dicentis. Syon regnabit deus
tuus. vox speculatorum tuorum. Tria di-
cit que debent predicare speculatores ec-
clesie dei. ¶ Primo enim debent predica-
re concordiam animorum. quod notatur
cum dicitur annunciantis et predicantis
pacem. Secundo debent predicare execu
tionem bonorum quod notatur. cum dicit
annunciantis. Tercio debent predicare
spem et certam expectationem eternorum
premiorum. quod notatur cum dicit. pre-
dicantis salutem. istam certam expectatio
nem eternorum bonorum beatus hieroni
mus non solum predicauit. immo quod in ipo
esset veraciter demonstrauit quando scdm
formam apostolorum omnia pro domino
deliquit. beatus petrus solum loquens pro
omnibus dixit. Ecce nos relinquimus om
nia et secuti sumus te. Quid ergo erit no-
bis Mathei. 19. Cui dominus tanquam retri-
butor largissimus respondit Sedebitis su
per sedem iudicantes duodecim tribus isra
el. Vide ergo quod pro humilitate volunta-
rie paupertatis tribuitur autoritas iudici
arie potestatis: contra malos et voluptuo
sos huius mundi diuites pauperes christi
contemnentes qui vilipendunt sanctum
hieronimum. cucullam benedicti. lachrimas
arsenij. nuditatem pauli. ollam helysei. Ter
cio debent filij ecclesie speculari eterna ad
fruitionem secundo Petri primo. Non in
doctas fabulas secuti notam vobis fecimus
domini nostri iesu christi presentiam et vir
tutem. Sed speculatores facti illius magni-
tudinis. Speculatio ibi non dicitur a specu
lo in quo videntur sole similitudines rerum
Sed dicitur a specula in qua quis de lon
ginquo videtur veritas earum apostoli in
transfiguratione domini de qua ibi loqui-
tur beatus petrus viderunt veram dei glo-
riam sed de longinquo propter status discre
pantiam vel differentiam in transfiguratione
domini vera apparuit gloria saluatoris.
sed quasi longe erat quia ipsam non capie-
bat infirmitas viatoris Unde Mathei. 6.
dicitur quod ceciderunt in facies suas et timu
erunt valde quod perfectum enim est non dum
venerat. et ideo quod ex parte est euacuatum.
non erat primo Chorinteorum tredecimo. Sed
quia modo in beato hieronimo et alijs san
ctis venit quod perfectum est euacuatum est quod
ex parte est et ideo vident deum sicuti est sic
ergo primo notatur auditorum qualitas cum
dicitur filie syon. id est filie ecclesie per quod
notatur quod non sunt ancille filij sed libere.
Secundo excitatur animorum hilaritas cum
dicitur. Exultate et letamini in domino deo
vestro. Sciendum est ergo quod sunt tria pro
pter que filij ecclesie debent exultare. Pri
mum est presentia gratie. Secundum est e
minentia scientie. Tercium est excellentia
glorie. Primo ergo est exultandum propter
presentiam gratie Isaie duodecimo. Exul
ta et lauda habitatio syon quia magnus
in medio tui sanctus israel. Dominus deus
qui est sanctus israel sanctus in se et est san
ctus in sanctificationis infusione Hebreo.
secundo Qui sanctificat et qui sanctifican
tur ex vno omnes sicut enim ex eodem cor
de terre procedit fons scaturiens et riuuli
ab eo deriuati. sic ab eodem patre luminum
procedit fons totius sanctitatis et effectus
sanctificationum tanquam deriuati riuuli pri
mo Tessalonicenses quinto. Deus pater
sanctificet vos per omnia vt integer spiri
tus noster et anima et corpus sine querela
in aduentu domini nostri ihesu christi ser
uetur spiritus id est intellectus seruatur in
teger quando non corrumpitur fornicatio
nibus errorum. Anima vero id est effectus
in sui integritate seruetur quando non vi
olatur sordibus vel fetoribus viciorum.
Sic beatus hieronimus bene sanctifica-
tus fuit qui et munde vixit et errores de-
struxit. Secundo debent exultare filij ec-
clesie propter eminentiam scientie. Isaie. 9
letabuntur coram te sicut qui letantur in
messe et sicut exultant victores capta pre-
da quando diuidunt spolia. in messe labor
est in fructuum collectione. Sed leticia est
ex eorum repositione et fruitione. Sic ma
gnus labor est in studij fatigatione. Sed
magna leticia est ex sapientie acquisitio-
ne vt habetur Ecclesiastici sexto. In opere
illius exiguum laborabis et cito edes de ge
nerationibus illius hee sunt generationes
de quibus Ecclesiastici vicesimoquarto A
generationibus meis adimplemini. spiri-
tus enim meus super mel dulcis. et heredi
tas mea super mel et fauum. generationes
sapientie dulces sunt hominibus studiosis
sed amare sunt hominibus indoctis et fa
stidiosis vt habetur Ecclesiastici sexto. c. quam

aspera est nimium indoctis hominibus sapientia. hominibus enim indoctis et ociosis videtur ꝙ ipsi comedunt tribulos quãdo oportet eos voluere et reuoluere codices suos et sacros libros sequitur in premissa autoritate. sicut exultant victores in capta preda quando diuidunt spolia. Sic victores ad litteram exultant in distributione spoliorum. sic boni doctores cũ ad aliquem perfectionem venerunt exultant et letantur in diuissone et distributione exhortationum. autoritatum. rationum. disputationum. et predicationum. In ista diuisione et distributione beatus. hieronimus qui litteras quasi per totum orbem fugiẽtes subsequatur mirabiliter delectabatur. et ideo christus dominus in ipso lezabatur Prouerbiorũ vicesimotercio. Exultat gaudio pater iusti et qui sapientẽ genuit letabitur in illo. ꝛ qꝛ in beato hieronimo christus letabitur. Ideo beatus hieronimus modo in christo delectatur. ipse enim est de illis pueris de quibus Luce vndecimo. Hostium meum clausum est et pueri mecũ sunt in cubili meo. Isti pueri possũt dici Gregorius hieronim⁹. ꝛ aliĳ expositores sacri eloquĳ qui modo quiescũt in silentio superni cubili vbi exultant sancti in gloria et letabũtur in cubilibus suis Tercio debent exultare filĳ ecclesie ꝑpter excellentiã glorie primo Petri primo. Exultabis leticia inenarrabili et glorificata reportantes finem fidei vestre salutem animarum vestrarum. Fides est temporalis vel momentanea. sed finis fidei vel ei succedens leticia est eterna Isaie sexagesimo quinto. Gaudebitis et exultabitis vsqꝫ in sempiternum in his que ego creo. Quia ecce ego creo hierusalem exultationem et populum eius gaudium. et gaudeo in populo meo modo gaudet beatus hieronimus in illa eternitate vel die eterna de q̃ in psalmo dicitur. hec est dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea. Sic ergo in verbo proposito excitatur animorum hilaritas cum dicitur. exultate et letamini in domino deo vestro. tercio in verbo proposito commẽdatur doctoris et docendorum vtilitas. cum dicitur. Quia dedit vobis doctorem iusticie. Sciendum est ergo ꝙ beatus hieronimus fuit doctor studiosus doctor copiosus. doctor gloriosus. Primo ergo fuit doctor studiosus primo. thimothei quinto. Qui bene presunt presbiteri duplici honore digni habeãtur: maxime q̃ laborant in verbo et doctrina. Beatus hieronimus bene prefuit curam gerẽs in regimine subditoꝝ. Laborauit in verbo quantũ ad eruditionẽ animorũ. et doctria quantũ ad informationẽ bonorũ morũ. Et ideo duplici honore dignus habetꝰ hic est doctor de quo Isaie tricesimo. Dabit tibi panem dñs artũ et aquam breuem: et non faciet vltra auolare a te doctorẽ tuũ. scolares boni solent parce viuere vt possint melius studio vacare. boni etiã doctores solent cõstanter eruditiõi insistere. Uñ ꝛ hic duo notantur que ad profectũ bonorũ scolariũ requiruntur. Primũ est sobrietas auditorum. que notatur cum dicitur. Dabit tibi dominus panem artum et aquã breuẽ. Secundum est stabilitas doctorũ que notatur cum dicitur. et non faciet auolare vltra a te doctorem tuũ. Scdo fuit beat⁹ hieronimus doctor copiosus Mathei tredecimo. Omnis scriba doctus in regno celorũ similis est hoi patrifamilias q̃ profert de thesauro suo noua et vetera. Beatus hieronimus de thesauro sui cordis ꝓtulit noua et vetera. id est autoritates noui et veteri testamenti: dominus enim ipsum quasi physon sapientia adimpleuit Isaie quadragesimo quito. c. Dabo ei thesauros absconditos et archana secretorũ vt sciat qꝛ ego dominus. Dominus dedit beato hieronimo thesauros absconditos in inquisitione humanorum et archana secretorũ in perscrutatione diuinorũ. tercio fuit beat⁹ hieronim⁹ doctor gloriosus Danielis duodecimo q̃ docti fuerũt fulgebũt quasi splẽdor fit momẽti et qui ad iusticiã erudiunt multos quasi stelle in ꝑpetuas eternitates Beatus hieronimus fuit doct⁹ in se ꝛ ideo habet claritatem bone fame Sapiẽtie. 8. Habeo propter hanc claritatez ad turbas et honorem apud seniores. multos etiam erudiuit ad iudiciam. ꝛ ideo habet eternitatem vite beate Ecclesiastici vicesimo qr. Qui elucidant me vitam eternam habebunt. quia ergo beatus hieronimus fuit precipuus indagator et elucidator. Ideo factus est vite beate perpetuus possessor Ad quam et cetera.

De sancto Hieronimo

Sermo secundus.

Est sapiens aĩe sue sapiens et fructus sensus illius laudabilis Eccle. tricesimoseptimo. In verbo proposito duo notantur a quibus beat⁹ hieronimus ꝯmen-

datur. Primo enim commendatur a cogni
tione agendorum cum dicitur. Est sapiens
anime sue sapiens. Secundo commendatur
ab excutione cognitorum. cum dicitur. et
fructus sensus illius laudabilis. Quantū
ad primum sciendum ꝙ beatus. Hieroni-
mus fuit sapiens quadrupliciter. Primo
enim fuit sapiens in detestatione peccato
rum. Secundo fuit sapiens in obseruatio
ne mandatorum. Tercio in aggressione ar
duorum Quarto in eruditione indoctorū
Primo ergo sapiens fuit in detestatione.
peccatorum Ecclesiastici tercio. Sapiens
cor et intelligibile abstinebit se a peccatis
et in operibus iusticie successꝰ habebit ho
mines sapientes ad hoc debent diligen-
ter studere vt peccata valeāt declinare Ec
clesiastici vicesimoprimo. Quasi a facie co
lubri fuge peccatū sicut homo iuxta colu-
bruin non dormit securus sic quando occa
siones peccatorum se offerunt quo eas de
clinet debet esse sollicitus. contra multos
qui occasiones peccandi querunt. quia a-
mant pericula in ipsis peribunt. Ecclesia
stici tercio. Qui amat periculum in ipso ꝑ
ibit sic ergo ad sapientiam cordis pertinet
vt homo abstineat a peccatis. et ideo com
petenter hic subditur et in operibus iusti
cie successus habebit et congruo ordine. Pri
mo enim debemus peccata declinare et dei
commissis penitentiam agere vt possimus
in operibus iusticie proficere. Primo eñ
peccata extirpare debemus vt postmodum
deo per bona opera placeamus. Hieremie
quarto. Nouate vobis nouale et nolite se
rere super spinas contra multos qui ī pec
catis mortalibus aliqua de genere bono-
rum faciunt et ideo absq; innouatione no
ualis bona sua super spinas dispergunt.
Prouerbiorum vicesimo tercio. Esto sapi
ens et dirige in via animum tuum ſm istū
modum beatus hieronimus fuit sapiens
et hoc per declinationē peccatorum in viā
etiam mandatorum direxit animum suum
ꝑ multiplicationem bonorum. Secūdo fu
it sapiens beatus hieronimus in obserua
tione mandatorum. Prouerbiorum vicesi
mo octauo. Qui custodit legem filius sapi
ens est. Custodia legis est thesauri custo-
dia preciosissimi lex enim domini homīes
a via peccatorum auertit et ad viam domi
ni conuertit. lex etiam domini sapientiam
tribuit psalmista. Lex domini immacula-
ta conuertens animas. ecce ꝙ lex dei facit
ad conuersionem peccatorum. sequitur te
stimonium domini fidele sapientiam pre-
stans paruulis. Ecce ꝙ lex domini opera
tur ad eruditionem paruulorum sicut enim
aque materiales abundant in vallibus. sic
aque sapientie salutaris abundant in hu-
milibus Mathei vndecimo. Cōfitebor ti
bi domine pater celi et terre quia abscon
disti hec a sapientibus et prudentibus et
reuelasti ea paruulis. Tumor enim super
bie repellit infusionem sapientie salutaris
quā sibi acquirit vallis humilitatis. psal-
mista. Inter medium montium pertransi-
bunt aque. valles medie sunt inter mōtes
et ideo in vallibus abundant aque sapien
tie salutaris que sunt aque spirituales. sic
ergo qui custodit legem filius sapiens est.
vnde ad istam custodiam legis mandatorum
dei hortatur moyses. Deutronomij quar
to. Hec est vestra sapientia et intellectus
coram populis vt audientes vniuersi pre
cepta hec dicant. En populus sapiens et in
telligens. Gens magna. populus sapiens
dicit quantum ad contemplationem eter-
norum intelligens dicit quantum ad ob-
seruationem mandatorum. Gens magna
dicit quantum ad executionem operum bo
norum. talis sapiens fuit beatus Iheroni
mus quia mandata domini suscepit et su-
scepta seruauit Prouerbiorum decimo. Sa-
piēs corde precepta suscipiet. Tertio fuit
beatus Iheronimus sapiens in aggressio
ne arduorum Prouerbiorum vicesimoquar
to. Uir sapiens fortis est et vir doctus ro
bustus et validus. Duo dicit in quibus for
titudo virorum spiritualium consistit. scz
in aggressione arduorum et in sustinentia
aduersorum. Quantum ad primum dicit
vir sapiens fortis est. et hoc quia viriliter
aggredietur ardua Prouerbiorū vltimo.
Manum suam misit ad fortia. nos videmꝰ
homines robustos corpore qui non vo-
lunt ad ardua opera assurgere. dicunt etiā
ꝙ non possunt asperitatem penitentie su
stinere. videmus etiam homines corpore
imbecilles qui in operibus penitentie in
ueniuntur viriles huius ratio est: quia ſm
ꝙ vulgariter dicitur. quantū valet homo
tantum valet terra sua. sic certe quantum
fortis est spiritus tantum sibi facit in ope
ribus penitentie seruire propria membra
Prouerbiorum. 18. Spiritus viri sustētat im
becillitatem eius. Unde illi qui sunt de ex
ercitu christi qui est virtus et sapientia dei
patris. carnem suam crucifigunt cum vitiis
et concupiscentijs. hec est sapientia que
melior est ꝙ̄ arma bellica vt habetur Ec-
clesiastes. 19. Homo enim quandoq; sub ar

mis bellicis succumbit. Sed sapientia penitentie homines ab omni insultu peruerso defēdit propter hoc dicitur hic q̄ vir sapiens fortis est et hoc quātum ad aggressionem arduoꝝ sequitur. et vir doctus robustus et validus hoc intelligitur quantū ad abstinentiam aduersoꝝ dominus enim sanctos suos quos elegit p tribulatiōes probauit Judith .8. Omnes qui placuerūt deo per multas tribulationes transierunt fideles vnde videtur q̄ beatus Iheronimus deo placuit quia sicut in vita ipsius legitur multas pro christo tribulationes sustinuit via enim iustorū est in itinere sustinuit via enim iustorū est in itinere sustinētie aduersorum Actuum .14. per multas tribulationes oportet intrare in regnum celoꝝ. Quarto fuit beatus Iheronimus sapiens in eruditione indoctoꝝ prouerbioꝝ .9. Si sapiens fueris tibimet eris ꝛ proximis tuis competēti ordine loquitur sapiētia cum dicit. Primo tibimet ipse eris sed cum subdit et proximis tuis homo eniꝫ debet sibi sapientiam acquirere ꝛ post acquisitionem sapientie debet ipsaꝫ aliis p eruditionem refundere vnde homo primo debet seipsuꝫ exhibere choncham canalem vt primo aquam sapientie salutaris recipiat et postmodum ipsam auditoribus refundat contra multos qui prius docent q̄ȝ audiant prius predicant q̄ȝ modum predicationis congnoscant prius magistri q̄ȝ discipuli Ecclesia dei modo abundat talibus hominibus monstruosis qui cū aures non habuerint volūt esse alioꝝ oculi. Romanorū .10. Fides ex auditu auditus autem p verbum dei mirabile est quomodo homines audent aliis verbum fidei proponere cum non audierunt nec verbum fidei a doctoribus catholicis receperunt. Sed dices quia habent bonos quaternos et bonos sermones a bonis doctoribus confectos et ordinatos et audacter aliis proponere possunt illa bona verba que ibi reperiunt Ad hoc respondeo responsione rusticorū qui dicunt in pelle ouis quicquid vis scribis. in pelle ouis si falsum ibi scribitur ab ignaris diuine legis falsum hauritur. falsum proponitur falsum auditur et sic totū peruertitur ꝛ auditores in errorem mittūtur, talis predicator presumptuosus non fuit beatus Iheronimus ipse eniꝫ quasi fugientes litteras per totū orbem sequebatur. et sicut ipse de semetipso dicit mallebat aliena verecunde discere q̄ȝ sua impruden ter vigere. iste ergo sibimet ipsi sapiēs fuit, etiam fuit sapiens proximis suis. Ipse enim fuit vir ille de quo dicitur. Ecclesia. 37. Vir peritus multos erudit ꝛ anime sue suauis est. suauitas siue iocunditas doctorum est profectus auditorum. Prouerbio. 23. Exultat gaudio pater iusti. Et q̄ sapientem genuit letabitur in eo. Sic ergo primo commendatur beatus Iheronimus a cognitione agendoꝝ. cum dicitur. est sapiēs anime sue sapiens. Secundo ꝯmendatur ab executione cognitorum cum dicitur et fructus illius sensus laudabilis. Sciendū est ergo q̄ est quadruplex fructus. Primo est fructus operationis bone. Secundo est fructus eruditionis doctrine. Tercio est fructus dilectionis interne. Quarto est fructus retributionis eterne. Primo ergo est fructus operationis bone Sapientie tercio. Bonorum laborum gloriosus ē fructus Debemus etiam bonis operibus insudare vt laudabiles fructus ipsorum in gloria possimus percipere. Prouerbioꝝ vltimo. Date illi de fructu manuum suarū et laudent eam in portis opera eius. fructus manuum dicuntur executiones bonoꝝ operū que erunt in futuro in refectionem operantium secundo Thimotei .2. Laborantem agricolam oportet primo de fructibus suis percipere. sequitur et laudent eam in portis opera eius. in die iudicii magnum laudis preconium bonorum operum testimonium Johannis decimo. Opera que ego facio in nomine patris mei hec testimonium perhibent de me opera enim bona. vel mala sequuntur mortuos et bonum vel malum testimonium perhibebunt pro ipsis vel ꝯtra ipos Apocalipsis decimo quarto. Opera enim illorum sequentur illos. Secūdo est fructus eruditionis doctrine. Ecclesiasti. tricesimoseptimo. Vir sapiens plebē suam erudit et fructus sensus illius fideles. Beatus Iheronimus plebem suā verbo p̄dicationis erudiuit. et per scripta sua adhuc erudire nō desinit. ipse enim fructus sensus diuine sapientie fideliter custodiuit. et liberaliter in scriptis nobis dereliquit. et ideo a viris studiosis multum debet laudari Ecclesia. tricesimosexto. Vir sapiens implebitur benedictionibus et videntes illum laudabunt. Nos in scriptis doctorum videmus sapientiā ipsorum et ipsam retorquere debemus in ipsorum laudem seu p̄coniuꝫ Isaie tercio. Dicite iusto q̄m bene quoniam fructum adinuentionū suaꝝ comedet. iusto debemus dicere quoniam bene supple accidet. quoniam ad inuentionum suarum fructum comedet. Et

sciendũ est q̄ est duplex adinuentio. Una adinuentio peccatorum quorum scʒ peccatorum adinuentiones sunt in excogitationibus malorum. ſm q̄ mala excogitant ſʒ hoc et mala recipient Jheremi. 6. Ecce ad adducã mala super populum istum fructũ cogitationum eius: quia verba mea non audierunt ⁊ legem meam proiecerunt. Secundo fuit adinuentio virorum sapientiũ et studiosorum qui per lucidas expositiones occulta sacre scripture in lucem producunt. Talis fuit beatus Jheronimus. ipse enim obscuritates sacre scripture declarauit. et totum corpus biblie in linguam latinam transtulit Job vicesimo octauo. profunda fluuiorum scrutatus est et abscondita produxit in lucem. et ideo habet et habebit vitaʒ eternam Ecclesiastici vicesimo quarto. Qui elucidant me vitam eternam habebunt. Tercio est fructus dilectionis interne. Ecclesiastici vndecimo. Breuis in volatilibus est apis. ⁊ initium dulcoris habet fructus eius. per apes signantur sãcti doctores qui habent exterius aculeum seuere correctionis. Sed interius retinent mellifluum dulcorem amoris vel dilectionis. audi summum doctoreʒ dicentẽ. Apo. 3. Ego quos amo arguo et castigo. in argutione et castigatione ostẽditur aculeus seuere correctionis in amore designatur dulcor meliflue charitatis vel dilectionis. Ad idem pertinet quod dicitur secundo Thi. 4. Argue. obsecra. increpa. in omni patientia et doctrina. argue increpa dicit quantũ ad seueram correctione. obsecra dicit quã tum ad benignam et dulcem dilectionem sic enim in castigationem subditorum debet exiberi exterius aculeus seuere correctionis. q̄ retineatur interius suauitas vł benignitas debite dilectionis. Quarto est fructus retributionis eterne Jsaie quarto In die illa erit germen domini in magnificentia et gloria. et fructus terre sublimis et exultatio his q̄ saluati fuerint de israel. germen domini est christus qui non virili semine sed mistico spiramine est concept⁹. Luce primo. Spiritussanctus superueniet in te et virt⁹ altissimi obũbrabit tibi. ideo q̄ et quod nascetur vocabitur filius dei. Illud germen in carne mortali fuit in confusione ⁊ ignominia. vnde ipse de semetipso dicit. Ego sum vermis et non homo. obprobrium hominum et abiectio plebis. Sed istud germẽ in die illa id est in die iudicij erit in magnificentia et gloria Luce vicesimoprimo. Tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna et maiestate. sequitur. et fruct⁹ terre sublimis. Terra ista est beata virgo maria. huius terre fructus est christus psalmista. Terra nostra dedit fructum. hoc ẽ beata virgo maria ꝯcipiet et pariet christum. fuctus huius terre fuit humilis pro tempore passionis Philipenses. 2. humiliauit semetipsum factus obediẽs (deo patri) vsq̄ ad mortẽ mortẽ aũt crucis. Sed iste fruct⁹ terre effectus est sublimis in tempore resurrectionis Philip. 2. Propter quod et deus exaltauit illum et dedit ei nomen vt in nomine iesu omne genu flectatur celestiũ terrestrium et infernorum. et sequitur. et exaltatio his qui saluati fuerint ex israel. Jsrael interpretatur videns deum. in quo signantur electi qui vident deuʒ radio gloriosi luminis illustrati. Jstis saluatis est exultatio in regno dei vbi exultant sancti in gloria et letantur in cubilibus suis. cum quibus beatus. Jheronimus modo letat. et cum ceteris sanctis confessoribus dei gloriatur in illa vita de qua Jsaie quinquagesimoprimo. Gaudium et leticia inuenietur in ea gratiarum. actio et vox laudis. ad quam leticiam nos perducere dignetur

De sancto remigio.

Sermo primus.

riꝰ vsqꝫ ad summitatē arborū et qꝛ nō ha
bet artē descendendi frequenter p̄cipita
tur deorsū ⁊ cadit i gladios vētorū. sic am
biciosi frequēter ꝑ cautelas ⁊ cauilatiōes
suas ascendūt superiꝰ. ⁊ subito dū nō spe
rant i gladios venatorū ifernaliū precipi
tantur iferiꝰ. Tercio creuit beatꝰ francis
cus in charitatis dilatatōne Colo. primo
Fructificantes in opere bono ⁊ crescētes
in omni virtute charitatis. Charitas enī
vigor ⁊ radix est totius icrementi spiritu
alis virtutis Gregorius non habet viro
ris ramꝰ boni operis nisi de radice chari
tatꝫ ꝓdeat Epheseos. 3. In charitate ra
dicati ⁊ fūdati glosa. firmiter plantati ad
similitudinem arboris que quanto plus
terre figitur tanto plus humorē attrahit
⁊ crescit vberius. Sicut enim calor natu
ralis est fomentum totius corporis. sic ca
ritas est fomentum totiꝰ vite spiritualis
ratiōe frigoris ⁊ ignee virtutis ⁊ ipsa con
sistentis. hoc igne calefactus beatus fran
ciscus ⁊ alij partes antiqui seipōs tempo
ralium indumentis exuerūt. et alij ipsorū
imitatores effecti eorum omnia relinquē
tes nudi nudum christū sūt secuti. Solēt
homines querere. vnde hoc est ꝙ princi
pes ⁊ huius mūdi diuites solebant eccle
sias ditare ⁊ eas multis predijs dotare sz
huiꝰ responsio potest esse vt ex parte nr̄a
defectum accipiamus qꝛ religiosis ⁊ cleri
cis secularibus primitus antiqui patres
religiosi ⁊ istitutores ecclesiastici solebāt
feruere igne charitatis ad cuius ardorez
homines calefacti spoliabant se vestimē
tis suis ⁊ ꝓijciebant eis. Sed modo quo
niam abundat iniquitas in clero refrige

cit in populo. ⁊ qui solebat conferre ꝓpri
um modo rapit alienum. ⁊ qui solebat da
re tunicam secum tollit et pallium. Quar
to creuit beatus franciscus per puritatē
cordis affluentem ꝯpassionem. Hester. x.
Fons paruꝰ creuit ī fluuiū magnū ⁊ ī aq̄s
plurimas redūdauit. Beatꝰ frācīscꝰ fuit
fons paruꝰ ante conuersionem ad statum
religiōis vel ꝑfectionē. sed creuit ī fluuiū
ꝑ latā ꝑ̄dicationē. ⁊ ī aquas plurimas re
dūdauit. ꝑ benigni cordis affluentē ꝯpas
sionē Ecclesiastici. xxxix. Bn̄dictio illiꝰ q̄si
fluuiꝰ iundauit. et quomodo cathaclismꝰ
omnem terrā iebriauit. Cathaclismꝰ ē di
luuiū generale. q2 q̄ttuor mūdi climatibꝰ
ꝯmune vn̄ bn̄dictio beati frācisci quasi ca
thaclismꝰ dr̄ terrā iebriare. quia bn̄dictio
sue pietatis siue dulcedinis ⁊ idet̄ q̄si ebri
osa fuisse. non eī eiꝰ compassio vel pietas
solū se extēdebat ad rationalia. sed ēt ad
irrationabilia. obtemperabant ⁊ obedie
bant vice versa. sicut legitur ī eiꝰ legēda.
⁊ hec ē res mirāda nec ita mirāda q̄n hōi
bn̄ itelligēti possit eē ꝑspicua Gene. pri°
legit̄ q̄ ī statu nature ꝯdite pri° hoi omīa
animalia erāt subiecta. sꝫ per peccatū sūt
ab eiꝰ dn̄o elongata. quō ergo mirū si be
ato francisco ad perfectionē vite ꝑducto
⁊ q̄si ad statū inocentie restituto sūt itera
to subiecta que a peccatoribus per pecca
ta fuerunt elongata. Simile bene legimꝰ
in sacra scriptura Danielis. 3. legit̄ q̄ tri
bus pueris missis in fornacem babilonis
non tetigit eos omnino ignis. neq̄ contri
stauit. nec quicq̄ molestie tulit. huius rō
est quia in innocentia inuenti sunt Danie
lis vltimo. legimus danielem missum in
lacum leonum. Sed ꝓpter eius bonitatē
et inocentiam sibi versa est crudelitas le
onum in mansuetudinem. ⁊ nos similiter
de similibus iudicemus. Sequitur. ab in
fantia. vbi ꝯmendatur beatus franciscus
a sollicite continuatōnis effectu. Unde sci
endum est q̄ vita viri sancti nō debet esse
impolata nec in terra simul. Sed continu
ata per diuturnitatem perseuerātie fina
lis. prouerbiorꝫ. iiij. iustorꝫ autē semita
quasi lux splendēs procedit ⁊ crescit vsq̄
ad perfectum diem. sicut enim sol materi
alis sua illuminatione nō deficit. sed sem
per proficit quousq̄ diffusione radiorum
crescat in perfectum diem. sic vita viri sā
cti non debet deficere sꝫ proficere vsq̄ ad
perfectum diem valeat peruenire primo.
Petri. ij. Sicut modo geniti ifantes rati
onabiles sine dolo lac concupiscite vt in

eo crescatꝫ ī salutē. crescere dꝫ hō ꝑ multi
plicationē bonorū operꝫ sicut t̄ra ꝑ appo
sitionē terre crescit ī cumulū Eccle. q̄dra
gesimo q̄rto. Crescere fecit illū q̄si t̄re cu
mulū. Sic ḡ ⁊ nos crescamꝰ ꝑ frequentiā
bonorꝫ operꝫ vt saluemur ꝑ exercitiū ⁊ mū
ditiā manuū nostrarꝫ iob. xxij. saluabitur
inocens saluabitur autē mūditia manuū
suarum. Quam salutem nobis do. di. ⁊c.

De sancto francisco sermo tercius.

Vestigia eius se
cutꝰ ē pes meꝰ Job vicesimo
tercio. Beatꝰ frācīscꝰ n̄ surdꝰ
auditor verbi diuini scripti ī exodo. In
spice ⁊ fac ꝫ exēplar qd̄ tibi ī mōte mōstra
tum est Exodi. xxv. In exēplar qd̄ est chri
stus diligenter inspexit ⁊ ꝫm formaꝫ ⁊ re
gulam illius exemplaris mores et cōuer
sationes informauit. ꝫm hoc in verbo ꝓ
posito notantur duo. Primo enim propo
nit sibi franciscus christum ꝫm rationem
exemplaris. cum dicit. vestigia eius. scd̄o
subdit sollicitudinem mutationis cum di
cit secutus est pes meus. Quantū ad pri
mum sciendum q̄ in Christo est potentia
cuiꝰ consideratio debet in nobis relinq̄
re vestigiūꝫ humilitatis perfecte. In ipo
est etiam sapientia. cuius consideratio in
nobis debet relinquere vestigiū cōuersa
tionis discrete. in ipso est bonitas. cuiꝰ cō
sideratio in nobis debet relinquere vesti
giū operatōnis fructuose. ī ipso est impe
rium. cuiꝰ cōsideratio debet in nobis re
linquere vestigiū ꝓmpte obedientie. pri
mo ergo in deo est potentia. cuius consi
deratio debet ī nobis relinquere vestigi
um humilitatis perfecte. i. petri. v. humi
liamini sub potenti manu dei vt vos exal
tet in tempore visitationis. humiliamini
non exteriori signo sꝫ interius in corde vl̄
animo. Est qui nequiter se humiliat ⁊ in
teriora eius plena sunt dolo. Ecclesiasti.
xix. Sub potenti manu dei. hec non ē ma
nꝰ misericordie que erigit miseros. sꝫ ē ma
nꝰ iusticie que punit ⁊ affligit superbos
Job. xiiij. Manū tuā longe fac a me. Se
quitur. vt vos eruet in tempore visitatio
nis. Ista est natura humilitatis q̄ quan
to aliquis magis humilitate dei intendit
tanto magꝫ a saluatore saluatur Ergo au
gustinus ī libro de virginitate humiliter
ad humilem christum accedite si eū ama
tis ⁊ nolite ab eo recedere. ne cadatꝫ quē
ei cauet abdiscedere rogat ⁊ petit nō ve
niat nisi pes superbie neq̄ manus pecca

toris moueat me. consideratio potētie vt
dictū est debet i nobis reliquere vestigiū
ꝑfecte humilitatꝫ. iiij. Regū. xix. nubecu
la parua quasi vestigiū hoīs ascendebat
de mari. per nubeculā que de facili resol
uitur ⁊ cedit ipellenti signat̄ homo cogni
tōm proprij defectus vel humilitatis ha
bens. Job. xiiij. hō natꝰ de muliere breui
viuēs tempore repletur multis miserijs.
hec nubecula dr̄ parua rōe humilitatis.
⁊ habet vestigiū ꝑ cōformitatē operis. i.
Petri. ij. Ut sequamini vestigia eiꝰ. Hec
nubecula dr̄ ascēdere de mari. mare mun
dus est. de hoc mari hoīes descēdūt quā
do tribulationes huiꝰ mundi pro xp̄i no
mine ꝑuipēdūt. qr i tribulationibꝰ ꝯside
rāt eiꝰ auxiliationē ps̄. Cū ipso sū i tribu
latōnē eripiā eū ⁊ glorificabo eū. bonus
amicꝰ est christꝰ qui non deserit hoīem in
tribulationibꝰ Gregoriꝰ i moralibꝰ. Cuꝫ
quisi ꝓsperitate diligit̄ valde difficile ē
cognoscere vtrū ꝓsperitas aut ꝑsona di
ligat̄. amissio enim ꝓsperitatis iterrogat
vim dilectōis. Secūdo i ipso ē sapiētia. i.
Chorīteoꝝ. i. p̄dicamꝰ verbū dei virtutē
⁊ sapientiā. hec est sapiētia q̄ ē magistra
nostre eruditōis. q̄ regula nostre oꝑatio
nis. q̄ ē virga nr̄e correctōis ps̄. Uirga di
rectōis v̄ga regni tui prouerbioruꝫ. xxij.
Stulticia colligata est i corde pueri. sed
virga discipline fugabit eā. q̄ hāc virgaꝫ
ꝯtemnit non habet vestigiū sapiētie. Sꝫ
vestigiū peccatoris Ecclesi. xxi. Qui odit
correptionem vestigiū est peccatoris quō
autem possimꝰ habere sapientie vestigiū
ꝑ studium conuersationis discrete osten
dit apostolus philipē. ij. Sitis sine quere
la et sicut simplices filij dei sine reprehen
sione in medio nationis peruerse ⁊ praue
inter quos lucetis sicut luminaria in mū
do verbum vite continentes. vt sicut ros
continet medicinam sic ꝯtineatis sapien
tiā ⁊ notabile est ꝙ dicit verbū vite. ⁊ nō
scientie non enim multum ꝓdest ꝓfice
re per doctrinam qui sibi non proficit per
bonam vitam. vnde super illud Gregoriꝰ
Ascendite in montem portate ligna edifi
cate domum. dicit glosa. sepe multa bona
de multis sperantur ⁊ cōuersatio bona vi
detur. sed cum tempus messis aduenerit
⁊ docendi oportunitateꝫ habuit. vel paꝝ
vel nihil est adinuentū. ⁊ succrescēte pau
latim negligentia id parum quod videbā
tur habere ꝑdūt. quod ideo suis euenit
quia in pristinis domibus securi fuerunt
⁊ ꝙ ascenderunt in monteꝫ scripturarum

nec i se domū domini extraxerūt. Tercio
est i christo bonitas cuiꝰ consideratio de
bet i nobis relinquere vestigiū operatio
nis fructose. quoniā bonus israel dꝰ ipse
ei bonꝰ est i affectu dulcedinis multitudi
ne ps̄. Dulcis ⁊ rectꝰ dominꝰ si tn̄ gustatꝫ
quoniā suauis est dn̄s bonꝰ est itellectu
claritatis magnitudīe Job. i. Erat lux ve
ra que illumiat om̄eꝫ hoīeꝫ veniētē i hūc
mūdū bonꝰ est i effectu operationis recti
tudine ip̄e ei est qui operatur i nobis vel
le ⁊ ꝑficere ꝓ bona volūtate Phi. ij. ideo
dicitur Leuitici vndecimo. Sācti estote
qr ego sanctꝰ sū. benignitatem ei suā de
bemꝰ imitari studio operationis merito
rie. qd̄ signat̄. ij. Regū. xiiij. De absolō ꝙ
a vestigio pedis vsqꝫ ad verticē nō erat i
eo vlla macula. absolon interpretat̄ pax
patris. i quo figrur hō bonꝰ q̄ debet ipe
trare pacē ad deū patrē operibꝰ sanctis.
ita ꝙ a pricipio vsqꝫ ad finē. qd̄ signat̄ i ve
stigio ⁊ sic cor nō debet esse aliquid qd̄ dis
pliceat oculis saluatoris Epheseos. i. Su
mus sancti ⁊ imaculati i conspectu eius.
bene dicit i conspectu eius. multi em̄ sūt
qui videntur hominibus sancti. ⁊ i cōspe
ctu hominum. qui i conspectu dei sunt fe
tidi ⁊ inmundi Job. ix. Si lotꝰ fuero q̄si
aquis niuis. ⁊ fluxerit velut mundissime
manus mee cum sordibus intinges me.
Quarto in ipso est imperiū Jsa. ix. Mul
tiplicabitur eius imperium huius cōside
ratio debet in nobis relinquere vestigiū
ꝓmpte obedientie. vnde cuꝫ dixisset Job
vestigia eius secutus est pes meus. subiū
xit. viaꝫ custodiui nō declinaui ex ea a mā
datis labioꝝ eius nō recessi ⁊ in sinu meo
abscondi verba oris eius Job. xxiij. Uiā
domini custodiunt homines per manda
toꝝ executionem ps̄. Uiam mandatorum
cucurri. sed declinant ab ea per mandato
rum excusatōeꝫ ps̄. Non declines cor me
um in verba malitie ad excusatōes in pec
catis. a mādatis labioꝝ dn̄i recedūt ꝑ iu
dicioꝝ trāsgressioneꝫ Dan̄. ix. peccauimꝰ
iniquitatem fecimus. impie egimus et re
cessimus. ⁊ declinauimus a mādatis tuis
in sinu suo abscōdunt verba domini. per
diuinoꝝ eloquioꝝ recordatōnem ps̄. In
corde meo abscōdi eloquia tua. qui sic fa
cit ꝓmptus est adimplendum imperium
dn̄i Exodi. xviij. Si hoc feceris implebis
imperium domini. ⁊ mādata dei poteris
substentare. qui sic obedit suo superiori i
uenit suuꝫ inferius obediēs sibi. vn̄ Jsid̄
de sūmo bono. Caro nō erit subiecta ani

me. nec vita rationi. si animus nõ sit subiect⁹ suo creatori. tũc ei recte nobis subĳciũtur oĩa q̃ sub nobis sunt cũ illi subĳcimur a quo nobis illa sũt subiecta. Sic ergo nobis pponit christus s̄m rationẽ exẽplaris cum dr. Vestigia eius. Seqtur. secutus est pes meus. vbi ponit beatus frãciscus sollicitudinẽ sue imitatiõis. Et sciẽdũ q̄ sicut a pncipio dictũ fuit in christo est potentia cui⁹ vestigiũ secutus est p reuerentiã et timorem Genes. xxxiij. Precedat dñs meus ante seruũ suũ ꝛ ego paulatim sequar vestigia eius. sicut videro paruulus meos posse. Hec sunt verba Jacob ad Esau. Esau iterp̄tatur rube⁹ in quo signat̃ xp̄s q̃ ppter nos fuit sanguie ppõo rubricatus Jsa. lxiij. Quare rubrũ est indumentũ tuũ. ille iacob loqtur q̃ interpretat̃ luctator in quo signatur beat⁹ frãcisc⁹ q̃ de luctu quẽ habuit cõtra carnẽ mũdũ et dyabolũ victoriã est adept⁹. iste dicit precedat dñs meus. dñs nomẽ est potestatis cui debet seru⁹ p timorẽ ꝛ reuerẽtiã humiliari vt habet̃ Malachie. j. Si ego dñs sũ vbi timor meus. Jste timor p̄cedit nos Primo ostendẽdo viã ne in tenebris erremus Mathei. xxviij. Precedat vos in galileã ibi eũ videbitis manifeste: qꝛ q̃ seqtur me nõ ambulat in tenebris Joh. viij. Secũdo p̄cedit custodiẽdo nos ne in via deficiamus. Exodi. xxiij. Ecce ego mittaꝫ vobis angelũ meũ q̃ precedat te ꝛ custodiat in via. Tercio p̄cedit nos congregãdo nos dispersos: vt in vnitate spũs ambulemus Jsaie. lij. Precedat vos dñs ꝛ cõgregabit vos de⁹ israel. p peccatũ em̄ sumus a deo diuisi: sed ip̄e est q̃ p gratiã dispsos israel cõgregabit. sed sicut tripliciter p̄cedet dñs sic tripliciter sequi debem⁹. Debemus em̄ sequi precedentẽ dñm ad illustrandũ per cognitionẽ veritatis Prouerbiorꝫ. iiij. Oculi tui videãt recta. ꝛ palpebre tue precedãt gressus tuos. Debem⁹ etiã seq̃ precedentẽ ad custodiendũ p subiectionẽ nostre volũtatis. vñ petro dictuꝫ est. vade sathana post me: qꝛ noluit ponere volũtatẽ suã volũtati diuie. Tercio debem⁹ seq̃ precedẽtẽ ad cõgregandũ p vnitatẽ caritatis. hec est em̄ q̃ discordes concordat. dispsos sociat. mortuos suscitat. Augustinus. Charitas est concordia mentium. societas electorꝫ. vita beatorꝫ angelorꝫ ꝛ animarũ. neq̄ em̄ anime neq̄ angeli sine charitate viuũt. Sic ergo potest dici. precedat dñs ante seruum suum. Sed quid est q̄ dicit paulatim se sequi. cuꝫ velociter secut⁹ est vestigia dñi. Respõdeo hoc dicit vel ppter defectũ virtutũ. ibũt em̄ sancti de virtute in virtutem. vel hoc dicit ppter humilitatis exemplum Malachie. ij. Cum fecerint modicuꝫ de genere bonorꝫ multa se fecisse putant. boni vero cũ multa bona fecerint modica reputant. Luce. xvij. Cũ omnia benefeceritis q̃ precepta sunt dicite serui inutiles sumus. sequitur. sicut videro paruulos meos posse vidit beatus frãcisc⁹ paruulos suos fratres suos minores posse sequi christum p dimissionẽ omniũ temporaliũ. Nõ em̄ poterãt sequi illũ onerati vt exaltauerũt vt gigas ad currendã viã. sciẽs q̄ deus elegit pauperes i hoc mũdo diuites in fide. primo paupes: vt postmodũ sint diuites. ij. Chorinteorũ. viij. Scitis gratiam dñi nostri Jesu christi. quoniã cũ diues esset in omnib⁹ propter vos egenus factus est vt eius iopia diuites essetis. ibi dicit glosa. nemo cõdemnat pauper in cella diues in conscientia securior dormit paup i terra q̄ꝫ auro diues i purpura. ne ergo expauescas cum tua mendicitate ad illũ accedere q̃ indut⁹ est nostra paupertate. christus em̄ se paupauit nos ditauit. Et ideo beatus frãciscus cum sua mendicitate ad christum accedere nõ expauit. ps. Ego sũ mendicus et pauper: dñs sollicitus est mihi. Secũdo secutus est vestigia sapiẽtie per veritatis predicationem. Ecclesiastici xlij. Dñs cognouit omnẽ scientiã annuncians que preterierunt ꝛ que superuentura sunt ꝛ reuelans vestigia occultorꝫ sacramentorꝫ quod a seculis occultum siue absconditum est. hoc sacramentum est q̄ verbum caro factum est. vestigia huius sacramenti deus reuelari voluit cum predicationem euãgelij apostolis pauperibus humilibus et beato Francisco et suis successoribus dispensaui: t. Luce decimo. Abscondisti hec a sapientibus ꝛ prudentib⁹ et reuelasti ea paruulis id est humilibus. humilitas enim est clauis per quam venitur ad sapientiaꝫ. deus enim superbis resistit: humilibus autem dat gratiaꝫ Jacobi. iiij. hanc gratiam habuit beat⁹ franc isc⁹. vnde potuit dicere illud Epheseos iij. Michi omnium sanctorum minimo data est sapientia vel gratia hec euangelizare i gentibus inestigabiles diuitias christi. minimũ se vocat humilitate qui minores habet i successione. has diuitias gratie christi predicauit ita q̄ ei⁹ predicatio non fuit retrograda vt a contemptu spirit

tualium ad amorem temporaliū inclina
ret. ps. Defecerūt oculi mei i eloquiū tuū
glosa. oculi nō ex ifirmitate: sed ex ingēti
cupiditatis quasi opere lassati. nō em̄ est
ociosus q̄ tantū verbo dei isidet. nec plu-
ris q̄ extra operatur ꝗ̄ q̄ studiū cognoscē
de diuinitatis exercet. ipsa em̄ sapientia
maximū opus est vt antefertur Maria q̄
audiebat Marthe q̄ ministrabat. Tercio
secutus est beatꝰ Franciscus vestigia bo
nitatis per vite conformitatē Job. xj. Ve
stigia dei cōprehendes ⁊ vsq̄ ad perfectū
omnipotentem reperies. vestigia dei cō-
prehēdit beatus Franciscus per vite cō-
formitatem. ⁊ vsq̄ ad ꝑfectū repperit per
apertam visionem. hec autē conformitas
vite in tribus consistit. Primo i passionis
dominice recordatione. ipse em̄ quasi si-
gnaculum posuerat passionē christi siue
christum passum super cor suum. quo solo
sic volebat affici ꝙ nullo alio vellet glori
ari. Galla. vltimo. Mich absit gloriari ni
si in cruce dn̄i nostri Jesu christi. per quē
michi mūdus crucifixus est ⁊ ego mundo
in cruce dn̄i est gloriādum. nam in passio
ne christi est virtus nostra. in cruce gloriā
dum est in morte ⁊ in vita Damascenus.
Omnibus mirabilior est crux christi pre-
ciosa. per nullum em̄ aliud est mors eua
cuata. peccatum deletum. ifernus depre
datus. ad concernendum presentis virtꝰ
donata. ad p̄stinā beatitudinē regressio
directa. qui scit in ista cruce gloriari posi
tus adhuc in terra dulcia poma sua dul
ces fructus de ligno vite decerpit. vnde
beatus Bernardꝰ. Circuire possum celū
et terrā ⁊ mare ⁊ aridā ⁊ nusq̄ te inueniā
nisi tm̄ in cruce. Ubi dormis. vbi pascis.
vbi cubas in meridie. crux tua est cuius
latitudo charitas. cuius lōgitudo longa
nimitas. altitudo spes. ꝓfundum timor,
quicunq̄ inuenit te in hac cruce anima su
spenditur a terra ⁊ dulcia poma de ligno
vite decerpit. sequitur. Per te michi mun
dus crucifixus est glosa. vt me nō teneat
et ego mūdo. glosa: vt ipsum nō teneam.
Gregorius: q2 apostolus non mūdi quere
bat nos a mūdi gloria. ideo se mundo et
mundū sibi crucifixū esse gloriatur. Secū
do attēdit ista cōformitas in puritatis et
sanctitatis imitatiōe Romanoꝝ. xij. No
lite cōformari huic seculo: sed reformami
ni in spū mētis vestre. Beatꝰ franciscꝰ nō
fuit ꝯformis huic seculo ꝑ amorē terreno
rū nec ꝑ ambitionē honoꝝ: sed renouatꝰ
in spū mētis sue ꝑ abdicationē carnaliū

desiderioꝝ. Quidā em̄ sunt q̄ a carnalibꝰ
voluptatibꝰ abstinēt. Sed ad mūdi hono
res anhelant. Et tales crucifigēdo carnē
suā cū vitijs ⁊ cōcupiscētijs isufficienter
se christo cōformāt Gregoriꝰ. Carnē nr̄az
cū cōcupiscentijs crucifigimus cū sic gulā
restringimꝰ: vt de mūdi gloria nichil que
ramus q̄ em̄ corpus macerat: sed honori-
bus anhelat carni crucem intulit: sed mū
do ꝑ concupiscentiā penis viuit. Tercio
attendit ista conformitas in stigmatū vel
insignioꝝ dn̄ice passionis rep̄sentatione
Gal. vltimo. Stigmata dn̄i Jesu in corpo
re meo porto. glo. stigmata appellat qua-
si notas de ꝑsecutionibꝰ penaꝝ quas pa
tiebatur. stigma em̄ est nota aliquo ferro
facta. apostolus ferebat in corpore suo in
signia dn̄ice passionis quasi similitudine
remota q̄ erant note de persecutionibus
quas patiebat̄. Sed beatus frāciscus fe
rebat isignia similitudine ꝓpinqua. quia
sanguis christi eiꝰ sanguine rep̄sentabat̄
vt habet̄ Osee. iiij. Scriptū est sāguis sā
guinē tetigit: sed ecōtrario in beato frāci
sco sanguis sanguinē reuelauit dum ob
memoriā passiōis dn̄i sanguis de eius la
tere ꝓfluit Prouerbioꝝ. xxx. dicit̄. San-
guisuge filie sunt dicētes. affer/affer. Sā
guisuga est humana concupiscētia cuius
sunt due filie. affluentia tēporalis ⁊ volu
ptas carnalis. Affluētia semꝑ dicit affer
affer: quia nō satiat̄ delitijs. ⁊ ecōtrario
nō sanguisuge sunt filie due nō dicentes
affer affer. Iste fuerūt filie pharethre do
mini sagitte potētis accute dicitur ad pe
netrandū cū carbonibus desolatorijs ad
mordendū. Iste sagitte sic i eo militabāt
ꝙ ipsum vsq̄ ad effusionem sanguinis in
quo spūs vitalis residet penetrabāt Job
vj. Sagitte dn̄i in me sunt quare indigna
tio spiritū ebibit meū. iste filie pharetre
dn̄i due sunt. Prima est memoria passio-
nis dn̄i. Trenoꝝ. iij. Recordare pauꝑta-
tis mee ⁊ trāsgressionis mee absinthij et
fellis. ⁊ respōdit homo fidelis. Memoria
memor ero ⁊ tabescet in me anima mea.
Gene. iij. legitur ꝙ oues Jacob ex inspe-
ctione virgarū aromaticarū propter for-
tē imaginationē fetus varios cōceperūt.
Quid ergo mirū si ꝓpter fortē ⁊ feruētē
memoriā effusionū sanguinis christi effu
sus est sanguis beati francisci. nec hoc di
co factū opere naturali. Sed christꝰ ope-
rans potētia suꝑnali dignꝰ isignijs san
ctū suū mirificauit exteriꝰ q̄ sibi cruci cōfi
xꝰ erat iteriꝰ. fm̄ illud ap. i ad Gallathas

secundo. Christo co nfixus sum cruci Viuo
autē iam nō ego viuit vero in me christus.
ꝙ autē nūc viuo in carne. in fide viuo filii
dei qui dilexit me ⁊ tradidit seipsuz ꝓ me
Secūdo filia pharetre est desideriū imita
tionis hec est sagitta dñi vulnerās sāgui
nē Prouerbiorum tricesimo. Qui autē forti
ter premit vbera ad eliciendū lac exprimit
butirū. ⁊ qui vehementer emūgit elicit sā
guinē: vtraqꝫ eñ sagitta fuit sanguine ru
bricata ⁊ inebriata. Deutrono. 32. c. Si a
cuero vt fulgur gladiū meū ⁊ arripuerit iu
diciū manus mea Reddā vltionē hostibꝰ
meis ⁊ his qui oderūt me retribuam. Jne
briabo sagittas meas sāguine et gladius
meus deuorabit carnes de cruore occisorum
et decaptiuitate nudati inimicorum capitis.
Nec mirum si aggregatio luminis dat splen
dorē. si florēs vinea dat odorē si fōs scatu
riēs dat humorē et quid mirum si nō tā mirā
dum ꝙ nō sit fide dignū ꝙ feruens deside
rium beati frāscici ꝓduxit sāguinē. Eius
eñ desideriū fuit quasi mustū absqꝫ spira
culo quod lagunculas corporis disrūpit vs
qꝫ ad effusionē sāguinis. Jn veteri testamē
to scriptū ē oculū ꝓ oculo dentē ꝓ dēte. Sz
beatus frāsciscus positꝰ in nouo testamē
to qꝺ confirmatur per sanguinē reddidit.
O ꝙ̄ difficile prelati nostri temporis san
guinē ꝓpriū pro effusione christi repende
rēt christo. qui sanguinē christi feruere fa
ciūt dū edificātes sion in sāguinibꝰ bene
ficia ecclesiastica que sāguine christi cōpa
rata sūt ꝯsāguineis nō qꝛ boni sz de sāgui
ne suo procreati sūt ꝯferūt siue distribuūt
Quarto secutus est beatus franciscus ve
stigia imperij per promptam obedientiaz
Romanorum quarto. Signum accipit ab
raam circuncisionis, signaculum iusticie fi
dei que est in preputio vt sit pater omniuz
credentium non tātuz his qui sūt ex circū
cisione sed his qui sectantur eius vestigia
Abraaz interpretatur pater multarū gen
tium in quo signatur christus qui est pater
omnium credentium. pater semper filium
habet imperium. debet filius patri obedi
re promptum obsequium exhibere. quod
beatus franciscus bene Christo exhibuit.
vt habetur Job tredecimo Vestigia pedū
meorum dinumerasti. et quia dinumera
uit eius vestigia in frigore nuditate et fa
me. ideo modo ei retribuit in superna re
fectione. vbi ꝭm augustinū lucet quod nō
capit locus. olet quod non spargit flatus.
vbi sonat quod non capit tempus. vbi sa
pit quod nō minuit edacitas vbi heret qꝺ
non diuellit anxietas. Ad quā nos perdu
cat qui sine fine viuit et regnat et cetera.

¶ De sancto dionisio Sermo primus.

Dionisiꝰ ariopa
gita credidit in dñm iesum
christū Actuū. 17. ca. Jn ver
bo ꝓposito tria notanꝫ a quibꝰ beatus dio
nisius cōmendaꝫ. Primo a noie cū dicꝫ di
onisius. Secūdo a cognitione cū dicꝫ ario
pagita. Tercio a cōuersione cū dicꝫ credi
dit in dñm iesum christū Ad nomen ꝑtinet
discretio dionisius eni interpretatur diiu
dicans ad cognominationē ꝑtinet deuotio
ariopagita eni interpretatur primitie solē
nes. et dicitur ariopagita ab arioth quod
est mare et pagus qꝺ est vitis maris ad cō
uersionē pertinet religio quod notatur cū
dicitur credidit in dñm iesum christū. Quā
tum ad primū sciendū est ꝙ dionisius iter
pretatur diiudicans. Sciendū ergo ꝙ bea
tus dionisius tria iudicauit. Primo superi
ora per contēplationē. Secūdo iudicauit
inferiora per eruditionē et correctionem.
Tercio iudicauit interiora sua per ꝯstātiā
et fortitudinē Primo eñ iudicauit superio
ra per contēplationē. 1. Chorinteorum. 2.
Spiritualis omnia iudicat et a nemine iu
dicatur: beatus dionisiꝰ est homo spiritua
lis appellatus. qꝛ ipse fuit spiritu dei re
pletus Gene. 41. Non inuenire poterimꝰ
virū talē qui spiritu dei plenus sit beatus
dionisius sicut dictū est spiritu dei plenus
fuit. Et ideo superiora et occulta perscru
tatus est. 1. Chorinteo. 2. Spūs oia ꝑscru
tantur etiā profunda dei. nichil ꝓfundiꝰ
vltra immensum et infinitū bonū ꝙ̄ distā
tia ordinū ierarchiarū angelorum Jsta ꝓfun
da et occulta beatus dionisius perscrutatꝰ
etiam fuit et libruz de Jerarchia angelica
cōposuit per quē totā ecclesiā dei illumina
uit Job. 38. Nunquid nosti ordinez celi et
pones rationem eius in terra. beatus dio
nisius nouit ordinē celi id est ordinē cele
stiū spirituum per diuinam reuelationem
beati pauli apostoli doctoris gentium do
ctrinam et eruditionem et ratione eius po
suit in terra per predicationē et librorū cō
positionē. Unde ipsi ꝯuenit qꝺ dicitur Ec
clesiastici. 44. Non est inuentus similis
illi qui construeret legem excelsi. alij san
cti quasi animalia dñi cum domino in terra
gradiebantur. sed beatus dionisius quasi
aquila dominica super celos eleuabatur.
alij sancti obseruauerunt legem excelsi per
custodiā mandatorū. sed beatus dionisius

penetrat legem excelsi ꝑ scrutationē celestis secretorū. Scḋo iudicauit beatus dionisius inferiora ꝑ eruditionē ⁊ correctionē Sapi.3. Judicabūt natiões et dānabūtur populis et regnabit dn̄s illorū rex imꝑpetuū. Btūs dionisius iudicauit natiões peccatores arguēdo. Dn̄atus etiā fuit populis ipsos iugo fidei supponendo et ideo cū rege regū et dn̄o dn̄antiū qui imꝑpetuum regnat beat⁹ dionisius eternā gloriā participando Sapi.3. In paucis vexati i multis bene disponētur. qm̄ de⁹ tentauit illos et inuenit illos dignos se. sꝫ q̄d est ꝙ dicit in paucis vexati. fuerunt ne pauce vexationes b̄ti dionisij et sociorū ei⁹ B̄ti rustici et eleutherij nōne btūs dionisi⁹ fuit flagellatus incarcerat⁹. ferro oneratus. suꝑ lectū ferreū expansis flāmis positus ⁊ tandē finaliter decollat⁹ Reuera vexationes sanctoꝝ in se cōsiderate magne fuerūt. sꝫ pauce dicunt̄ in cōparatione p̄mioꝝ. Nā multum ⁊ paucū paruū et magnū relatiue vel in cōparatione dicunt̄ scḋm philosophū in predicamētis: vnde mons dicit̄ paruus. miliū vero magnū. Sicut ego video ꝙ mōs martirū vbi occisus fuit beatus dionisius in se est magnus. sed in cōparatione ad alpinos mōtes est mons modicus siue paruus sic vexationes sanctorū in se ⁊ absolute cōsiderate fuerūt magne sed in cōparatione ad premiū dicunt̄ parue Romanoꝝ.8. Nō sunt cōdigne passiones huius t̄pis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Secundum hanc formam loquendi competenter dicitur in paucis vexati in multis bene disponentur. Sequitur. Tentauit illos deus et inuenit illos dignos se. illi qui deo digni sunt omnium bonorum magnitudinem que in deo sunt reperiunt in eterna beatitudine Prouerbiorū octauo. Mecum sunt diuitie et gloria opes superbe et iusticia. tercio beatus dionisius indicauit interiora sua per constantiam et fortitudinem Ecclesiastici.4. Qui audit illam iudicabit gentes. et qui intuetur illam permanebit confidens. beatus dionisius diuinaꝫ sapientiam sibi loquentem et audiuit ⁊ iō̄ iusticiam diligite qui iudicatis terram ip̄e enim intuens sapientiam permansit confidens per constantiam ⁊ fortitudinē. nec mirum quia Sapientie octauo dicitur de sapientia Attingit a fine vsq̄ ad fineꝫ fortiter. vt non sit qui eius potentiā effugiat et disponit omnia suauiter vt non sit qui eius clementiam non sentiat. Sic ergo beatus dionisius permansit confidens Prouerbiorꝫ vicesimo octauo Fugit impius nemine persequente. iustus autem quasi leo confidens absq̄ terrore erit si fugit impius non est mirum. quia non habet fidei fundametū sed beat⁹ dionisi⁹ quasi leo cōfidēs absq̄ terrore fuit quia ip̄e habuit fidei ⁊ amoris fulcimētū vn̄ de ipso legitur. Quo ampli⁹ gētilitatis feruere cognouit errorē illis intrepid⁹ ⁊ calore fidei armat⁹ accessit ⁊ parisi⁹ dn̄o ducēte ꝑuenit nō verit⁹ incredule gētis expetere feritatē Sic ergo primo cōmēdatur beat⁹ dionisius a nomine qḋ interꝑtatur vt dictū est diiudicās Secūdo cōmēdatur a cognominatione cuꝫ dr̄ ariopagita. Ariopagita vt dictum ē interpretatur primitie solennes. Sciēdū est ergo ꝙ sunt tria genera primitiarū. Primo enī sunt primitie fructuū eternorꝫ vt habetur Prouerbioꝝ tercio capitulo Honora dn̄m deū tuū de tua substantia et de primitijs fructuū tuoꝝ da pauperib⁹ p̄mitie dicūtur fructus q̄ p̄mo nascūtur qui magis appetūtur et magis ab hominib⁹ diligūt vn̄ datur intelligi ꝙ diuites de meliorib⁹ debent dare pauperib⁹ in q̄b⁹ ꝑsona diuina p̄sētat̄ Mathei.25. Quādiu vni ex istis meis minimis fecistis michi fecistis Sꝫ fere omnes pauperib⁹ dāt de reb⁹ deterioribus qr si dāt de blado suo dāt deteriora et corrupta. vn̄ qn̄ aliqua multū deteriorata est dicitur in ꝯmuni ꝓuerbioꝝ hoc est bonū ad dandū ꝓ deo. multi etiaꝫ seruiūt diabolo quasi de vino puro sue iuuētutis. ⁊ quoniā iā defracti sūt senio intrando religionem volūt seruire deo de fecib⁹ sue senectutis in qua nō vtilitati sꝫ oneri sūt religioni. De primitijs q̄ id est de bonis meliorib⁹ deo dare debem⁹ numeri.15. Sicut separabitꝫ primitias d̄ areis ita de pulmētis dabitis primitias domino hoc bn̄ abel faciebat qui de primogenitis et melioribus bonis dn̄o offerebat Genes.4. Abel obtulit de primogenitis gregis ⁊ de adipibus eoꝝ ⁊ respexit dn̄s ad abel et ad munera eius. ad caym aūt et ad munera eius nō respexit quia nō de meliorib⁹ sed de terioribus dn̄o obtulit Secundo sūt p̄mitie excellentium doctoꝝ. Jere.2. Sanctus israel domino primitie fruguꝫ eius israel interpretatur dn̄m videns per queꝫ bene intelligitur beatus Dionisius qui sine deivisione ⁊ cognitione nō potuit tanta de deo exprimere ip̄e deo obtulit tam in proprio corpore q̄ȝ in ꝓprioꝝ ꝯuersiōe. Ip̄e enī ꝫ doctrinā apostoli seipsum hostiam sanctā deo placentem obtulit Romanoꝝ.12. Ob

secro vos p miam dei vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuētē sanctā deo placētē beatus ergo dionisi⁹ primitias/excellētissi doctor seipm dño obtulit qñ p dño pass⁹ fuit in odorē suauitatis. vñ de ipso dñs dicere potuit illud Gen. 27. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. cui bñdixit dñs. ipse em magnas primitias dño obtulit qñ totā galleā dño acquisiuit vbi regnat feruor fidei et religionis. et per eius predicationē gallicos dñs in filios adoptionis suscepit Ro. 8. Nosipsi pmitias spūs hñtes intra nos gemim⁹ adoptionē filiox dei expectātes redēptionē corpis nostri. p adoptionē filiox puenim⁹ ad participationez eternalium bonox Roma. 8. Ipse spūs testimoniū reddit spiritui nro. q sumus filij dei ⁊ heredes. heredes qdē dei coheredes aūt xpi. Tercio sunt primitie fidelium electox. 2. Thessalanicens. 2. Elegit nos de⁹ primitias in salutē in sanctificatione spiritus ⁊ fide veritatis in qua vocauit nos p euangeliū nostrū in acqsitione glorie dñi nostri iesu xpi. sic ergo magnas primitias beatus dionisi⁹ obtulit qñ totā galliā per suā predicationē dño genuit. 1. Chorin. 4. In xpo iesu per euāgelium ego vos genui Apocalipsis. 14. Hi empti sunt ex omnib⁹ primitie deo ⁊ agno. et in ore ipsorum non est inuentum mendacium. sine macula enim sunt ante thronum dei. Tercio commendatur beatus dionisius a conuersione. cum dicitur. credidit in dñm iesum. Sciendum ergo q beatus dionisius a conuersione cōmendatur cū dicitur credidit in dominum iesum. Sciendum ergo q beatus. Dionisius tripliciter credidit. Primo credidit cōstanter vt apparuit in miraculox operatione. Scd̄o credidit sapienter vt apparuit in populox eruditione. Tercio credidit vtiliter vt apparet in pmiox assecutione. Primo enim credidit cōstanter vt apparuit in miraculox operatiōe Marci nono. Si potes credere omnia possibilia sunt credēti. operatio miraculorum pertinet ad fidei fundamentū Mathei decimoseptimo. Si habueritis fidem sicut granū sinapis dicetis mōti huic transi hinc et transibit et nichil impossibile erit vobis. Sic beatus dionisius per fidei constantiam assecutus est operationē miraculox. Unde de ipso legitur q tantas p eam dominus dignabatur exercere virtutes vt rebelliū corda gentilium non minus miraculis q̄ predicationibus obtineret. Secundo credidit sapienter. vt apparuit in populox eruditione vt habet ad Romanos decimo c. Corde creditur ad iusticiā ore autē confessio fit ad salutē. hō corde credit ad iusticiam intellectum suuz in obsequiū fidei captiuando interius. sed ore fit confessio ad salutem nomen christi in articulo mortis confitendo et populum erudiendo exterius. 1. Thessa. 2. Exhortatio nostra nō de errore neq de immūditia neq in dolo. sz sicut pbati sumus a deo vt crederetur nobis euangeliū. ita loquimur nō quasi hoibus placētes. sz deo qui pbat corda. tercio credidit beatus Dionisius dñm nrm iesum xpm vtiliter vt apparet in premiox assecutione. 1. Petri. 1. In quē nūc quoq nō vidētes creditis. credentes aūt exultabitis leticia inenarrabili et glorificata reportantes finē fidei vestre salutem animarum vestrax. Ad quam nos. ⁊c.

De sancto dionisio / Sermo secundus.

Narrabo nomen tuum fratribus meis. In medio ecclesie laudabo te. ps. 21. In verbo proposito duo notantur a quib⁹ beatus dionisius cōmēdatur. Primo enim cōmendat ab edificatione et eruditione proximi. cum dicitur. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Scd̄o a laude ⁊ cōmēdatione dei. cuz dicitur. in medio ecclesie laudabo te. Quātū ad primū sciēdū q nomē dñi est potestate virtuosum. magnitudine speciosum. vtilitate fructuosum. Primo ergo nomen domini est potestate virtuosū Marci vltimo. In noie meo demonia eijcient. linguis loquentur nouis. serpentes tollēt. et si mortifex quid biberint nichil eis nocebit. Sic ergo nomen dñi est in potestate virtuosum. quia est efficax ad subiectionē demoniox. Luce. 9. Cōuocatis. 12. apostolis dedit illis iesus. virtutē et potestatem super omnia demonia. et vt languores curarent. Nomen etiam domini valet ad inuocationem animorum. vñ et hic dicitur linguis loquentur nouis. linguis loqui nouis nichil aliud est q̄ predicare exclusionē vetustatis peccati et inducere ad nouitatē vite per renouationē mentis et nouitate virtutis Epheseos. quarto Renouamini in spiritu mentis vestre. In spiritu mentis nostre renouamur quando in nouitate sanctitatis ambulamus. Roma. sexto. Quomodo christus surrexit a mortuis per gloriam patris ita et nos in nouitate ambulemus. Huius nouitatis spiritussanctus iudicium dedit quando in die penthecostes super apostolos in linguis igneis apparuit Actuū. 2. Apparuerūt illis disperdite lin

gue tanq̄ ignis. seditq̄ supra singulos eoꝝ
et ceperunt loqui varijs linguis, put spūs
sanctus dabat eloqui. Nomen etiā dn̄i ter
cio valet ad remotionē serpētū tā spiritua
lium q̄ corporaliū. vn̄ et hic dicitur. serpē
tes tollēt Actuū. 28. Cum cōgregasset pau
lus sarmentoꝝ aliquantā multitudinē. et
imposuit super ignem. vippera a calore cū
processisset inuasit manum eius ꝛ ille excu
tiens bestiam in ignē nichil mali passus ē
nomen etiā dn̄i valet ad expellendū vene
nū vt non sit etiā bibenti in nocumētū. Vn̄
et hic dr̄. ꝛ si mortiferum quid biberint nō
eis nocebit vn̄ de beato Johāne euā. legi
m⁹. q̄ cū ipse ad petitionē ariscodemi vene
nū bibisset nichil mali pass⁹ fuit. imo illos
qui ex veneno mortui fuerāt in noīe dn̄i su
scitauit. Scd̄o nomē dn̄i est magnitudine
spaciosū. ps̄. Not⁹ in iudea de⁹ israel ma
gnū nomē ei⁹ solū in iudea erat notus de⁹
an̄ tp̄s incarnatiōis. sꝫ in israel factū ē no
mē ei⁹ a tp̄e suscepte carnis. p p̄dicationē
em̄ apostoloꝝ vbicunq̄ est nomē christi di
uulgatū et ampliatū. q̄ in omnē terrā exi
uit sonus eoꝝ ꝛ in fines orbis terre verba
eoꝝ. Nomē em̄ xp̄i erat intra apostolorūꝫ
corda sicut ignis in stupa et ideo abscondi
nō poterat Actuū. 4. Dixit petrus nō pos
sumus qd̄ audiuim⁹ et vidim⁹ non loq. no
mē em̄ xp̄i est nomē dulce et desiderabile.
Isa. 26. nomē tuū et memoriale tuū in desi
derio aīe. Vn̄ dicit Bern̄. q̄ nomē xp̄i ē mel
in ore melos in aure. iubilus in corde Ter
cio nomen xp̄i ē vtilitate fructuosū. Ac. 4.
Nec em̄ aliud nomen est sub celo datū hoi
bus i quo oporteat nos saluos fieri. nomē
em̄ xp̄i iesu ē nomē saluatoris ꝛ nostre sa
lutis. iesus saluator interp̄tat̄. nomē etiāꝫ
ipsi⁹ est xp̄s a quo nos xp̄iani appellati su
mus vn̄ augustin⁹ noīe suo vocauit me vt
memoriale ei⁹ eēt apd̄ me vt ab vncto essē
vnct⁹. ꝛ a xp̄o xp̄ianus. Istud nomē dn̄i no
stri iesu xp̄i dionisius p̄dicauit et beati ru
sticus et eleutherius ipsius socij. et hoc tri
pliciter. Primo māsuete ad reuocationem
pctōꝝ. Secūdo dicerete ad eruditionē in
doctoꝝ. Tercio pfunde ad pscrutationeꝫ
secretoꝝ comitāte operatione miraculoꝝ.
Beat⁹ ergo dionisi⁹ nomē dn̄i bene predi
care potuit tanq̄ ille qui de diuinis nomi
bus librū composuit. vnde de ipso ꝛ socijs
Ecclesiastici. 44. dicitur. Hi fuerunt ho
mines in pueritia sua requirentes modos
musicos et narrātes carmina scripturarū.
homines diuites in virtute hoc pulchritu
dinis studium habentes. per modos musi

cos quib⁹ aures hominū demulcētur ꝛ in
quibus homines delectantur masuetudo
predicationis designatur. per quā hoies
frequēter de facili corrigūtur ps̄. Superue
nit māsuetudo et corripiemur vnde in sco
la saluatoris Egredit̄ mansuetudo sex mo
dis Mathei vn̄decimo. Discite a me q2 mitis
sū ꝛ humilis corde. isti etiam hoies fuerūt
narrātes carmina scripturaꝝ. In carmini
b⁹ in quib⁹ hoies delectant̄ diuina mise
ricordia designat̄ que tāta est q̄ hoies q̄n
tūcūq̄ peccatores qn̄ p penitētiaꝫ ingemi
scunt benigne a dn̄o recipiunt̄ et p hoc ho
mines ad spem venie erigūtur. Sūt auteꝫ
tria q̄ boni predicatores debent populis
predicare. Primo dolorē p cōmissione pec
catorū. Secūdo benignitatē diuine clemē
tie ad remissionem ipsoꝝ. Tercio timoreꝫ
iudicioꝝ qd̄ bn̄ signatū est Ezech. 2. Et ec
ce manus dn̄i missa erat ad me in qua erat
inuolutus liber ꝛ expādit illū corā me qui
erat scriptus int⁹ ꝛ foris ꝛ scripte erant i eo
lamentatiōes carmē ꝛ ve. lamētationes di
cit p ꝯmissionē peccatoꝝ. Carmē propter
spē remissiōis ipoꝝ. Ve ppter timorē iudi
cioꝝ diuinoꝝ Ecce quō pp̄ha sciuit ordia
te inter duas virides vnā maturā ponere
quia iter dolorē p cōmissione culpe ꝛ timo
rē ex cōsideratione. iusticie diuine. posuit
spē facilitatis cōsequēde venie. Ipsi etiaꝫ
fuerūt hoies diuites in virtute diuie vir
tutū et sapiētie sūt sole vere diuine Isaie
tricesimo tercio. Diuitie salutis sapientia
ꝛ scientia timor domini ipse est thesaurus
eius. istis diuitijs fuerūt repleti isti marti
res gloriosi Ecclesiastici. 44. hoies ma
gni virtute et prudētia prediti. Sequitur.
Hoc pulchritudinis studiū hn̄tes in hoc de
bēt hoies diligēter studere quomō possit
puritatē et pulchritudinē cōscientie habe
re hoc erat studium beati pauli apostoli.
Actuū 24. In hoc et ipse studeo sine offen
diculo conscientiam habere ad deum ꝛ ho
mines semper. Scd̄o p̄dicauit beat⁹ dioni
sius nomē dn̄i discrete ad eruditionē indo
ctoꝝ Ecclesiastici. 39. Sapiētiā antiquoꝝ
omniū exquiret sapiens et in pphetis va
cabit narrationē viroꝝ nomiatoꝝ obser
uabit in predicta autoritate sapiēs nobis
exprimit triplicē differentiā viroꝝ sāctoꝝ
scꝫ pphetaꝝ patriachaꝝ apostoloꝝ statū
patriarchaꝝ nobis exprimit sapiēs cuꝫ di
cit sapiāꝫ antiquoꝝ oīm exquiret sapiens
facta patriacharum nobis proponuntur.
in exemplar. Abraham patriarcha nobis
pponitur in exemplum fidei. Isaac qui in

terpretatur. risus nobis exponitur in exemplum spei. Jacob qui fuit fortis luctator nobis proponitur in exemplum charitatis. De quo Canticorum.8. dicitur Fortis vt mors dilectio. Moyses qui fuit fortissimus hominum nobis proponitur in exemplum mansuetudinis Job qui fuit patiens nobis proponitur exemplum patientie. Petrus qui post trinam negationem pastor ecclesie est effectus. Et Paulus qui de persecutore predicator egregius est factus nobis proponitur in exemplum diuine clementie et condentie assequende venie secundo nobis hic exprimit sapiens statum prophetarum cum diceret in prophetis vacabit In prophetis vacare nichil aliud est quam mentes nostras spiritui sancto concordare. 2. Petri. i. Non enim voluntate humana allata est prophetia aliquando sed spiritusancto inspirati locuti sunt dei homines. Tertio exprimit nobis hic sapiens statum apostolorum cum dicit narrationem virorum nominatorum obseruabit. viri noiati fuerunt apostoli qui a domino fuerunt principes super omnes terram constituti istam narrationem virorum noiatorum bene conseruauit beatus dyonisius qui eruditione beati pauli apostoli fuit informatus Eccle. 6. In multitudine presbiterorum prudentium sta. et sapientie eorum corde coniungere vt omnem narrationem dei possis audire et prouerbia laudis non effugiant a te. tercio beatus dyonisius predicauit profunde ad perscrutationem secretorum comitante operatione miraculorum ps. Narrabo mirabilia tua bene poterat dicere narrabo mirabilia diuina ille per quem dominus in vita et in morte operabatur mirabilia. In vita operabatur dominus per beatum dyonisium mirabilia Ecclesia. 31. Fecit enim mirabilia in vita sua In morte etiam operatus est beatus dionisius mirabilia Ecclesiastici. 48. In morte mirabilia operatus est quod mirabilibus quod dominus per beatum dionisium in morte ipsius est operatus quando ipse a loco sue decollationis vsque ad locum in quo modo in honore corpus eius requiescit caput proprium pendulis brachijs angelis gressum eius regentibus deportauit vnde potuit dicere illud Job. 13. Animam meam porto in manibus meis. Quis aia sit tota in qualibet parte corporis. Tamen principaliter dicitur esse in aliquibus partibus corporis. Unde dicunt quidam quod est in sanguine sicut moyses dicit Leuitici. 17. Aia omnis carnis in sanguine est alij dicunt quod est in corde prouer. 4. Omni custodia serua cor tuum quoniam ex ipso vita procedit. Alij dicunt quod est in cerebro siue in capite quoniam caput influit corpori sensum et motum hic est quod propter abcisionem capitis separatur aia a corpore tam velociter. Ideo apertum miraculum fuit quando beatus dionisius caput abcisum manibus proprijs a loco passionis sue vsque ad locum sepulture deportauit. vt vere possit dicere verbum propositum. Aiam meam porto in manibus meis. Ubi surgit admiratio ex tribus. ex conditione dilate rei: quia aiam id est caput. per quod aia debet portare corpus si enim portaret aurem vel pedem abscisum non esset ita mirandum. Secundo consurgit admiratio ex modo deferendi. quia in manibus meis mirabile enim erat quod manus mortue portabant caput. Tercio consurgit etiam admiratio ex motu corporis decapitati quod notatur cum dicitur porto. Caput enim abscisum non affluit corpori motum. attamen caput abscisum mouebatur. Sic ergo primo commendatur beatus dionisius ab eruditione primi: cum dicitur. narrabo nomen tuum fratribus meis. Secundo commendatur a laude et commendatione dei. cum dicitur in medio ecclesie laudabo te Sciendum est ergo quod beatus dionisius tripliciter laudauit dominum. Primo in tolerantia tormentorum. Secundo in cognitione certa secretorum. Tercio in assecutione beata premiorum. Primo ergo beatus dionisius et etiam socij eius laudauerunt dominum in tolerantia tormentorum Sapientie decimo octauo. Justicie legem in concordiam disposuerunt: similiter bona et mala percepturos iustos. patri omnium decantantes laudes. isti gloriosi martires receperunt bona virtutum. et mala tormentorum. et pro istis laudes debitas christo decantauerunt Exemplum danielis tercio capitulo. De tribus pueris in fornacem babilonis proiectis qui in fornace laudabant nomen domini vt habetur Isaie quadragesimo secundo. Cantate domino canticum nouum laus eius ab extremis terre. Canticum nouum cantatur domino quando dominus a sanctis suis ex tollerentia aduersitatum et tormentorum laudatur. Unde de beato dionisio legitur quod cum ipse super lectum ferreum esset superpositis autem flammis nudus extensus cantabat dicens. Ignitum eloquium tuum domine vehementer et seruus tuus dilexit illud. Secundo laudauit beatus dionisius dominum in cognitione certa secretorum Ecclesiastici decimoquinto. Sapientie dei astabit laus et in ore fidelium abundabit. et dominator dabit eam illi. os fidele fuit os beati dionisij quod fuit plenum laude dei Isaie quadragesimooctauo Propter nomen meum longe faciam furorem meum. et laude mea infrenabo te ne intereas. dominus videtur vehementer irasci quando hominem in peccatum cadere permittit et lan-

gᵘores imittit sed istã irã vel istũ furorem ꝓpter nomẽ beati dionisii dñs lõge facit. Vñ ad inuocationem nominis suis in ecclesia sãcti dyonisij multis donatur remissio peccatoꝝ ⁊ curatio infirmitatũ ⁊ lãguorũ. vñ de istis gloriosis martirib⁹ in hoc loco expiũt infirmi quãtũ istos gloriosos martires deceat honorari. Ubi recipit cecitas visũ debilitas gressũ ⁊ obstructe aures recipere merẽtur auditũ dicit ergo ꝓpter nomẽ tuũ lõge faciã furorẽ meũ. Seqtur ⁊ laude mea infernabo te ne intereas qñ equũ infrenam⁹ ad voluntatem nostrã ipsũ freno circumducimus. Ita et nos sic laude dei debem⁹ infrenari vt ipsũ laudentes q̃ maior est omni laude ẜm ei⁹ voluntatẽ bene viuendo possemus deduci Ecclesiastici 43. Benedicẽtes dñm exaltate illum Tercio laudant isti gloriosi martires dñm i assecutione bona premioꝝ Isa. 12. Fortitudo mea et laus mea dñs ⁊ factus est mihi in salutẽ dñs fuit istis gloriosis martirib⁹ fortitudo in corde. laus in ore fuit etiã ipsis in salutẽ eternoꝝ bonoꝝ retributione. vñ qꝛ ipsi dñm laudauerũt ideo ab hominib⁹ laudari meruerũt Ecclesiastici. 44. Laudem⁹ viros gloriosos et parẽtes nostros in generatione sua. Vñ beato dyonisio specialiter ꝯuenit illud qd̃ dꝛ Isa. 60. Occupabit salus muros tuos ⁊ portas tuas laudatio ad lr̃am intra muros. Beati dyonisii sũt viri religiosi qui ibi sancte viuendo saluãtur et intra portas ecclesie ab ipsis dñs honorifice laudatur. ſꝫ ista laus que fit in ecclesia militãte est ex parte. sed illa que fit in ecclesia triumphante ꝑfecta est de qua Isaie. 51. Gaudiũ et leticia inuenietur in ea id est triũphãte ecclesia grãꝝ actio et vox laudis. Ad istã laudem perfectam nos perducat.

De sancto Luca euã. Sermo primus.

DIsciplina medici exaltabit caput illi⁹ Ecclesia. 38. In ꝟbo ꝓposito duo notãt a qb⁹ beat⁹ lucas euãgelista ꝯmẽdatur Prio em̃ ꝯmẽdat ab vtilitate meriti cũ dꝛ. disciplia medici Scd̃o ꝯmẽdat a sublimitate p̃miũ cũ dꝛ exaltabit caput illi⁹ quãtũ ad p̃mũ sciendũ est ꝙ vtilitas meriti in duob⁹ ꝯsistit Primo i honestate vite qd̃ notat cũ dꝛ disciplina Scd̃o i veritate doctrine qd̃ notat cũ dꝛ medici. Quãtũ ad p̃muꝫ ergo sciẽdũ ꝙ triplex ẽ diciplina Prio em̃ est disciplina ꝟboꝝ Scd̃o ẽ disciplina verberuꝫ. Tercio est disciplina bonoꝝ operꝝ primo est disciplina verboꝝ prouerbio. 12. Qui diligit disciplinã diligit sciẽtiã q̃ autem odit increpationes isipiẽs est. Sciendũ est ꝙ sicut seta itroducit filũ sic disciplina itroducit sciẽtie habitũ. Vñ hoies disciplinati solẽt eẽ discreti p̃s. Disciplina tua ip̃a me docebit. vñ ad illũ locũ debemus libenter accedere in quo possum⁹ disciplinã verboꝝ recipere Eccle. 51. Appropriate ad me indocti ⁊ cõgregate vos i domũ discipline sicut frigidi libẽter appropiquãt ad ignẽ sic idiscreti debẽt libẽter accedere ad locũ vbi possent audire diuinũ sermonẽ q̃ in se cõtinet quẽdã spũalẽ calorẽ. p̃s. Eloquia dñi eloquia casta argentũ igne examinatũ. Seqtur. Et cõgregate vos in domuꝫ discipline: domus discipline possũt dici ecclesie siue scole Laijci ꝯgregantur i ecclijs vt ibi audiãt doctrinã mãdatoꝝ diuinoꝝ Clerici cõgregantur i scolis vt ibi audiãt eruditionẽ lectionum ⁊ disputationũ istaꝫ doctrinã verboꝝ bene habuit beat⁹ lucas euãgelista qui multos doctria verboꝝ suorum erudiuit et ad fidẽ et dilectionẽ christi cõuertit. Scd̃o est disciplina verborum prouer. 3. Disciplinã dñi fili mi nec abijcias nec deficias cũ ab ea corriperis quẽ em̃ diligit dñs corripit. et quasi pater in filio cõplacet sibi disciplinã ergo dñi nõ debemus abijcere sed libenter recip̃e. sed multi scabiosi equo assimilãtur qui recalcitrat qñ strigilatur. sic multi sunt qui disciplinã verberum diuinorũ nõ libẽter recipiunt. sed inquatũ in ip̃is est abijciũt ⁊ repellũt. hiere. 5. Dñe attriuisti eos ⁊ renuerũt accipere doctrinã sequit̃. Nec deficias cũ ab ea corripies. sed multi similes sũt equo debili qui cũ calcaribus percutitur suo equitante seip̃m cadere ꝑmittit. libenter ergo disciplinã dñi recip̃e debemus qꝛ ꝑ ip̃am beatitudini appropinquam⁹ Job. 5. Btũs hõ qui corripitur a dño icrepatione ergo dñi ne reprobes qꝛ ip̃e vulnerat ⁊ medetur percutit et manus ei⁹ sanabũt disciplia ergo est initiuꝫ sanitatis ⁊ est inditiuꝫ diuine dilectionis siue charitatis: vñ hic sequitur quẽ em̃ diligit dñs corripit et quasi pater in filio cõplacet sibi sicut ego video ꝙ pater carnalis in signũ amoris corripit filiuꝫ propriũ qui negligit corripere alienũ. tercio est disciplia operũ bonoꝝ hebreoꝝ. 12. Ois disciplina in presenti quidẽ videtur nõ esse gaudij ſꝫ meroris postea autẽ fructum pacatissimuꝫ exercitatis ꝑ eã reddet iusticie Disciplina bonoꝝ operũ assimilatur nuci q̃ ⁊ si exterius habeat amaritudi-

ne corticis interiꝰ hꝫ dulcedinē nuclei sic ꝛ
nos quis bn̄ oꝑando in disciplina operuꝫ
laboremꝰ finaliter tamē dulcedinē fructꝰ
gloriosi consequimur bonoꝝ laboꝝ glorio
sus est fructꝰ et hoc est qꝺ hoc subdit ꝙ di
sciplia exercitatis ꝑ eā fructū pacatissimū
reddet iusticie disciplina bonoꝝ oꝑm red
dit fructū pacatū pacatiorē pecatissimum.
pacatū qꝛ excludit culpam pacatiorē qꝛ ad
ducit sā ctificationē pacatissimū qꝛ itrodu
cit in vitā eternā Romanoꝝ. 6. Nunc aut
liberati a peccato serui aūt facti deo habe
tis fructū vr̄m in sanctificationē ecce imis
sio sāctitatis vel iusticie finē vo vitā eter
nā Ecce introductio ad statū glorie Sic er
go ꝑimo potest ꝯmēdari Beatꝰ lucas euan
gelista ab honestate vite cū dicitur discipli
na Scd̄o ergo ꝯmēdatur a veritate doctri
ne cum dicitur medici ad litterā beatꝰ lu-
cas euāgelista fuit medicus ꝓcurādo sani
tatē animoꝝ vn̄ Collo. 4. Salutat vos lu-
cas medicus carissimꝰ. Et beatus hiero-
nimꝰ in ꝓlogo super euāgeliū beati luce.
Lucas syrꝰ natione ambiocemꝰ arta me-
dicꝰ discipulus apostoloꝝ paulū secutus
postea vo ad ꝯsūmationē eiꝰ seruiēs dn̄o
fuit sine crimine sed vt nos ad eruditionē
nr̄aꝫ conuertamꝰ de medicina spirituali lo
quamur Sciēdū est ergo ꝙ triplicē medici
nā recipimꝰ ꝑ quā curari possimꝰ ꝑrio per
discussionē aioꝝ Scd̄o per detestationeꝫ
peccatoꝝ. Tercio per remissionē iniuriaꝝ
nobis illataꝝ ꝑrio ergo recipimus medici
nam per discussionē aioꝝ nostroꝝ vel con
sciētiarū Eccle. 18. Ante languorē adhibe
medicinā et ante iudicium interroga teip
sum ꝛ inuenies incōspectu dei ꝓpiciatiōeꝫ
ante languorē humilia teipsū et in tēpore
īfirmitatis ostēde cōuersationē tuā. hō an
te lāguorē id est inueteratione peccatorū
adhibere debet medicinā id est euacuatio
nē peccatoꝝ. Nam solū medicina paratur
cum mala per longas conualuere moras si
cut dicit poeta. homo enī curatur in prin
cipio infirmitatis qui nō de facili curatur
post obdurationem languoꝝ. Ecclesiastici
10. Languor prolixior. grauat medicuꝫ.
breuem languorem precidit medicus pro-
pter hoc dicit. Ante languoreꝫ adhibe me
dicinam. Sequitur. Et ante iudiciuꝫ inter
roga teipsū. Nos ante iudicium futurum
et iusticie diuine debemus nos per discus
sionem conscientiaꝝ nostrarum diligēter
interrogare. ꝛ cognita culpa debemꝰ nos
metipsos ab ipsa mundare sicut aciebat ps̄
qui dicebat exercitabar et scopebam spiri
tum meum. exercitabar dicit per diligentē
discussionē consciētie mee meipm̄ interro
gando. scopebā spiritū meū meipsū ab im
munditia culpe per confessionem mundā
do quā interrogationē sequitur diuine mi
serationis ꝓpiciatio. vnde et hic sequitur
et inconspectu dei inuenies propiciationē
res non pōt inueniri nisi in loco vbi existit
propiciatio ergo apud dn̄m q̄ratur qꝛ ibi ē
et ibi inuenietur psalmista. apud dn̄m ꝓpi
ciatio est. hanc propiciationem petebat il
le publicanus qui oculos ad celum leuare
nō audebat. sed pectus suum percutiebat
dicēs. Deus ꝓpicius esto michi peccatori
nos ergo peccatum relinquentes nosmet-
ipsos ad dn̄m cōuertamus. ꝛ post ipsum ꝓ
piciationem inueniemus. Ecclesiasti. 17.
Q̄ magna mia dei et ꝓpiciatio illius ꝯuer
tentibus ad se. Scd̄o recipimus medicinā
per detestationē peccatoꝝ. Trenorum. 2.
Magna ē velut mare ꝯtritio tua. quis me-
debit tui. Mare dr̄ eo ꝙ sit amarū sic corda
nostra debent amaricari ꝑ ꝯfessionē et ꝯsi
derationē offense diuine. ꝛ ꝯtritionē ꝛ con
fessionē pctōꝝ Ruth. i. Uocate me mara id
est amarā. Qꝛ amaritudine valde repleuit
me seq̄tur hic q̄s medebit tui. Certe nullꝰ
pōt mederi vulneribꝰ peccatoꝝ p̄ter dn̄m
nostrū iesum xp̄m. hoc est enī medicus de
quo Marci. 3. Non necesse habent sani me
dico. sꝫ q̄ male hn̄t. ꝛ vt scias qꝛ ipse nō lo
q̄batur de medicina corporali sed spūali. sta
tim subiungit. nō enī veni vocare iustos sꝫ
peccatores. ipse enī est de quo dr̄. Eccle. 38
Ungentarius faciet pigmēta suauitatis. ꝛ
vnctiones conficiet sanitatis. ille vngenta
rius est christus qui confecit vnctiones sa
nitatis per restitutionē odoris bone fame
hec est medicina de qua. Ecclesiasti. 38. Al
tissimus creauit de terra medicinam. altis-
simus est deus pater. qui de terra id est de
virgine maria creauit medicinam ꝑ vnige
niti filij sui incarnationē Ysaie. 53. Ip̄e vul
neratus est ꝓpter iniquitates nostras. at-
tritus est ꝓpter scelera nostra. disciplina
pacis nr̄e sup eū. ꝛ liuore eiꝰ sanati sumus
Btūs lucas spūalis medicꝰ fuit ꝑ sp̄dicatio
nē suā mltos a languoribꝰ pctōꝝ curauit.
Un̄ potuit dicere illd̄ Ysaie. 61. Spūs dn̄i
sup me eo ꝙ vnxerit me dn̄s ad annunciā
dū māsuetis misit me vt mederer ꝯtritꝰ cor
de. Tercio recipimꝰ disciplinā seu medici
nā ꝑ remissionē iniuriaꝝ nobis illataꝝ Ec
28 hō hoi seruat irā ꝛ a deo q̄rit medicinā
siue medelam. in hominem similē sibi nō

habet miam et de peccatis suis deprecabitur. quasi diceret. oportet hominē iniurias sibi illatas remittere si vult a dño peccatorū veniā impetrare Ecclesiastici. 28. Relinque primo tuo nocēti te et tūc deprecanti tibi pctā soluent. post remissionez iniuriarū audacter potest peccator rogare vt sibi detur remissio peccatorꝝ tunc eñi audacter pōt dicere illud oratiōis dñice dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribꝰ nostris. tunc etiam oratio habet efficaciā virtutis ad ipetrationē diuine miseratiōis vnde et hic dr. tunc depcanti tibi pctā soluentur. qñ eñi homo sentit infirmitatē peccati tunc dz insistere orōni vt curetur a languore peccati Eccle. 38. Fili in tua infirmitate nō despicias teipm. sed ora dñm et ipse curabit te Jsaie. 38. dicit. Ezechia rege ꝙ ipse in ifirmitate sua seipz non desperit sed dñm rogauit et dñs rogatus ipm curauit. ⁊ vite ipsius annos quindecim addidit. Sic ergo primo cōmendat beatus Lucas euāgelista ab vtilitate meriti. cum dicitur. disciplina medici. Scdo cōmēdatur a sublimitate premij. cū dicitur exaltabit caput illius. Sciendum est ergo ꝙ beatus lucas fuit tripliciter exaltatus. Primo per celsitudinē cognitionis. Secundo per latitudinem caritatis vel dilectionis. Tercio per assecutionem eterne retributionis. Primo ergo fuit exaltatus beatus lucas euangelista ꝑ celsitudinem. cognitionis euāgelista ꝑ celsitudinem cognitionis Ecclesiastici vndecimo. Sapientia humilitati exaltabit caput illius et in medio magnatorum consedere eū faciet. Bene coniungit sapiens ista duo sapientiam et humilitatē. vt per sapientiam reddatur clarus. per humilitatem reddat deo carus humilitas eñi reddit deo cara et accepta. Luce secūdo. Respexisti humilitatē ancille. Ecce eniz ex hoc beatam medicēt omnes gñationes. Jste beatꝰ lucas euangelista preclarus fuit. et ideo dominus caput eiꝰ exaltauit. et ideo in medio magnatorꝝ id ē apostolorꝝ et euāgelistarum consedere eū fecit. Ecclesia. 15. Exaltabit illuz apud proximos suos et in medio ecclesie apperiet os eiꝰ. et implebit illum spiritu sapientie et intellectus stola glorie vestiet eū. Scdo fuit exaltatus beatus lucas euangelista latitudite charitatis vel dilectiōis. Prouerbiorꝝ. 21. Exaltatio oculorꝝ ē dilatatio cordis. Ex duobꝰ ɔmendat sapiens beatū lucam euangelistā. scz ex radio cognitionis. cū dicit exaltatio oculorꝝ. Scdo ex incēdio dilectionis. cuz dicit. dilatatio cordis. Primū spectat ad splēdorē veritatis. cū dicit. exaltatio oculorꝝ. Scōm spectat ad latitudinē et ardorē charitatis. cū dr. dilatatio cordis. 2. Chorinteorꝝ. 6. os nostrū ptz ad vos chorinthij. cor nostrū dilatatū est. ista duo scz ardor charitatis ⁊ splendor veritatis in euangelistis commendantur quādo sanctis aialibꝰ assimilantur. Ezechielis. i. Similitudo qttuor aialiū ⁊ aspectꝰ eorum quasi carbonū ignis ardentiū. hoc spectat ad ardorē charitatis. Sequitur. Et quasi aspectus lampadū. hoc ꝑtinet ad splendorem veritatis. splēdor ignis. hoc potest spectare ad claritatem cognitionis secretorū. Et de igne fulgur egrediēs hoc potest spectare ad virtutē operationis miraculorꝝ. Tercio fuit exaltatus beatus lucas euangelista per assecutionez eterne retributionis Ecclesiastici. 33. Ex ipis benedixit ⁊ exaltauit ⁊ ex his sāctificauit ⁊ ad se applicauit. Dñs beatū lucā euangelistā exaltauit per eminētiā doctrine. sanctificauit. ꝑ puritatē vite. Sed ad se applicauit per retributionē felicitatꝫ eterne Prouerbiorꝝ. 4. Arripe illā ⁊ exaltabit te glorificaberis ab ea cū eā fueris amplexatus. arripe dicit qꝛ ꝑ quādā violentiā diligentis studij acquiritur. acquirens enim eā per ipsam scientia et virtutibꝰ exaltatur. Sed notabile est qd dicit. Cū eā fueris amplexatꝰ. Nos eñi amplexando duobꝰ brachijs cuz sapiētia debemus luctari. Primo brachio diligētis inuestigatiōis. Scdo cū brachio iugis memorie et recordationis. et sic cum eā fueris amplexatus ab ea glorificaberis. Unde de beato luca euāgelista sancto sapiēte pt dici illd. ps. Gloria ⁊ honore coronauit eū dñs Ad quā gloriā nos ꝑducat

¶ De sancto Luca euā. Sermo secūdus.

In mēoria eterna erit iustꝰ. ps. cxi. Jn verbo proposito notantur duo a quibus euangelista ɔmēdatur. Primo a bonitate ɔsciētie cū dicitur. iustus. Secundo a celebritate fame. cum dicitur. in memoria eterna erit. ¶ Sciēdū est ergo quātuz ad primum ꝙ ad hoc ꝙ homo sit iustus quatuor reqrunt. Primuz est intētio recta. Secūdū est constātia firma. Terciū est cognitio certa. Quartū qd ad ista tria ɔsequitur est retributio. Primū ergo dicitur beatus lucas iustus ex intētione recta. Prouerbiorū vicesimo. Justus q ambulat in simplicitate sua beatos post se filios relinqt. parū

prodest bona opera vbi deest intentionis
rectitudo. recta eñ itẽtio bonas operatio
nes decorat. illumiat. ⁊ colorat Mathei. 6.
si oculus tuꝰ fuerit simplex totũ corpꝰ luci
dũ erit. oculꝰ ibi intẽtio dr̃. q̃ simplex esse
ex rectitudine appellat̃. Intentio eñ non
solũ fctã bona illumiat et colorat imo etiã
sibi vitã beatã vẽdicat vt habet̃ Prouer-
bioꝝ. 2. Qui recti sũt habitabũt in terra. ⁊
simplices ꝑmanebũt in ea. ibi terra appel
latur terra ꝓmissionis vel glĩe celestis q̃
debet̃ rectitudini intẽtionis. beatꝰ lucas
fuit ille iustꝰ q̃ ambulauit in simplicitate
recte intẽtiõis ⁊ ideo beatos post se filios
dereliqt fideles si quos ꝑ p̃dicationẽ suaꝫ
xp̃o dño. gñauit. i. Chorinteoꝝ. 4. In xp̃o
iesu per euãgeliũ ego vos genui. Scd̃o dr̃
beatus lucas iustꝰ ex ꝯstãtia firma. Pro-
uerbioꝝ. 28. Fugiet ipius nemine ꝑsequẽ
te. iustus aũt quasi leo ꝯfidens absq3 terro
re erit. Sciendũ est ꝙ neqtia cõsciẽtie cau
sa est timiditatis. bonitas aũt cõscientie
causa securitatis. Primo dico neqtia ꝯsciẽ
tie causa est timiditatis. Sapiẽtie. 17. Cũ
sit timida nequitia data est in oim cõdem-
nationẽ. semꝑ eñ presumit seua pertur-
bata conscientia. Sciendum est ꝙ neqtia
conscientie quasi duobus calcaribus solet
aiam miserã vrgere. primũ est magnitudo
culpe. scd̃m est desperatio venie conseque
de. De istis duobus calcaribus vrgebatur
cayn qui post iterfectionẽ abel fratris sui
dicebat domino Genes. 4. Ecce eiicis me
hodie a facie tua et ego ero vagus et ꝓfu
gus super terrã. ⁊ ponit rationẽ ibidẽ. cuꝫ
dicit. Maior est iniqtas mea q̃3 vt veniã me
rear. Certe mentiebat̃ caym. Quia maior
est diuina benignitas q̃3 sit quantumcũq3
magna iniqtas. Sic ergo fugit impius ne-
mine persequente. et sequitur. iustus aũt
quasi leo confidens absq3 terrore erit. duo
sunt que hoiem reddunt secuꝝ et terroreꝫ
vel formidinem repellunt scꝫ detestatio ini
quitatis et amor vel emulatio bonitatis.
Prouerbioꝝ. 3. Leo fortissimus bestiaruꝫ
ad nullius pauebit occursum. Ad nullius
occursum pauet qui in se detestationeꝫ ini
quitatis: et emulationem bonitatis habet
nullꝰ eñ illũ põt terrere q̃ certus est ꝙ ni
chil p̃t ei nocere primo petri. 3. si boni emu
latores fueritis q̃s est q̃ noceat vobis. q̃si
diceret nullꝰ poterit nocere vobis. Tercio
dictꝰ est beatꝰ lucas euãgelista iustꝰ ex co
gnitione certa Isaie. 53. In scientia sua iu
stificabit ipse iustus seruos meos multos.
beatus lucas euãgelista iustꝰ seruus domi

ni in scientia sua multos iustificauit quos
ad dñm ꝑ p̃dicationẽ euangelii sui conuer
tit ipsũ enim dñs quasi phison scientia ad
impleuit Ecclesiastici. 39. si dñs magnꝰ vol
uerit spiritu intelligẽtie inplebit illũ ⁊ ip
se tãq3 imbres mittet eloquia sapiẽtie sue
sicut imber de celo descẽdẽs valet ad mul
tiplicationẽ segetum sic imber predicatio
nis beati luce euãgeliste valuit ad multi-
plicationẽ fideliũ ad dñꝫ ꝯuersoꝝ. Prouer.
14. Ubi nõ sũt boues p̃sepe vacuũ est vbi
apparẽt plurime segetes ibi manifesta est
fortitudo bouis Ezechielis. p̃io. Ubi in fi
gura quattuor aialiũ designat̃ status quat
tuor euãgelistarũ dicit̃ ꝙ similitudo vultꝰ
eoꝝ facies hominis ⁊ facies hois ⁊ facies
leonis et facies bouis et facies aquile vo
lãtis. Beatꝰ matheus euãgelista designa
tur ꝑ faciẽ hois q2 specialiter ait de christi
hũanitate et incarnatiõe. Beatꝰ marcꝰ si-
gnatur ꝑ faciẽ leonis. Quia specialiter ait
de christi resurrectione Beatꝰ lucas desi-
gnatur per faciẽ bouis quia specialiter ait
de christi imolatione siue passione bos eñ
animal imolaticũ dicit̃ eẽ. Beatꝰ iohãnes
euangelista designatur per faciem aquile
q2 specialiter ait d̃ christi diuinitate quar
tum qd̃ ad ista tria consequit̃ ẽ retributio
Sapie. 3. Fulgebũt iusti et tãq3 scintille ĩ
arũdineto discurrẽt In ista autoritate no
tantur quattuor dotes corporis que erunt
in retributione beatoꝝ. Prima dos est im
passibilitas. que notatur cũ dr̃ iusti iusticia
eñ perpetua est et immortalis Sapientie
i. Secũdo notatur dos claritatis cũ dicitur
fulgebunt. Tercio notatur dos subtilita-
tis cũ dicitur scintille scintilla eñ est subti
lis. Quarto notatur dos agilitatis cuꝫ di
citur discurrẽt Istas quattuor dotes ponit
Beatus Augustinꝰ in libro de ciuitate dei
cũ dicit Aberit a corporibꝰ electoꝝ ois in
firmitas omis tarditas omnis corruptio.
Omnis infirmitas dicit propter doteꝫ sub
tilitatis. omnis deformitas propter doteꝫ
claritatis ois tarditas ꝓpter dotẽ agilita
tis oisq3 corruptio ꝓpter dotẽ impassibili
tatꝫ et iustũ erit ꝙ dñs beatũ lucã euãgeli
stã a claritate debeat decorare quẽ ad sta-
tũ euãgeliste ⁊ doctoris voluit sublimare
Danielis. 12. Qui docti fuerit fulgebũt si
cut splendor firmamẽti ⁊ q̃ ad iusticiã eru-
diũt multos quasi stelle iperpetuas eterni
tates. Sic ergo p̃io cõmẽdatur beatus lucas
euãgelista a bonitate cõscientie cũ dicitur
iustus. Secundo cõmendatur a celebrita-
te fame. cum dicitur erit in memoria eter-

na. Scieudnm est ergo ꝙ celebritas fame
beati luce euangeliste in quattuor cõsistit.
Primo in puritate affectionis. Secundo
in claritate cognitiõis. Tercio in honesta
te conuersationis. Quarto in iocunditate
eterne retributionis. Primo ergo cõsistit
celebritate fame beati luce euangeliste in
puritate affectionis. Sapie. 4. O ꝙ pulchra
casta gñatio cũ charitate. imortalis enim est
mẽoria illi⁹ qm̃ apud deũ nota est et apud
hoies. bñ ꝯiũgit sapiẽs ista duo charitatẽ
et castitatẽ. quia castitas reddit hoiem pu
rũ charitas vero reddit hoiem feruidum.
Castitas vero sine charitate est vana. cha
ritas sine castitate non est perfecta. sed fe
re nulla. vnde prudentes virgines cõmen
dãtur Math. 25. Qꝛ cũ lampadibus puri
tatis sumpserunt oleũ charitatis. huius
pulchre gñationis est mẽoria imortalis. et
huius rõnẽ subdit. qm̃ nota est apud deuz
et hoies: qꝛ nota est apud deum nulla obli
uione deletur: qꝛ nota est apud hoies de
gñatione in gñationẽ ad posteros p̱ predi
cationẽ transmittitur. Unde bene cõuenit
beato luce euangeliste illud qd̃ dr̃ Isa. 26
Memoriale tuũ in desiderio aie. Scd̃o cõsi
stit celebritas fame beati luce euangeliste
in claritate cognitionis. Sapi. 8. Preterea
habeo per hanc imortalitatẽ et memoriaz
eternã his qui post me futuri sũt relinquã
vbi loquitur de sapientia. q̃ perpetua est ꝛ
immortalis. Et ideo possessores suos im-
mortales facit. Sapiẽ. 8. Cõmemorans in
corde meo. qm̃ imortalis est sapiẽtia in co
gitatione ꝛ in amicia illius delectatio bo-
na. circuibã q̃rens vt illã michi assumerẽ.
beatus lucas euangelista istam sapientiã
sibi assumpsit. ꝛ ideo p̃dicatione et doctri-
na sua totã ecclesiã xp̃i illustrauit. et preci
pue euangelio suo qd̃ scripsit. Nã beatus
Iheronimus in p̱logo euangelij sup lucã
ita dicit. qui cum iam esset vt scripta euan
gelia per matheum quidam in iudea. per
marcum aũt in italia sancto instigante spi
ritu. sed achaye partibus scripsit euange-
lium hoc. ꝛ ideo sibi acquisiuit memoriam
eternã et nomẽ perpetuum vnde sibi con
uenit illud qd̃ dr̃ Marci. 14. c. Ubicunqꝫ p̃
dicatũ fuerit euangeliũ istud in vniuerso
mundo et quid fecit hic narrabitur in me-
moriã eius. Tercio consistit celebritas fa
me beati luce euã. in honestate conuersa-
tionis Eccle. 49. Memoria iosie in compo
sitione odoris facta est. Josias interpreta
tur in quo est incensum vel incendium dei
propter qd̃ ꝛ beat⁹ euãgelista p̱ iosiã ꝯpe
tenter põt designari. ipm̃ cũ spiritussanct⁹
repleuit. Unde beatus Iheronimus in p̱
logo euangelij super lucã ita dicit. Nã ne
qꝫ vxorem nũq̃ habẽs. Neqꝫ filios septua
ginta quattuor ãnoꝝ obijt in bithinia ple
nus spũsancto memoria istius iosie facta ẽ
in cõpositiõe odoris ꝑpter honestatẽ ꝯuer
satiõis Genes. 27. Ecce odor filij mei sicut
odor agri pleni cui bñdixit dñs. Dñs bñ-
dixit sanctis suis in vita ista bñdictiõe gra
tie. sed in futura bñdixit bñdictione glie.
Math. 25. Uenite benedicti p̃ris mei p̱ci-
pite regnũ qd̃ vobis paratum est ab origi
ne mundi. Quarto consistit celebritas bea
ti luce euangeliste in iocũditate eterne re
tributionis. ꝑpter quã dꝫ a nobis venera
ri Prouerbioꝝ. 10. Memoria iusti cũ laudi
bus. iste gloriosus euangelista cum laudi-
bus dꝫ haberi in memoria. tum ꝑpter bo
nitatẽ vite. tum ꝑpter vtilitatẽ eruditio-
nis tũ ꝑpter ostensionem conuersationis
honeste. tum propter assecutionem eterne
glorie. Ecclesiastici. 44. Laudem⁹ viros
gloriosos ꝛ parentes nostros in gñatione
sua. multã gloriã fecit dñs magnificentia
sua a seculo. dominus gloriosos parentes
nostros quia fideles amicos iuenit magni
ficauit. ꝛ qꝛ super pauca fideles fuerunt su
pra multa ipsos cõstituit Math. 25. Serue
bone ꝛ fidelis qꝛ super pauca fuisti fidelis
supra multa te constituam intra in gaudiũ
dñi tui. Ad qd̃ gaudiũ nos perducat.

De Symone et Juda. Sermo primus.

Qui arguunt eũ. laudabuntur. et super eos ve-
niet benedictio. Prouer. 24.
Ad litteraz. isti gloriosi apostoli demones
mentientes de euentu cuiusdã futuri belli
arguẽdo reprehenderũt. ꝛ ipsos de simula
cris suis expulerunt. De mandato etiam
istoꝝ apostoloruz isti demones simulachrũ
solis subuerterunt et totaliter cõtriuerũt
ipsi etiam hoies infideles de infidelitate
sua reprehenderunt. et per predicationem
suã ipsos ad dñm conuerterũt. et ideo lau
dari et benedici meruerũt ꝑpter qd̃ bene
cõuenit eis verbũ ꝓpositũ qui arguũt. ꝛc.
Sed sciendũ est ꝙ s̃m ꝙ verbũ ꝓpositũ va
let ad informationẽ nostrã. In verbo ꝓpo
sito tria notãtur a quibus isti gloriosi apo
stoli cõmẽdantur. Primũ est recõpensatio
peccatoris que notatur cum dicitur. qui ar
guunt. Scd̃m ẽ cõmendatio popularis. q̃
notatur cum dr̃ laudabuntur. Tercium est

benedictio creatoris, que notatur]. cum dr et super eos veniet bñdictio. Quãtũ ad primum ergo sciendũ q arguitio sctõrũ valet ad tria. Primo em valet ad cõdẽnationem erroꝝ. Scdo ad detestationẽ peccatorum Tercio ad iperationẽ dilectionis amicorũ Primo ergo arguitio valet ad ꝯdẽnationẽ errorũ. Job. 6. Quare detraxistis sermonibus veritatis cũ de vobis nullus sit q me arguere possit verbis veritatis detrahere nichil aliud est q̃ falsa pro veris mẽdaciter approbare. Et sequit. cũ ex vobis null9 sit qui possit arguere me. Error nõ est redargutiu9 veritatis. Sz Ṽitas est redargutiua erroris Ephe. 5. Nolite cõicare operib9 infructuosis tenebraꝝ magis aũt redarguite. oia em q̃ arguũtur a lumine manifestãtur. lumen est veritas. sicut em ad cecitatẽ nõ ꝑtinet iudiciũ visionis sed ad visionem pertinet iudiciũ cecitatis. sic ad errorẽ non pertinet iudiciũ veritatis: sed ad veritatẽ iudiciũ erroris Quõ aũt p̃dicator veritatũ debeat errores euellere ꝛ veritatẽ astruere ostẽdit aplus Thimo. 1. Amplectentem eũ q scdm doctrinã est fidelẽ sermonem vt potens sit exhortari i doctria sana. et eos qui cõtradicũt arguere scdm. Philosophũ primo elencoꝝ duo sũt opa sapiẽtis q̃ apostolus hic ꝑponit. Primũ opus est q sapiens nõ debet mẽtiri de quib9 nouit: ꝛ quãtum ad hoc dicit vt potẽs sit exhortari in doctrina sana Scdm est opus mentientem manifestare posse: et quantũ ad hoc dicit ꝛ eos q cõtradicũt arguere Job. 20. Doctrinam qua me arguis audiam et spiritus intelligentie mee respondebit mihi. quando mens humana est illustrata spu intelligentie tunc potest ad omnẽ questionẽ de quolibet respondere. Secũdo valet argutio sanctoꝝ ad detestationem peccatoꝝ. Job. 19. Uos contra me erigimini ꝛ arguitis me opprobrijs: boni cõtra malos erigũtur. qñ ad detestationẽ peccatorũ eoꝝ zelo iusticie adiungunt. huius exẽpluz dñs iesus christ9 in seipso nobis ostendit Mathei. 21. vbi dicitur. Intrauit ille in tẽpluz dei ꝛ eijciebat oẽs vendentes de tẽplo et mensas nummulariorum. et cathedras vendentium colũbas euertit dicit eis. Scriptum est em domus mea domus orationis. vos aũt fecistis eaz speluncam latronum. Totũ istud fecit accinctus zelo iusticie ad detestationem peccatoꝝ. ps. zelus domus tue comedit me sic ergo dicit. vos contra me erigimini Sequitur et arguitis me opprobrijs Tũc homo opprobrijs suis arguitur quando ad correctionem suã peccata ipsius ad memoriã reuocantur et reprehẽdunt sed multi sunt qui ꝑ correctionẽ bonoꝝ nõ emendantur sed deteriorãtur. et sic ignomie et opprobrio habent Prouer. 18. Impius cũ i ꝓfundum venerit pctõꝝ contemnit sed seqtur eũ ignomia dicit ꝯfusionis quãtũ ad seipz opprobriũ dicit quãtũ ad ꝓximuz. Quidam em sunt ita facinerosi peccatores q eos vituperãt etiã populares. dicit ergo q eos sequit ignominia cõfusionis quãtũ ad seipsos hieremie. 31. Postq̃ cõuertisti me egi penitentiã et postq̃ ostẽdisti michi ꝑcussi femur meũ. confusus sum ꝛ erubui seqtur etiam peccatores facinerosos opprobriuz vituperij quãtũ ad alios ps. Fact9 suz opprobriũ vicinis meis valde. Tercio valet argutio sctõꝝ ad ipetrationẽ dilectionis proximoꝝ Prouer. xxv. In auris aurea et margarita fulgẽs. qui arguit sapientẽ ꝛ aurez obedientẽ liceat sic exponere breuiter sicut in auris aurea valet ad ornamentum aureũ et sicut margarita valet ad delectamentũ oculoꝝ sic arguitio sapiẽtis ꝛ auris obedientis valet ad ipetrationẽ dilectiõis proximoꝝ. i qua dilectiõe ꝯsistit dulcis delectatio aioꝝ Prouer. 9. Argue sapientem et diliget te. ꝑpter hoc aplus hortabatur Thimoteũ ad arguenduz. 2. thimo. 4. Argue obsecra. i oi patientia ꝛ doctrina. Argue pigros: obsecra voluntarios ꝛ benignos icrepa duros vel obstinatos i oi patientia scz quãtum ad seipm. et doctria quãtum ad ꝓximũ. Hõ bonus non debet soluz alioꝝ argutionẽ benigne recipere imo debet seipm coram dño arguere. Job decimotercio. Uias meas in conspectu eius arguã. et ipse erit saluator meus. Hõ debet sibimetipsi facere argumentum ad redarguendum seipsum. argumentum consistit ex maiore minore et conclusione. fac ergo tibi argumentum demonstratiuum in quo maior sit dolor de offensione dei. Minor sit pudor de turpitudine peccati. ꝯclusio sit satisfactionis feruor ad honorem dei Romanoꝝ. 6. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immũditie et iniquitati ad iniquitatem. ita nunc exhibete membra vestra seruire iusticie in sanctificationẽ. Sic ergo primo notatur reprehensio peccatoris in istis apostolis. cum dicitur. qui arguunt. Secundo notatur cõmendatio popularis cum dicitur laudabuntur. Sciendum ergo q tria fuerũt laudabilia in istis sanctis apostolis. Primum fuit directio gressuum suoꝝ. Secundum fuit conuersio

populorum Terciū fuit plenitudo spiritua
lium bonoꝝ. Primū ergo fuit laudabilis
istis sctis directio gressuū suoꝝ Prouerbi
orū. 28. Qui cōfidit in corde suo stultus est
qui autē graditur sapienter ipse laudabit.
fatuus est ꝙ cōfidit in corde suo. homo em̄
non habet sufficientiā sed solū defectum a
seipso sufficientiā habet a solo deo. 2. Cho
rinte. 3. Non ꝙ sufficientes simus cogita-
re aliqͩ a nobis quasi ex nobis. sed suffi-
ciētia ip̄a ex deo est ꝓpter qͦ dicit ꝙ con
fidit in corde suo stultus est. Sequit. qui
autē graditur sapienter ipse laudabit. Il-
le sapienter gradit qui lucerna verbi diui
ni dirigit. ps. Lucerna pedibꝰ meis verbū
tuū. et lumē semitis meis Mich. 2. Nonne
verba mea bona sunt cū eo qui recte gradi
tur. Certe verba dn̄i cū eo qui recte gradi
tur bona dicuntur qꝛ et in se bona sunt et
ad summu bonū ꝑducūt. Scdm qͦ fuit lau
dabile in istis sctis apostolis fuit cōuersio
populoꝝ Eccle. 9. In manu artificū opera
laudabūtur. Isti gloriosi apostoli optimi
artifices fuerunt. quia scoriam in purum
argentum et aurum mutauerunt qn̄ popu
los de tenebris infidelitatis ad lumen fi-
dei vocauerunt Epheseos. 5. Eratis aliqn̄
tenebre nunc aūt lux in domino. ipsi erāt
tenebre pro tempore infidelitatis, sed fue
runt lux in domino tempore fidei et catho
lice religionis. Isti ergo gloriosi apostoli
electi artifices fuerunt. quia sicut in legen
da eoꝝ dicitur. ipsi plus ꝙ̄ sexaginta milia
hominum exceptis paruulis et mulieribꝰ
ad fidem christi conuerterunt. et ideo nos
claros et laudabiles coram deo et homini
bus reddiderunt. vnde dicere potuerunt
ad lumen fidei de tenebris infidelitatis
conuersi id. 2. Chorinthcorum. 4. Deus
qui dixit lumen de tenebris splendescere
ipse illuxit in cordibus nostris ad illumi-
nationem scientie claritatis dei. Tercium
quod fuit laudabile in istis gloriosis apo
stolis fuit plenitudo spiritualium bonorū
Philipen. 1. Repleti fructu iusticie. reple-
bantur fructu iusticie quādo interius gra
tia et virtutibꝰ pleni. exteriꝰ in bonis ope
ribus exercebantur ꝛ hoc in laudem ꝛ glo
riam dei conuertebatur. deus em̄ in san-
ctis suis laudatur et glorificatur. ps. Lau
date dominum in sanctis eius primo Pe-
tri primo. Probatio vestre fidei multo pre
ciosior sit auro quod per ignem probatur
inueniatur in laudem et gloriam et hono
rem in reuelatione iesu christi. Tercio no
tatur benedictio creatoris: cum dicitur et
super eos veniet benedictio. Sciendū est
ergo ꝙ isti gloriosi apostoli fuerunt a dn̄o
triplici benedictione benedicti. Primo er
go fuerunt benedicti benedictione sapien
tie per eruditionē indoctoꝝ. Secūdo bene
dictione gratie per deuotionē animorum.
Tercio benedictione glorie ꝑ assecutionē
eternoꝝ bonoꝝ. Primo ergo fuerūt bene-
dictione sapiētie ad eruditionē indoctoꝝ.
Prouerbioꝝ vndecimo. Qui abscondit fru
menta maledicetur in populis. benedictio
autē super caput vendentiū. frumentū ver
bi diuini non debet per silentiū abscondi
sed per p̄dicationē propalari. Unde repro
batus est ille seruus piger qui abscōdit pe
cuniā dn̄i sui Mathei vicesimoquinto. Se
quitur Benedictio autē super caput vendē
tium id est fideliter exponentiū. bonus cō
tractus et vtilis est in predicatione verbi
diuini. quia frequenter quando a sanctis
apostolis verbū dn̄i ꝓponebat auditores
spiritusancto replebantur et dn̄o lucraban
tur Actuū decimo. Adhuc loquente petro
verba hec cecidit spūssanctus super eos ꝙ
audiebant verbum. tales egregij merca-
tores diuini verbi fuerūt isti gloriosi apo-
stoli. et ideo meruerunt tã a deo ꝙ̄ ab ho
minibus benedici Ecclesia. 31. Splendidū
in panibus benedicent labia multorū. Isti
gloriosi apostoli in fractione ꝛ predicatiōe
verbi diuini fuerūt splendidi. quia fuerūt
a domino pane vite et intellectus cibati ꝛ
aqua sapientie salutaris potati. ꝛ ideo ab
omnibus fidelibus meruerunt benedici.
Ecclesiastici vicesimo quarto. De quolibet
istoꝝ duoꝝ in multitudine electorum ha-
bebit laudem et inter benedictos benedi
cetur. Secundo fuerunt isti gloriosi apo-
stoli benedicti benedictione gratie per de
uotionem animorū Genesis. 27. In rore
celi desuper et in pinguedine terre erit be
nedictio tua. per rorem qui desuper descē
dit signatur infusio gratie desursum descē
dens: a patre luminum descendētis primo
Chorinteoꝝ decimoquinto. Gratia dei sū
id quod sum: ꝛ gratia eius in me vacua nō
fuit. istum rorem petebat Isaias sibi desu
per infundi Isaie quadragesimo quinto.
Rorate ergo celi desuper. in rore ergo ce-
li dicitur esse benedictio nostra quantum
ad infusionem gratie. sed in piguedine ter
re dicitur esse quantum ad deuotionē con
scientie. quod petebat dauid propheta cū
dicebat: sicut adipe et pinguedine replea-
tur anima mea. Isti ergo gloriosi apostoli
quia benedixerunt et bene verbū dei pre-

dicauerunt impinguari pinguedine deuo
tionis meruerunt Prouerbioꝝ. vndecimo
Anima q̄ benedixit impinguabitur. et qui
inebriat ipse quoqꝫ inebriabitur. isti apo-
stoli in tantos populos ad potum verbi di
uini ipsos quasi inebriauerunt quia reli-
quentes ritus paternos et ritus suos ido
la reliquerunt ⁊ se et sua pro christo quasi
boni ebrij contennentes se totaliter domi
no dedicauerūt. ista vocatio ad potū istum
proponitur Canticoꝝ. 5. Ubi dicitur. Co-
medite amici bibite et inebriamini charis
simi. ⁊ q2 alios laudabili ebrietate inebria
uerunt. ideo a domino ab vbertate dom⁹
sue inebriati meruerūt psalmista. Inebria
buntur ab vbertate dom⁹ tue et torrente
voluptatis potabis eos Tercio isti glorio
si apostoli fuerūt benedicti benedictione
glorie per assecutionem eternoꝝ bonoruꝫ
primo. Petri tercio. In hoc vocati estis vt
benedictionem in hereditate possideatis
benedictio glorie celestis non est mobilis
nec momētanea. sed est hereditaria ⁊ eter
na. ad hāc hereditatem fuerūt a christo vo
cati isti gloriosi apostoli i articulo sue pas
sionis. vnde in legenda eorū dicitur. Tūc
ait iudas ad symoneꝫ frater symon. video
dominū meū iesum christuꝫ vocantem nos
Symon respondit. Similiter diu est ꝙ in
tueor aspectum domini mei Iesu christi in
medio angeloruꝫ. dominus iesus christus
ante passionem ostendebat se aspectibus
istoꝝ gloriosorum apostolorum vt patien-
tes et gaudētes in passione certi essent ꝙ
post passionem vocaret ipsos ad regnuꝫ ce
lorum. sicut Mathei. 25. dicitur. Uenite be
nedicti patris mei ꝑcipite regnum qđ vo-
bis paratum est ab origine mundi. Ad qđ
regnum dominus nos perducat.

De simone et Juda. Sermo secundus.

Ecce symon fra-
ter vester. Scio ꝙ vir iste con
siliꝫ ē ipsuꝫ audite semper. Et
ipse erit vobis pater et iudas machabeus
fortis viribus a iuuentute sua ipse sit no-
bis princeps militie primo. Machabeoꝝ.
2. ca. In verbo ꝓposito isti gloriosi aposto
li cōmendantur a duobus. Primo ab emi-
nentia cognitionis. cum dicitur. simon fra
ter vester scio ꝙ vir consiliꝫ est. ⁊c. Secūdo
a ꝯstātia virtutis cū dr̄. ⁊ iudas machabe⁹
fortis virib⁹. ⁊c. Quāuis em̄ isti apostoli
specialiter loquēdo singuli digni sint lau-
dib⁹ singulis. ꝯmuniter tñ loquēdo opor-
tet in vtrisqꝫ vtrarūqꝫ laudib⁹ vti. ⁊ sciēdū
ꝙ quātū ad primū cōmedantur a quattuor
Primo ab humilitate deuote subiectionis
cū dr̄. simon. Secūdo ab affectione frater-
ne dilectionis cū dr̄. frater vester. Tercio
a sollicitudine discrete eruditionis cū dr̄.
scio q2 vir cōsiliꝫ est ipsum audite semper.
Quarto ab autoritate debite correptiōis
cū dr̄. et ipse erit vobis pater. Quantū ad
primū ergo cōmēdant̄ ab hūilitate deuote
subiectionis. cum dr̄. Simon. Simon inter
pretatur obediens. et isti obedientes fue
rūt. Actuū. 5. Obedire ē magis deo q̄ȝ ho
minibus et nos illi specialiter obedire de
bemus a quo totum habem⁹ ⁊ ꝙ sumus et
qđ possidemus. vnde sicut spreto mandato
curatoris obediendum est mandato impe
ratoris. sic spreto mādato cuiuscūqꝫ tyran
ni vel principis obediendū est mandato le
gislatoris. i. Mach. 2. Et si oēs gentes obe
diūt regi anthiocho vt discedat vnus q̄sqꝫ
a seruitute patrum suoꝝ. Ego et filij mei ⁊
fratres mei obediemus legi patruꝫ nostro
rū. Sciēdū est ergo ꝙ sunt tria genera ho
minū male obediētiū. Quidā em̄ obediūt
male potestati. sicut hi q̄ obediebant regi
antiocho timore recedētes a seruitute le-
gis. qđ nō debet fieri. i. Mach. 2. A verbis
viri peccatoris ne timueritis quia gloria
eius stercus ⁊ vermis est. hodie extollitur
et cras nō inuenietur. q2 conuersus est in
terrā suā. vnde sicut ad locum vnde exeūt
flumina illuc reuertuntur. sic homo ad ter
ram vnde formatur. vñ ꝯtra ꝑcepta dñi nō
dꝫ malus hō finaliter timere. sic nec terra
que pedib⁹ calcatur. Scđi sunt q̄ obediūt
auaricie vel tenacitati. Eccle. 10. pecunie
obediūt oīa magna abbatissa est dña pecu
nia q̄ sub obedientia sua tenet oīa. et tamē
valde fatuū est ei obedire. q2 nō relinquit
aliquid solidū de ꝑterito Osee. 12. Effraim
pascit ventum. ⁊ seq̄tur estum. tota die va
stitatē et vanitatem multiplicat. qui cōgre
garet omnem vanitatem q̄ est per totū mū
dū nō inueniret solidū cumulū. vnde am-
brosius exponēs illđ euangelij. hois cuius
dam ager fruct⁹ vberos attulit dicit sicut
hi qui per insaniem mēte trāslati sunt non
res ipas sed passionis sue fantasias vidēt
sic mens auari postq̄ȝ semel laqueis cupidi
tatis astricta fuerit semper auꝝ semꝑ ar-
gētū videt. semꝑ redditus cōputat. aurum
etiā gratius intuetur q̄ȝ solē Interdū etiā
vsure arte nequissima ex auro nascit̄ auꝝ.
Scđo auaritia nō adducit gaudiū de ꝑsēti
Unde leo papa. Mens pecunie auida nec
abstinere nouit vetitꝫ. nec gaudere nec pie

tatis cōsilium adhibere. Tercio pecunia nō pmittit auxiliū de futuro Sopho. prio Argētū eorū et aurū eorū nō poterit eos liberare in die ire dñi. Tercij sūt qui obediunt malitie vel iniquitati vt habetur Prouerbiorū decimo septimo Malus obedit lingue inique et fallax obtemperat labijs mendacib⁹ malus obedit lingue inique detractoris. vbi est talis pfessio bene debet esse talis plātio et talis subiectio Iniquus est qui imperat malus est qui obtēperat. Sequitur. Et fallax obtēperat labijs mendacibus scʒ adulatorū qui blandis sermonibus hoies decipiūt vt habetur Ezechielis decimotercio. cepitulo. Ut q̄ cōsuūt pului llos sub omni cubito manus. et faciunt ceruicalia sub capite vniuerse etatꝫ. Ido pulnillos sub cubito et ceruicalia sub capitib⁹ ponimus vt mollius qescam⁹ Sic ab adulatorib⁹ peccator in desiderijs anime sue laudatur et iniqu⁹ bene dicitur vt in culpa quietius teneatur. et sic seipsū fallit et ab adulatore fallitur. Tales obedientes nō fuerūt isti gloriosi apostoli. Ipsi eniʒ pecunie non obedierūt qui oia propter deū reliquerūt vt habet Actuū. 3. c. Argētū et aurū nō est michi qđ autē habeo hoc tibi do et quid dederunt. sanitatem corporū quaʒ dare non possunt thesauri regum et imperatorum. Secundo commendatur ab affectione fraterne dilectionis cuʒ dicitur frater vester Prouerbioruʒ. 18. Frater qui adiuuatur a fratre quasi ciuitas firma et iudicia quasi vectes vrbium frater nomen. est charitatis vnde frater ex charitate debet fratrem iuuare vt cōpage lignorū et parietum structura spiritualis edificij possit firma ɔsistere. ideo dñs discipulos binos misit vel in augmentum gemine charitatꝫ vel in subsidium mutue reuelatiōis Eccle. 4. Melius est esse duos simul q̄ vnum. habent em̄ emolimentum societatis sue. frater ergo qui adiuuatur a fratre est quasi ciuitas firma ciuitas est ciuiū vnitas in quo signatur religio in qua debet esse communionis vnio sicut in illis primis religio de quibus dicitur Actu. 4. Multitudinis credentium erat cor vnū et anima vna in deo vnio est vite principium diuisio introducit interitū Osee. 10. Diuisum est cor eorū nunc interibūt Sic vita spūalis regnat in illis religiosis in quibus est vnio per cōcordiaʒ perit in illis in quibus est diuisio p discordiam Sequitur. et iuditia quasi vectes vrbium vectibus porte firmantur ne aduersarijs pateat introitus. Sic iudicijs examinationis ppie fragilitatis quasi vectibus debent porte sensuum nostrorū firmari ne pateat introitus spiritualibus inimicis Isaie. 26. Uade popule meus intra cubicula tua. et claude hostia super te. hoc non faciunt hostes vagi qui non cessant p vicos et plateas discurrere nichil aliud q̄rētes q̄ videri et videre Sophonie. 2. vox cantantis in fenestra. coruus in superliminari. vox iuuencule in fenestra panniculos consuentis et ibi cātantis. sed coruus id ē scolaris vagus in supliminari ipsam respiciens et auscultans. et sic animā suam deprecationi exponens. trenorum. 3. Oculus meus depredatus est animā meam cunctis filiabus vrbis mee. tercio commendatur a sollicitudine discrete eruditionis. cum dicitur. scio qz vir consilij est ipm audite semper thobie. 4. Consilium semper a sapiente perquire. Ibi debemus reʒ querere vbi eam possumus inuenire. Consilium autem sapienti e inuenitur in sapiente. hoc nō fecit roboam qui derelicto ɔsilio seniorū adhesit consilio iuniorū. et ideo amisit regnū decem tribuū. fatuus est qui potest habere viuas et scaturientes aquas quasi consilia seniorū qui querit aquas p dissipatas cisternas. qualis sunt consilia iuniorū. que dissipantur p distractiones cogitationum variarum. propter hoc verus salomon id ē christus seniores elegit. sicut fuerunt apostoli qui ei semper assistebant et eius semp sapientiam audiebant. 3. Regum. 10. Beati serui tui et beati viri tui. hi (s. simō et iudas) qui stant coram te et audiunt sapientiam tuam. hos em̄ dominus quasi phison sapientia impleuit. pane vite et intellect⁹ eos cibauit et aqua sapientie salutaris potauit. ipsi enim a summo fonte acceperunt quod nobis postea refuderunt. Ecclesiastes vndecimo. Si replete fuerint nubes imbrem super terram effundēt. nubes fuerunt apostoli isti qui aquis fontis sapientie repleti fuerunt et postea nobis imbrem salutarem effunderunt. et ideo istos libenter debemus audire. Unde subditur. Ipsū audite semper. qui enim contemnunt magistros audire finaliter compellentur gemere cum illis de quibus dicitur Prouerbiorum. 5. Ne gemas in nouissimis et dicas cur detestatus sum disciplinam. et increpationibus non acquieuit cor meum. nec audiui vocem docentium me. et magistris non inclinaui aurem meam. qui enim vult haurire sapientiam humiliter debet inclinare aurem suam. si enim essem circa

sequanam nunq̄ haurirē aquam nisi sub-
mitterem vel inclinarem idriam. Quar
to cōmendatur ab autoritate debite corre
ctionis quod notatur cum dicitur. Ipse
erit nobis pater Epheseos sexto. Filij obe
dite parentibus vestris. Hoc enim iustum
est. si enim obedire tenemur parētibus car
nalibus qui nos genuerunt mundo. iustū
est vt obediamus parentibus spiritualibꝰ
qui nos genuerunt christo secundo Chorin
teorum quarto. In christo iesu per euange
lium ego vos genui. isti patres nobis de-
bent correctionem nos eis debemus reue
rentiam et honorem Prouerbiorū tercio.
Quē enī diligit dominus corripit. et quasi
pr̄ in filio suo complacet sibi ibi glosa. tan
ta minus de flagello quo castigamur mur
murare debemus quanto certius in eo pa
terne dilectionis pignus tenemus vn̄ apo
stolus. i. Chorinteoꝝ. 4. Quid vultis in vir
ga veniam ad vos an in charitate et spiri-
tu mansuetudinis. quocunq̄ modo vene-
ris. quia si venis in virga venis ad correp
tionem. si venis in charitate venis ad con
solationem. virga enī tua et baculus tuus
ipsa me consolata sunt. virga corrigimur
baculo sustentamur hiero. Rectorem sub-
ditis pietas matrem. disciplina patrem ex
hibeat. Affectu agebatur materno aposto
lus cum dicebat Gallathas. 4. Filioli mei
quos iterum parturio donec christus for-
metur in vobis. Paterna vigebat in ipso
correctio cum dicebat. in prōptu habentes
vlcisci omnem inobedientiam. 2. Chorinte
orum. 10. Sic ergo cōmendantur isti glori
osi apostoli ab eminentia cognitionis cum
dicitur. simon frater vester. ⁊c. Secundo cō
mendantur ab eminentia virtutis cum di
citur. ⁊ iudas machabeus ⁊c. Ibi commen
dantur a quattuor. Primo a pura confes-
sione veritatis: cum dicitur. iudas macha-
beus. Secundo a secura aggressiōe cuius
cunq̄ difficultatis cum dicitur fortis viri
bus. tercio a diuturna continuatione vir-
tutis. cum dicitur a iuuentute sua. Quar-
to a defensione subdite plebis et expugna
tione cuiuslibet contrarie potestatis cum
dicitur: ipse sit nobis priceps militie Quā
tum ad primum ergo cōmendatur a pura
cōfessione veritatis. cum dicitur: iudas Iu
das interpretatur confitens Romanorū.
10. Corde creditur ad iusticiam ore autem
fit confessio ad salutem. fidem enī christi
firmiter debemus tenere in corde secure ⁊
liberaliter profiteri ore. vnde beatꝰ petrꝰ
qui prius ad vocem ancille christum nega
uit. postmodū indutus virtute ex alto qua
si habens necessitatem confitendi pro se et
suis coapostolis dixit. non possumus que
vidimus et audiuimus non loqui propter
hoc signaculum christi nobis imprimitur
in fronte vbi sedes verecundie vt non eru
bescamus nomen domini nostri iesu chri-
sti confiteri. vt sic liberemur ab angelo ex-
terminatore Ezechielis 9. Signa thau sr̄
frontes virorū gementiū et dolentium et
sequitur Omnē super quem videritis thau
ne occidatis eū. glo. thau est lr̄a in antiq̄s
hebreis libris habens similitudinem cru-
cis: hoc signaculo crucis insigniti sunt mi
lites christi quoꝝ duces ⁊ principes fuerūt
isti gloriosi apostoli quibꝰ dictū est. Mat.
vltimo. Docete omnes gētes baptisantes
eos in nomine patris et filij et spiritussan
cti. Docete omnes gentes doctrinā catho
lice veritatis baptisātes eos vt consepulti
christo ꝑ baptismū nō moriatur peccatis.
et hoc in noie pr̄is et filij ⁊ spūssancti. Se-
cundo ꝯmendantur illi gloriosi apostoli a
secura aggressione cuiuscunq̄ difficultatis
cum dr̄ fortis viribꝰ Prouerbioꝝ. 30. Leo
fortissimus bestiarū ad nullius pauebit oc
cursum isti apostoli fuerunt fortes fortio-
res fortissimi. Fortes ꝑ patientiam in ad-
uersis Prouerbioꝝ. 16. Melior est patiens
viro forti Nam in patientia vestra posside
bitis animas vestras Luce. 21. Possessio
anime ponitur in virtute patientie. vnde
cum melior sit conditio possidentis. argu-
mentum ꝙ est mala conditio hominis im-
patientis. ponitur enī extra possessionem
aie sue. et oportet eum cedere bonis. Se-
cundo fuerunt fortiores ꝑ liberam predi-
cationem noue et inaudite veritatis ma-
gna enim virtus erat predicare resurrectio
nem et ascensionem iesu christi. ꝯtradicen
tibus iudeis scribis et phariseis principi
bus et tirānis: sed omnia vicit soliditas ve
ritatis. super omnia enī vicit veritas solidi
tas enī veritatis est ille calculus quem. tu
lerat seraphin forcipe de altari quo tacta
sunt opera istoꝝ apostoloꝝ quando ad pre
dicandum missi sunt: ⁊ dictum est eis. Ecce
ego mitto vos sicut oues in medio luporū.
et mirabiliter ⁊ contra consuetum modum
oues lupos superauerunt. Et ad obedien-
tiam summi pontificis eos adduxerunt.
Tercio fuerunt fortissimi per tollerātiam
mortis contennentes mortem et genera
mortis. ipsi enī ludibria ⁊ verbera experti in
super et vincula et carceres. lapidati sunt
secti sunt tentati sunt. in occisione gladij

mortui sunt pro christo. Nec mirū radicati em̄ erant et fundati in charitate de quo Canti. 8. Fortis vt mors dilectio: imo fortior morte q2 mors nō sperat nisi animā a carne dilectio autē separat ab omni terrenitate ꝛ carnalitate. tales erāt isti apl'i fortes fortiores fortissimi. Tales debent esse prelati qui sūt apostolici viri. sed tales non sunt. q2 cū impugnatur in mēbris pro scuto camere sue hostio se operiūt et gladium spiritus quod est verbū dei in vaginam recludunt. Hij sūt nō leones. sed lepusculus proles invalida q̄ in petra collocat cubile suū quādo em̄ dn̄s prelatus bene est obseruatus si quis conqueratur. Nam dn̄s Renardus in cauea sua est inclusus. isti non sunt leones sed formicaleones. formicaleo est quoddā paruū aial quod est formica leonibus et leo formicis. Sic ipsi sūt formice leonibus in suis superioribus cōtra quos non audēt caput erigere sed sūt leones formicis id est inferiorib9 quos non cessant immisericorditer opprimere. Tercio ꝯmēdaꝫ a diuturna cōtinuatione virtutis cū dicitur a iuuentute sua. Marci. 10. Cum instrueret dominus illū iuuenē de mandatis legis Respondit. Hec oīa seruaui a iuuētute mea. Et sequitur ꝙ intuit9 est iesus eū et dilexit eū. nec mirū bene em̄ erat dign9 dilectione q̄ scd̄m precepta legis mūde vixerat a iuuentute Treno. 3. Bonū est viro cum portauerit iugū dn̄i ab adolescentia sua. Unde bonus scolaris sine interruptione debet vitā suā cōtinuare in munditia ꝛ castitate. Unde sicut de scolari conceditur qui bis fuerit parisius. negaꝫ tn̄ ꝙ bis fuerit homo. q2 in eius humanitate nulla facta est interruptio. ita ꝗuis concedaꝫ scolari ꝙ bis fuerit tentat9. negetur tamē ꝙ bis fuit lubricū carnis passus vt in castitate eius nulla sit discōtinuatio. Quarto cōmendaꝫ isti gloriosi apostoli a defensione subdite plebis et expugnatione cuiuslibet aduersitatis. cū dicitur. ipse sit nobis princeps militie isti sunt principes super oēm terram constituti. isti sunt principes populorum cū deo abraham cōgregati. isti sunt principes militi exercitus xp̄i. 2. Cho. 10. Arma militie nostre non sunt carnalia sed potentia deo ad destructionem munitionū consilia destruentes: et oēm altitudinē extollentem se aduersus scientiā dei. isti sūt milites christi nos defendentes. per arma iusticie a dextris et a sinistris secūdo Chorinteorū. 6. Ipsi em̄ ꝑ arma iusticie a dextris nos defendunt qn̄ nos docent habere modestiam in ꝓsperis per arma iusticie a sinistris nos defendūt qn̄ docent nos habere patientiā in aduersis. isti sunt pricipes militie christi non solū in defensione subdite plebis. sed in expugnatione cuiuscunqꝫ contrarie potestatis. Un̄ in premissa autoritate dicitur. consilia destruentes et oēm altitudinē extollentē se aduersus scientiā dei. altitudinē hereticorū tirannorū demoniorū. In nomine em̄ christi etiā demonia eiecta sunt et q2 isti apostoli super paruū principatū bene se habuerunt. ideo super principatū magnū constituti sunt. vnde cuiuslibet ipsoꝝ potest dici id Mathei. 25. Euge serue bone et fidelis q2 sup̱ pauca fuisti fidelis sup̱ multa te constituā. intra in gaudium dn̄i tui. quod nobis concedat Jesus christus qui viuit et regnat per omnia secula seculorum Amen.

¶ Sermones perutiles de sctis p̱ anni circulum fratris Hugonis de prato florido Ordinis sācti Dominici sectatoris faustissime finiunt. Anno dn̄i millesimo quingentesimo vndecimo die vero. 11. Decembris.

¶ F I N I S.


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm